






1
6
137










I

VIII

BARB 7

1.6 137



# Officinæ IVLII BARBARANI TOMI TRES:

# PROMPTVARIVM RERVM ELECTARVM,

*In re præsertim Romana.*

INDEX TITVLORVM OMNIVM.

*Cum licentia Superiorum, ac Priuilegio Summi Pontificis, & Illustriss. Senatus Veneti.*




VENETIIS, Apud Ioannem Andream Valuassorem, cognomine Guadagninum. M D LXIX.

ANNOTATIONES VARIAE,
ad hucusque cumulatæ Tit. xxiiij.

TITV-

# TITVLI IN TOMVM SECVNDVM,

cum additionibus exemplorum ad Valerium Max.



# TITVLI IN TOMVM TERTIVM.



Distin-

## IVLIVS BARBARANVS
### Druſo, & Flauio, filiis, ad ſtudia deditis.



OMO non modo ſibi natus eſt, ſed & homini: non autem ad ociandum, ſed ad agendum. actionibus vero ſemper obſtrictus eſſe nemo poteſt. contẽplationi & ſtudiis intendere tenetur. ergo ex quo natura etiam ad diſcendũ prona eſt & ad verum diligentius veſtigandum; quia veritatis cognitio ſuauis eſt, mensq́; diſcendo alitur: ſine contẽplatione actio quieſcere non poteſt. nec è contra poſſidere nõ ſufficit, niſi adſit vſus. quod caret alterna requie durabile nõ eſt. non enim auditores, ſed factores legis. & ſi non datur fatis, vitam ſtudiis proferre decet, quibus & nos vixiſſe teſtemur. excudendum eſt quinetiam quod perpetuo proprium eſt. Res queq; poſſeſſorem variant ſucceſſiue, & ſortiuntur hęc vt propria; nunquam deſident quæ ſemel cęperint. Cum multis & ſępe tractandũ quod placere & ſemper & omnibus cupias. Neceſſariis rebus vacui auemus audire, videre, & ita exercitationem alternare mentis & actionum, & iſta miſcere, quia non ſemper arcum tendit Apollo. & non tantum diſcere, ſed & addiſcere oportet præcepta, memoriæ mãdare. Ingenij vis enim præceptis & exercitatione confirmatur, & augeſcit. turpeque habetur ex commentario loqui. ſed quia memoria neceſſarium naturæ donum eſt, & non omnibus licet ire Corinthum, labilisq́; cum ſit, ſupplementum adire oportet quomodocũq; ad proficiendum. Auguſtus nanq; Imper. omnia ex libello recitabat. Nam extemporalitas in dicendo vitanda ſemper, in conſulendo & in agẽdo, maturior vt deferatur reſponſio. Studiis ergo ipſe ad tempus deditus humanioribus, actionibus non ſemper implicatus, ſed quandoq; vacans, documenta ſententias & notabilia quæq; (breuitate Laconica) deflorata impoſitis notis expoſita & reducta, ex authoribus excerpta pręſtantioribus in ordinem redegi & tractatus, vt mihi quãdoq;, vobis pręſertim Druſo, & Flauio in Academia verſantibus ſub præclaris morum varioq́; ſcientiarum genere doctoribus & magiſtris conferre poſſint, & ſubinde quibuſcunq; libenti

animo

animo persequentibus,& hanc admittentibus industriã, subcisiuis præsertim horis, & diuersis actionibus minus occupato, vel in legali professione, vel in œconomicis negotiis. Nec scribere tantum aut legere, inuicem hoc & illo commutãdum est, & alterum altero temperandum, vt quicquid lectione collectum est redigatur in corpus, Apes imitando, quæ vagãtur, & flores ad mellificandum idoneos carpunt. deinde quicquid attulere disponunt. quod ex quampluribus voluminibus de quibus libro primo Plinius executus est in omnimoda historia per libros xxxvij. Iustinianus etiam Imper. in legali suo compendio, qui responsa prudentum per quosq; titulos recitauit cum authoris cuiusq; nomine, vel Papiniani vel Vlpiani, vel Florentini. vt & Cato anterior de quo Plutar. in eius vita, scripta sua sententiis & historiis distincta exornauit. sic nos quæcunq; ex diuersa lectione congessimus separate adhibita ingenij nostri facultate, in vnum saporem varia perduximus. per horas nanq; diligentissime digerens excerpebat ita de patruo Plinius iunior, adnotabatq;, etc. & Valer. in prin. operis, quę apud alios latius quam vt breuiter cognosci possint, diffusa sunt, etc. Cato nanq; prior de quo Plut. quotiescunq; sibi vacuum tempus ostenderet varias orationes, & historias descripsit, & rei rusticę pręcepta, vt quod pluribi quamplures authores in quaq; materia exposuerint diffusius, breue ac resolutum habeatur promptuarium, vt in rebus maxime naturalibus Plinius ipse, & per alios obseruatum perspicimus adhibitis etiam locis authorum: ingenui est enim pudoris (vt ait ipse Pli.) fateri per quos profeceris, vt omnia latius exhauriri per curiosos possint. quod vobis admodum profuturum esse non dubito. Id etiam Ciceroni fecit filio Tullius pater libro suo de officiis, Asconiusq; eius ventilator: & iampridem Aristoteles, qui Ethicorum libros Nicomacho filio deputauit; à quo Tullius ipse lib. partitionũ oratoriarum; Gellius etiam, Macrobiusq; Saturnalibus suis. Appianus item, quãuis iuris peritus, & ipse; Alexander quinetiam ab Alexandro, Collenuccius, Iouius, Guicciardinus tempus terere abnuerũt post legalem eorum professionem; & Alciatus hodie. Valete.

Vincentiæ, Non. Oct. 1567.

# DE PRINCIPE.



RINCIPES, Reges, & Rectores necessarios esse ad uniuersitatem regendam, est asserendum. Plato lib. primo de legi. car. eius quarta ante in medio. 310. In omni conuentu atque communitate quarumcunque rerum gerendarum Principem esse oportere, quia ubi non est gubernator, populus corruit. Prou.cap.11.Sene.lib.1. de clemen. car. eius prima, cap. Nunc in tres, in medio. Quem omnes tam supra se, quàm pro se esse sciunt, cuius curam excubare pro salute singulorum atque uniuersorum. &c. Et capi. sequen. quam itaque. Ille enim, uinculum per quod resp. cohæret; Ideo Principes & Reges tutores sunt status publ.&c. Imperantes & parentes in ciuitatibus esse debent, & pro dignitate imperandi ac parendi, quales sunt in ciuitatibus, ac domib. &c. sine imperio, nec domus ulla, nec ciuitas, nec gens, nec hominum uniuersorum genus stare, nec rerum natura omnis, nec ipse mundus potest. Nam & hic Deo paret. &c. Et infra. Omnes antiquæ gentes regibus quondam paruerunt. &c. Principio gentium penes reges imperium erat, & arbitrium principum pro legibus erat. Iusti.lib.1.in prin.operis, Plato lib. 3.de legi.car.eius.3.ante.319. & a tergo. Tul.lib.3.de legi.car. prima, a tergo. Reges in ipsos imperium est Iouis. Orat. lib.3. Oda prima. Odi profa. uulgus. &c. quod genus imperij primum ad homines iustissimos, & sapientes deferebatur. Cato assurgens in senatu asseruit præstare, ut quæuis potestas in urbe sit, quàm rempublic. sine magistratu ac præside manere, propterea & Pompeius tunc Consul factus fuit. Plut.in Cato.Vtic. in medio car.4. fina. ante in fin. 256. Omnes gentes discant quanto in libertate discordi seruienti sit utilius unum esse cui seruiant. Plin.in suo paneg.in med.car.343. Vulgus sine rectore præceps, pauidum, socors. Taci. lib.20. car.6. ante in medio. ubi de Hordeonio. Exemplum in Scipione Super. in Hispania uictore, tunc uero ægrotante per exercitus duces quosdam. Liuius lib.28. car. eius. 3. Aemil.in Ioanne primo, rege Franc.50.lib.9. car.405. in fine. Apparuitq; multitudinem parente regeq; orbatam omnibus seditionum licentiæq; procellis agitari. Vbicunque multitudo esset, ibi legitimum rectorem multitudinis censebant esse debere. Liui. in orat. Consulis

lib.39.car.eius secunda in fine. Omnis anima potestatibus subdita sit sublimioribus, non est potestas nisi a Deo. Ideoq; subditi estote, & tributa præstate, cui tributum tributum. Paul.ad Romanos capit. 13. Et in prima Petri.cap.secundo. regnandi munus. &c. Cui Iupiter gloriam dedit. Home.in primo Ilia.car.7. non est in hominum potestate de Imperij constitutione, decernere. Nam uelut Domus ulla, uel res famil. consistere non potest sine rectore, sic ciuitatem sine rectore dilabi necesse est, qui curam habeat publicę salutis, pacem tueatur. &c. Ponta. lib.4.de obedien.car.2.3.4. Cæsar ad eius milites desciscentes, ut Dion.lib.41.car.102.a tergo. Vt quòd in ipso nostro corpore pars quædam est, quæ alijs imperet, & in singulis item domibus, eodem modo & in ciuitate.&c. Sed in homine ipso etiam, cum unus imperet animus, in domo etiam unus paterfam. unus Imperator.&c. Si dux in exercitu defuerit, non tam exercitus dicendus, quàm armata multitudo, quam necesse est uagantem palabundamq; ferri paruo tempore hostium predam futuram. Quid sine Imperio exercitus? dicit Tul. in Epistola ad Brutum car.553.Messalum. &c. Vnius arbitrio mundum regi necesse est. Lactan.lib.primo cap.3.nisi enim singularum partium potestas ad unam prouidentiam referatur, non poterit summa ipsa constare unoquoque curante nihil amplius quam quod ad eum pertineat; & in re milit. nisi habeant Ducem atque rectorem, Liui. de Fabio Maximo Dicta. & Minutio equitum magistro sibi Iurisdictione per populum æquata. Imperatore igitur opus est qui disponat ordines, & hostium consilia præsentiat.&c. ut alibi diximus. Ponta. plura lib.4.de Obed.in prin.car.27.28. Polyb.lib.4.in med.car.152.a tergo uel eius.11. Curt.lib.10.in med.car.149.in milites suos desciscentes dixit Alex. Mag. Iam & scietis quantum sine rege ualeat exercitus, & quid opis in me uno sit. &c. Cappadoces libertate donati. not. Iusti. lib.38. munus abnuentes negarunt gentem sine rege posse uiuere. Vnde Ariobarzanes rex eisdem constitutus. Lacedemonij etiam, cum sub regibus diu esse consueuissent, ab Antigono rege in libertatem positi in uarias dissensiones peruenere. Iusti. lib. primo Epitho. in principio eius, ubi supra. Imperare diuinum quoddam est, ut de Alexan. Magno Plut.in eius uita car.5.a ter. in prin. de Samone philosopho, & in Numa Pomp. rege suscepto. car.eius secunda, ante in med. & de Imp. Caligula Ioseph lib.18.antiqui.Iud.cap.7.de Parthis pop. & cap. 15.car. eius ultima in prin. Sunt ministri Dei & simulacrum, ad curam & salutem hominum.&c. Lex, Iustitia, Princeps. Plut.lib.de Doctri. princi. car.416.eius secunda. & in uita Themisto.car.ulti.uel.52. ante in medio. Lex honestissima est obseruare regem simulacrumq; Dei omnia

seruantis

ſeruantis adorare, nomen regium non in terris natum ex cogitatione, ſed è Cœlo demiſſum, parens enim rerum Deus, cum genus humanum condidiſſet, reges inſtituit. &c. Pau. Aemi. in Phil. 4. pulchro rege. 45. lib. 8. in prin. In oratioue Muſæi ad Lutetiam. c. 337. in princi. & car. ſeq. Reges loco cœleſtium inſtituti datiq; ut reipub. ſaluti proſpiciāt, & commodo, ut in commune conſulant. &c. Cauſam creandorum regum nullam fuiſſe, niſi ut ſocietas humana unius capitis ſapientia, fideq; coniuncta, conſpiransq; teneretur, ſummos uiros inſtitutos, qui pro legum Imperio regimineq; arma ferrent, datum ſolium, datum ſceptrum ut cognoſcerent, ut iura darent. &c. Aemil. in Carolo pulchro rege. 48. car. 372. a ter. Principatum fato dari, dixit Tit. Veſpaſianus Imper. de quo Sueto. in eo. cap. pontificatum. car. 336. & car. ſeq. in uer. Turcarum gens. &c. Plin. in ſuo paneg. in princ. Ponta. ubi ſupra. Etenim rex. &c. car. 31. ante. Macrob. lib. de Somno Scip. cap. 9. in prin. quod uero ait harum rectores & ſeruatores hinc profecti huc reuertuntur. &c. Home. in 9. Ilia. car. ſecunda. Tibi Iupiter dedit ſceptrumq; & iura, ut cæteris conſulas. Geu. lib. ſecundo. car. 419. Omnesq; priſci neceſsitatem cognoſcentes regibus paruerunt. Plato lib. primo, de legi. ubi ſupra lib. 3. car. tertia a ter. in prin. principatum dixiſti admodum neceſſarium, & ſecundum naturam, ut ait Pindarus, ut in animalibus reperitur, magiſtratibus igitur opus eſt, dicit Tul. lib. 3. de legi. car. 1. a ter. car. 5. a ter. Sine quorum prudentia eſſe ciuitas nō poteſt. Ideo propter acerrimas Florētinorū perpetuasq; ſeditiones ad internitionē ſecutas, Carolus v. Imp. Ducem ipſis dedit Alexandrum Medic. not. Ioui. lib. 29. hiſtor. car. antepenul. Neque ſolum ijs præſcribendi eſt & imperandi, ſed etiam ciuibus obtemperandi modus. &c. Ponta. lib. 4. de obed. in prin. Agrip. cap. 61. ueluti nec domus ulla. &c. ubi ſupra car. 27. & car. 30. a ter. Ex quibus iudicari poteſt conducibilius eſſe ciuitati, magisq; ſecundum naturam ab uno regi quàm a pluribus. Cum etiam uideamus ciuitatum populorumq; gubernacula in initio penes reges fuiſſe. &c. & erat officij nomē non dignitatis. Romani, Athenienſ. Aegyptij, Siri, Perſæ ſub regibus fuiſſe memorantur, ut & Cicero tradit. omnes antiquæ gentes regibus quondam paruerunt. Sed & Apes regem ſuum uerentur, quo prehenſo tenetur agmen. Plin. lib. 11. cap. 17. 18. in fin. Xenoph. lib. 5. carta quarta in princ. regi apes parent ultro, & ubicunque maneat, nulla illic abſcedit. Si quo exeat, nulla eum relinquit. Elephanti etiam, de quibus Plin. lib. 8. cap. quinto in prin. Ita & Margaritæ quæ in mari paſcuntur regem ſuum habent. Arria. lib. 8. car. ſeptima, uel 339. & Plin. Non & formicę quibus eſt etiā cura reipub. ratio, memoria, cura. prouer. cap. 6. a. nec locuſtæ. Plin. ca.

 30. ubi

30.ubi ſupra.Oues autem ſingulæ nemini obtemperant uniuerſæ,Prin cipem ſequuntur. Plut.in Cato.primo,car.2. ante in fin. Tul. in Epi. ad Atticum lib.7. Dioniſius.&c.in fin.car.eius ſeptima.Idem quod pecudes, quæ diſpulſæ ſui generis ſequuntur greges. & etiam Plin.lib.8. cap.49.in fin.de Muſimonio.Ponta.lib.quinto,de pruden.car.antepe. ut Bouem armenta, Grues ducem quem ſequuntur eligunt. Plin.idem libr.10.cap.23.in prin. Armenta enim facilius paſtori parent, quàm principibus ſuis homines. Xenoph.lib.primo car.prima, de Cyro.multi inter ſe referebant in ſeditione reipub. inter Cæſarem & Pompeium. not. Api.lib. ſecundo car.7.in fin.49. a ter.unicum præſidium pręſentibus malis adeſſe remedium , ſi uni duntaxat poteſtas traderetur, neceſſe autem & mitem ſimul,& poteſtate præditum eligere. &c. Tur carum gens tunc ignota,quo tempore in Perſas ſeruitute oppreſsi erãt, etiam numeroſiſsimi, finibus excedere iuſsi conuenerunt in unum , ubi ſe potentes eſſe cognouerunt regem, & Ducem eligere decreuerunt, perſpicientes nullas eſſe uires, uanumq; ſucceſſum in multitudine ſine rectore. Vnde collatione ſagittarum uentum in unum, ſorte conuenerunt in Selduch uirum acerrimum,qui principium dedit Otho manorum Imperio nunc ampliſsimo. Colenut. libr.1. in fin.eius. car. antepenul.notat late Gueu.lib.2.in fin.car.494.de Trangolipico.Exer citus ſine rectore uel Principe ſtare non poteſt diutius recte. Vopiſ. in Tacito Imper.car.2.in prin. Plut.in Cato.1.ubi ſupra car.2. ante.nunc ut membra ſine capite,&c. Sene.d.car.94.a tergo, capit.Excogitare,ut Apes & Ponta.libr. 4.ubi ſupra car.eius 3.a tergo de obed.Vtq; in ipſo noſtro corpore pars quædam eſt. &c. Ouium nullus eſt uſus ſine paſtore. Polyb.lib.2.car.3.in fi. Eraſ. prouer. 1626. in uer.Ouium.Optimus reipub. ſtatus ſub iuſto Principe applicatis legibus, etiam quod non teneatur, & ſit ſolutus. Herod. plura libr. tertio cap.6. de Dario rege ampliſsimo, qui cum ſocijs coniuratis ſtatum inſtituere contendentibus, quomodo magis diuturnum & ſtabile.&c. Sene.lib.2.de benefi.capit. Diſputari.car.3.in fin.Plato de regno.car.penulti.a tergo in medio, ueram illam gubernationem unius uiri arte imperantis. &c. Vnius dominatio bonis coniuncta conſcriptionibus omnium eſt optima. Plato lib.8.de rep.in princ. Plut.in uita Ageſil. car.penult.ante in fin.Plin.in ſuo paneg.car.372.in fin. de iuramento ſibi Imperatori de lato & accepto. Dion lib.44.in prin.eius car.155.in prin.Machiau.lib. primo,Diſcur. cap.16. de rege Franc. legibus obligato, & inſtituti Principes, quia fruendę Iuſtitiæ cauſa olim bene morati reges conſtituti erant; oppreſsi namq; confugiebant ad aliquem uirtute præſtantem,&c. eos ad imperandum deligi ſolitos, quorum de Iuſtitia magna

eſſet

esset opinio multitudinis. Tul.in 2. offic.de Iustitia.car.40.lib. tertio de legi.car. quinta a ter. Sene.Epistola.90. in prin. Quis dubitare &c. naturæ est enim potioribus deteriora submittere inter homines pro summo est optimus. Animo itaque rector eligebatur &c. Plato in Crito in prin.eius. At uero tanquam docile animal homo,& obediens persuasione pro gubernaculis utebantur, & ita mortale genus etiam gubernabant. Plato lib.3.de legi.car.eius secunda in princip. posthæc necesse est.&c. Ponta.ubi supra car. 29. Plin. in paneg. suo in princip. Principes, quia tunc usque nulla erat regnandi cupiditas, quia iusti erant & religionibus dediti,iure habiti Dij & dicti, non enim arbitria illorum ab æquo, uel populus a iure innato discedebant, sua sponte retinebant fidem & rectum, pudor regebat populos. &c. plura Fabius pictor lib.de aureo seculo.car.1. Tales Arsacidas nominari dicit Aemil. in Ludoui.rege.40.car.233.ante neminem imperare debere dicit Xenoph.lib.8.de Cyro car.5.in prin. & Plut. in apophteg. in princip. car.123.qui melior subditis non sit.&c. hominibus cognitum facile imperare, non autem impossibile si prudenter agatur. Xenoph. etiam in princi.operis car.prima a ter. Vnde apud Mantineam in pugna Laconibus imperatum militibus ut unum oppugnarent Epaminundam ducem, ut eo sublato milites captiui forent,ubi supra car.7. in princip. ibi Cæs.lib.primo Gall.car.6.fin. ante non minorem laudem exercitus quam ipse Imperator meritus. Leones etiam duce Ceruo uinci possunt, dicit Aemil. in Childerico .3.rege.21.car.70.ante. Si adhuc fuisset dubium sorte casuque rectores an aliquo numine darentur &c. Numæ persuadebant Romani prisci dicit Plut. in eius uita ubi supra, ut magnum atque diuinum munus susciperet.&c. Home.in 9.Ilia.car. secunda in fin.lib.1.car.quinta.

2 Sacerdotium propterea proprium habent administrare. Plato de regno. car.antepenul.a ter.in med. Epistola.8.in fin. eius. ut apud Aegyptios. Non licet regnum, absque sacerdotio impetrare, suosq; reges ut Deos obseruant. Nam neque sine diuino numine illos tantum imperium credunt assecutos. Persæ etiam non solum piè, sed etiam prudenter reges suos inter Deos colunt, maiestatem enim imperij salutis esse tutelam dicit Curt.lib.8.in med.car.110.ante in fin. de Numidis Valer.cap.de instit.anti. Exēp.ulti.car.40. a ter. Agrippa ca. de religio. in prin. Iustitia firmabit Solium. prouer. cap.20.b. cap.16. b. rex qui iudicat in ueritate pauperes, Tronus eius firmabitur in æternum. prouer.cap.29.c. Non est diuturna possessio, in quam gladio inducimur. Cur.lib.8.in med.car.114.& lib.10.in princ.in responsione Alexandri ad Hermolaum,de coniuratis. Quali forma sit not. Alciat.

ſab. 140. effigies.&c. Vnde eſt quod homo facilius imperitet omnibus animantibus quàm hominibus, ijs tamen imperare non difficillimum, ut ſupra. Nemini parere animus bene informatus a natura uult, niſi legitime imperanti. Tul.in primo offi.car.3.in fin. lib. primo de legi. car.prima a terg. modis autem de quibus infra qui nouem habentur, pater in filium, generoſi ignobilibus, Seniores iuuenibus, Domini ſer uis,potentiores imbecillis, prudens, ſors. Plato libro.3. de legi.car.3. lib.4.car.3.ante. Qui uero petulantes erunt, quaſi nec Principe, nec Duce ullo ægeant, ſed is aliorum ipſe ſufficiens ductor ſit, is penitus a Deo deſeritur.&c. Sene.Epiſt.90.in princi. Quis dubitare.&c. Inter homines pro ſummo eſt optimus. animo itaque rector eligebatur, ideoq; ſumma fœlicitas gentium, in quibus non poterat potentior eſſe niſi melior, hiq; infirmiores a ualidioribus tuebantur beneficentia age bat ornabatq; ſubiectos,officium erat imperare non regnum &c. bene imperāti bene paretur. ubi ſupra lib.primo de clemen.car.2. Aequiore animo ferunt homines dicit Plin. in ſuo paneg. cart.4. quem Princeps parum fœliciter genuit, quam quem male elegit. &c. Ponta. d.lib.4. car.eius ſecunda. Tunc etiam &c. Tunc etiam infanti regi obſecutum uidimus,de Gordiano Imper.infante, in uita Maximini Imper.de quo Capitol.in eius uita.car.4.ante in fin.uel 165.de puero etiam Maced. rege in acie perlato. Iuſti.lib.7.in princip. Quorum conſpectu ſedati exercitus tumultuātes Fredegundis etiam Franc.regina puerum regem filium per acies circumtulit adhortans.&c. Aemil. lib. primo car.41. in Clotar.2.rege.10.Pulchrum eſſe ducebat Imper. Carolus Magnus in terris extare unum ſummum regimen rerum,quod mortalibus iura reddat, ut per Imperatores Rom. Cui reges omnes genteſque peræque pareant, quod ſupra cætera emineat, quod unum ſecundum Deum opti.maximum, rerum arbitrum moderetur. &c. Aemil. in Car. Mag. car.110.

3 Creandi ſunt eiuſdem generis non extranei, quia nemo alienigenam dominum pati uult. Cur.lib.7.de Scythis ad Alexandrum Mag. car.5.fin.ante. Deuteron. capi.17.c. Eum conſtitues, quem dominus Deus tuus elegerit de nume.fratrum tuorum,non poteris alterius gentis hominem regem facere. Geu.lib. primo car.11. Blond. lib. primo, de Roma Triumph.car.5.ante.Plin.in ſuo paneg.car.4. ante. Imperaturus omnibus debet eligi ex omnibus. Nam ut ex uobis Senatores, ita ex Senatoribus Principes naſcuntur. Tacit. in oratio. Othon. Impera.ad milites lib.17.in med.car. 51 in prin.Diodo. lib.4. in princip. Aethiopes optimos ex ſeipſis eligebant, quem creatum flexis genibus ut Deum honorant. Aſſumptus in regem uitam ducit ſtatutam legibus,

bus,nam ignobiles reprobati. Vrbem enim perituram dixit Plato lib. tertio de repub.in fin.eius,lib.seq.in med.car.3.a ter.in prin. Cum ipsam æneus custos uel ferreus gubernabit. Quoties autem aliquis artifex uel quæstuarius in militiæ ordines transit, uel miles in consularis nititur & custodis ascendere dignitatem, confusionem & ciuitatis totius interitum declarat. Si quis minoribus maiorem potentiam præbuerit,uela nauibus, cibum corporibus, omnis principatus,omnia peruertuntur. Plato item lib.tertio de legi.car.3.a ter.in med. per tria mouetur terra,&c. per seruum cum regnauerit.&c. Prouer. capi. penulti. c. cap.22. in prin.diues pauperibus imperat. Diodo. lib. secundo in med. car.11.in prin.apud Aegyptios,siquis opifex ad rempub. accedat magna multatur pœna,uerum prius nobiles, quas Supatridas. &c. nominant. Plu.in Thesei uita,car.4.ubi de institutis eius.meliores enim sunt naturæ nobiles,dicit Plato in Alcibi.primo car.3.a ter.in med. Omnes boni semper nobilitati fauent, & quia utile est reipub. nobiles esse dignos maioribus suis,&c. Tul.in oratio.pro Sestio.car.10.ante.exempla not. Liuius, ubi de magistratu Capuæ per Pacuuium Calanium.lib.23. in prin. Machia.lib.1.discurs. capit.47. reges ex nobilitate sumuntur. &c. Tacit.in lib.German.car.prima,a ter.in med. Diodo.lib.2.in princip.car.6.excellentes meritis non per progeniem eligebantur, per Aegyptios.lib.4.ubi supra, in prin.car.22.Xenoph.lib.1.car.17.a tergo. decet ipsum Principem cæteris anteire non sumptibus, non dolo aut ocio, sed prouidentia & industria,&c. Senes liberis carentes, ut in Taprobane insula. Plin.lib.6.cap.22. Curt.lib.6.car.69. de Amazonibus. & in corporum maiestate uenerationem obseruant. Quem delinquentem puniunt defunctum,& illaudatum uel reprobatum declarant. Benemeritum laudibus approbant,& commendant. Diodo.lib.1.in med. car.10.in fin.eius penul.

4 Prudentes requiruntur magis quàm fortes cum temperantia & potentia. Plato.lib.1.de leg.car.2.in fi.car.3.ante in fi. Sapientes Tyrãni, &c.prou.de quo Eras.nu.2797.Ex Euripide,de quo Gel.lib.13. capit. Xenop.car.1.a tergo.Imperare debet alijs qui sibi sapit & potest,ut ait Plato.lib.4.de legi.car. 2. a tergo in medio. Ipse prius uiam per quam sequantur cæteri ingrediatur oportet,omniaque in seipso primum expressa præscribat agendo, &cæ. Ponta. lib. de Principe.car. antepenul. in fi.Sen.lib.2.de Ira.car.127.in fin.eius.cap.utilis,&c.Tul. in pen. parad.in prin. Laudetur uero.& Imperiũ illi conuenire nisi quibus imperat qui melior sit.Plut.in Apophtheg.car.1.ante. Paul. ad Titum,capit. 2.b.Xenop.lib.7.car.4.fin.in prin. Præstabam me in medium,quod nõ deceat principem esse inferiorem. Sapientia absque potentia non con-

fert,nec potentia ſine militum beneuolentia.Plato.Epiſ.2.11.& ſexta & in uer.Milites,infra nu.5. Adunco naſo deſiderabantur per eos,quia Cyrus talis fuerat iam ſuus rex.Plut.in Apophtheg.car.prima.Vt defe ctuoſo etiam corpore a Perſis reprobabatur. Procop. in princip.car.8. Quia in corporum maieſtate, ut ſupra.

5 Philoſophi aut philoſophantes,id eſt ad diſcendum prompti & faciles.Plato in 5.de repub.car.eius pen.in prin.lib.6.car.3.antep.in medio.car.4.uel pen.ante in fi.Epiſtola 7.in med.& car.prima a ter.Ponta.lib.de Principe.car.89.in prin.93.a ter.lib. 5. de Obed.car.44.ante 45.ante.Geua.lib.1.car.25. Lactan.li.3.cap.21.car.eius 3.ante.Homines recte philoſophantes rerum public. gubernationem adepti, aut hi qui gubernabant diuina quadam ſorte uere philoſophentur, diſciplinis uarijs imbuti, ut per Philippum regem ad Ariſtot.de Alexand. ſibi tūc nato,&c.Plu.in eo de Alphōſo rege Neap.Colenut.lib.6.car.198. 199.aliter Coloſsis ſimiles habentur,qui heroicam ſpeciē præſeferunt foris, intus autem pleni ſunt lapide, terra,plumbo.Plut.libr. de Doctri.Princip.car.prima.Doctrinam requiri in principe not.Tul.in Academ.quæſti.car.2.ante,& lib.de Diuinat.Vnde Colenu. de quo ſupra. lib.6.De Alfonſo ipſo rege Neapol.refert ſententiam.car.198.Regem illiteratum eſſe aſinum coronatum. Quis melius quàm literatus imperat?Vopiſ.in Tacito Imper.car.2.ante. Platina in Ioan.20.Pontif.148. Princeps illiteratus eſt ut Leo cæteris imperitans feris. Ponta. libr. de Princi.car.89.in prin.eius,& a ter.car.94.Geu. cap.30.car.103.Quid homini dignius quàm cæteris excellere? Ijque eſſe poſſunt doctrina præditi. Vnde conſtat in maximis rebus gerendis conſilijsque capiendis,quòd primum tenent locum qui doctiores habentur.Contra notat Agrippa lib.de Vanit.Scient.cap.1.in med.Idem Geu.lib.1.car.98.ad Ferdin.Gonz.car.259.a Don Alfonſo.De Licinio in princi.Pompon. Læt.in fi.car.21.in fi.Regium eſt inſudare laboribus.Seruile eſt amare diuitias,dixit Alex.Mag.de quo Plut.in eius uita.car.7.a ter.Et per Ageſilaum.car.2.in prin.Noctem ſolidam non dormiant. Sic malis ciuibus & hoſtibus erunt formidoloſi.Plato.lib.7. de legi. car. antep. ante ſola ſanitatis commoditate ſeruata, primus excitetur,ſurgat,&c. plura, de quo quis dubitaret. Sed nec ab alio interprete quacunque uel noctis hora uteretur, præcepit Tyberius Imper. de quo Sueto. in eo. cap.proximo anno.Ponta.lib.de Princ.car.antep. in fi. Patientia quoque æſtus, &c.Alcia.de Ancora fab. 140.quam debet hæc memores geſtare &cæ. Non oportet totam noctem dormire Conſiliarium uirum, cui populi ſunt commiſsi,& tot cauſæ ſunt.Home.in 2.Ilia.in prin.car.14.lib.10. in prin.car. 104. Tyranni quietem quærunt, boni principes laboribus dediti

diti procõmuni bono inuigilant, dicit Traianus Imp. in sua respon-
sione ad Plutarchum eius preceptorem, de qua Geu.lib.2.in fi.car.416.
tanquam canes insomnes esse oportet, & quam acutissime uidere & au
dire. Plato lib.3.de rep.car.4.a ter.in med.Geu.lib.2.car.422.in fi. In
oratione Traiani Imp.ad Senatum in prin. Alex. Mag. in milites suos,
ut not.Arria. lib. 7.car. 295.in eius oratione. Plus uigilare quàm uos
me certo scio, ut ipsi quietos somnos capere possitis. Dux uester labo-
rum & periculorum socius, &c. Principi conuenire dicebat Agesilaus,
de quo Plut.in Apophtheg.lacon.in prin.car.157.in fi. Non mollitie,
& delitijs, sed tolerantia & fortitudine cæteris præstare, non aliter at-
que canes nocturnam agentes custodiam.& lib.de Doctri.princip.car.
2.a ter.416.in fi. Reges diuinitus dati sunt generi humano, ut in com-
mune consulant. Iustitiaque sit ea animi dos, quæ uniuersa utilitate cõ-
seruata, suam cuique tribuant dignitatem, &c. Aemil. in Phil. 4. rege.
45.lib.8.car.2.Arria.de Alex.lib.6.car.276.Pedes ipse ducebat agmẽ,
quò milites ac duces exemplo suo labores leuius ferrẽt, ac ærũnas, &c.
Nil difficilius bono Imperatore, & quam bene imperare dicebat Dio-
cletianus Impe.de quo Vopis.in Aurel. Impe.car.203.in fin.Pompon.
Læt. in eius uita. Nullum maius boni imperij instrumentum quam bo-
nos amicos esse.de rege Theopompo Spar.idem respondente. Valer.ca
pit.de animi moderat. in prin.eius.Ponta.lib.5.de prud.car.120.in fi.
lib.de Principe.car.90.Geu.lib.2.car.428. Amici præsidia regni sunt,
ut in cap.notauimus de amic.Xenop.lib.7.car.5.in prin. uel 115.lib.8.
car.8.uel 136.a tergo.& in fin. At ego dum amicos diuites reddo, hos
mihi Thesauros esse puto, & custodes mei ipsius longe fideliores
quam si stipendiarios præsidiarios præfecissem. Indigentias amicorum
leuo, & diuitijs homines & beneficijs prosequens, ex ijs beneuolentiam
& amicitiam mihi comparo. Nulli enim principi proficiunt arma, nec
subditorum multitudo sine ipsorum beneuolentia. habes amicos quia
amicus ipse es. Potest princeps odio esse nonnullis etiam si ipse non ode
rit, amari nisi ipse amet non potest. ita Plin. ad Traianum Impe. ubi su-
pra. Antigonum regem dixisse tradunt beneuolentiam semper sibi ui-
sum optimum regni fundamentum, uerissimumque præsidium esse.
Saluum regem in aperto clementia præstabit. Vnum est inexpugnabi-
le munimentum, amor ciuium. Sen.lib.primo de clementia. cap. exco-
gitare &c.in fi.Plin.in suo Paneg.in med.car.357.in prin. frustra se ter
rore succinxerit, qui septus charitate ciuium nõ fuerit; armis enim arma
irritantur. & car. seq.nihil magis tuum credis, quam quod per amicos
habes. de Mithridate armis oppresso ob eius sæuitiã in subditos. Dion.
lib.37.car.5.in fi.Plut.in Demet.rege in prin.car.eius 2.a ter. in med.
Plin.

Plin.in suo Paneg.car.5.fin.ante.Tacit.lib.4.car.2.in prin. Iouius lib. 39. car. 216. Is uirorum fortium clientelas de Ioanne rege Vngar. per petua hospitalitate, & beneficentia partas certos principum Thesauros esse dicere erat solitus &c. Regnum stabilius, si non maius, relinquere se dicebat Licurg. de quo Valer.cap. de animi moderat.Plut.lib.de do-ctri. prin.in princip.de Theopompo Sparta.duce, & in uita Licurgi.in prin.car.2.a ter.Lamprid.in Alex.Imper.car.eius 8.uel 119. ante.Pon-ta.lib.de princ.car.1.Regnum ipsum,si molliorem at diuturniorem.

7 Regere princeps debet & paterfa. authoritate, imperio, charitate, disciplina,& seueritate quandoque.Sic,ius suum grauitate retinere &c. Plato lib.de regno,car.ult.ante,in med.lib.3.de legi. car. ult. ante in fi. & pen.lib.4.car.2.a ter.in med.& alibi in uer. Obedientia. Canes depo nere feritatem ob magistrorum mansuetudinem.Ponta.lib. de prud. 5. car.antep.lib.de prin.car.92.in prin.Pau. in Epist. ad Titum cap. 2. in fi.Melius beneficijs imperium custoditur,quam armis.Sen. lib. de bre-uit.uitæ car.164.uel pen. ante in fi. Regnum nihil aliud est quam pro-curatio,munusque publicum, cuius reddendā rationem &c. Aemil. in Ludou.7.rege.40.car.218.ante. Tuto regnant qui imperant ut paren-tes filijs.Plut.in Apophtheg.Lacon.in prin.operis.car.1.uel.155.a ter go. Si demum diu tutoque imperant, qui non metum ex crudelitate, sed amorem ex bonitate ciuium suorum armis instillant &c. Herodi. libr. 1. car. 4. ante. Appius Claudius quamuis cæcus & senex intactam domum, & clientelas non modo authoritatem, sed etiam imperium tenebat. Tul.lib.de Senec.car 81.ante.Geu.in med.Aur.Anton.Impe. car.17. in princ. 68. 69. Cuncta imperia crudelia magis acerba quam diuturna sunt, contra, qui benignitate & clementia imperium tempe-rauere,ijs læta omnia uisa.Salust.lib.de rep.car.99.a ter.Liui.lib.8.car. eius pen.a ter.in med.lib.39. car. eius 4. in prin. Sensit Papirius Cons. Temperandum esse ingenium suum, & seueritatem commiscendam co mitati.Item alibi,Imitaretur populum Rom. qui charitate quam metu adiungere sibi socios mallet.Tul.in 3.offi.car.66.in fi. potest autem ul li imperio quod gloria debet fultum esse ex beniuolentia sociorum, uti le esse odium & infamia? Plut.in Demet.uita.car.6.ante 290. primam dignitatem seruare,si insolentiam suam moderari,superbiam uincere,& leniori uti uoluisset imperio. sed uir natura asper.&c. de ipso, & Anti-gono filio regibus.Ponta.lib.de Principe.car.2.in prin. Qui temperan tem te senserit,turpia nunquam petere audebit,& ut de Catone Plin.in præfat.operis.O te fortunatum M.Cato &c.& ut car.5.in princ.Inhu-manitas mater est odij,ut & superbia crudelitatis,malus utraque & uitæ & principatus custos.Polyb. lib. 1.car.48.uel antepenul.in princi.Im-

primis

primis auaritia ducum atque crudelitas, quæ omnia & multitudini, & ipsis ducibus obsunt,&c.Plin.Episto.24.lib.8.Amor &c. Colum. libr. 1.cap.8.in med.neque remisse,neque crudeliter imperet. Machia. libr. 3.discur.cap.19.20.22.Dion.lib.55.cap.390.in prin.de Liuia.in oratio.ad Aug.Imper.in princi.eius.Totilas Gothorum rex in Græcos, & in suos humanissimus quandoque,& seuerus ad tempus.Blon.lib. 5.histor.car.2.eius,uel 30.a ter.Ioui. in Tamburl.Imper. car. penult. Sen. lib.de Clem.car.92.in fi.cap.quoniam,in fi.eius. At cui ultio &c.Nam nimia seruitus amicitiam, & charitatem tollit in principem libertas nimia lasciuiam post & contemptum parit. Supra modum elata lasciuiũt. Sed de rebus Persarum,qui propter nimiam dominationem,seruitutem que, nõ recte &c. Quinetiam sæpe exigui sui commodi gratia funditus euerti ciuitates &c.Plura Plato lib.3.de legi.in arg.& car.3.a ter.in medio. car. 4. a ter. in med. Episto.eius.8.in medio.Seruitus ac libertas si modum excedat,utraque mala est.Tul.ad Q.Fratrem Episto. 1.car.3. Sen.lib.de clem.in fi.cap.Indicta est cap.95.ante.Geu.lib. 1. car. 146. Nobiles equi melius facili freno reguntur.Ita clementiam &c. Remissius imperanti melius paretur. Salust.libr. de rep. car.99.a tergo.Mansuetudo audaciæ miscenda, & econtra. horum est officium ciuites diuites facere, concordes, liberales, sine uexatione aliquorum societatis conciliandæ peritus princeps esse debet.Plato lib.1. de legibus. cart.4. ante,in med.Plut.in uita Agesil.car.4.ante in fi.Spartam seruari quia reges imperare scirent. Immo quia ciues parere &c.per Theopompũ,de quo idem Plut.in eo.in Apopht. car. 176. a ter. in Theopom. Xenop. lib.2.car.2. a ter. Decet principem se bonum præstare, & ut ciues quã optimi sint futuri. Regis officium uel optimi esse ducebat quam plurimis subditos beneficijs afficere.Tul.in 2.offic.car. penulti. Commoda ciuium defendere non diuellere, atque omnes æquitate eadem continere &c.Rempub.augeat imperio,agris uectigalibus. Lactan.lib.5.capit. 15.in med.Xenoph.lib.8.cap.136.in prin.Similia esse debere opera boni pastoris & boni regis, & ut pecora fœliciter habeant se, & ut urbes & homines fœlices facerent,& ijs uti &c.Xenoph. etiam in uita Agesil. car.5. fin.Regis est officium plurimis eos bonis cumulare, qui sub imperio constituti essent. Sed & legibus inseruire, ditare quam ditescere magis regium dicebat Ptolomæus rex.de quo Plut.in Apophtheg.car. 8.ante 131. Ita non inopes subiectos non ditissimos pati. Plato libr.5. de legi.in fi. car. ult.a ter.in princ. Amicos suos honeste ditauit Aurel. Imper.de quo Vopis.car.antepen. & modice,ut miserias paupertatis effugerent, & diuitiarum inuidiam patrimonij moderatione uitarent. car.204.Xenoph.lib.8.in med.car.176. Ego dum amicos diuites reddo,

d o,hos mihi thesauros esse puto,& custodes tum mei ipsius &c. Concordiam tollunt,quæ esse non potest cum alijs adimuntur, alijs condonantur pecuniæ.Tul.in 2.offic.car.antep. ante.deinde æquitatem si habere suum cuique non licet.Nec procedendum in misericordia aut uenia, quia crudelitas est inclinatio animi ad asperiora &c. Clementia repellit &c.Sen.lib.2.de clem.in prin.lib.1.cap.2.ibidem. in fi. Esse autē &c. Tam omnibus ignoscere quam nulli crudelitas est eadem, modus tenendus &c. bonis nocet,qui malis parcit. Ex sæua animaduersione nulla regi gloria est. Inferior horrescit quicquid peccat superior. Sene. in suis prouer. Et non minus principi sunt turpia multa supplicia, quā medico multa funera.ubi supra,cap. Indicta est &c.lib.1. & in suis pu.

8 Tutius est amari quā metui.Sen.ubi supra.& in suis prou.cap.Quid ergo? car.2.a ter.lib.2.in prin.eius. Clarum esse ciuem, bene de repub. mereri,laudari &c.metui uero inuidiosum, detestabile, caducum &cæ. Tul.in prima Philip.in fi.car.eius ultima. Plin.Episto.24.libr. 8. amor &c. Machiau. lib. de Principe.capit.17.plura. Qui ab omnibus timeri uult omnes timeat necesse.est ita Phalari,de quo infra. Tul. in 2.offic. Sen.in suis prouer.Xenoph.lib.5. car.4. fin. a tergo. Qui metui multis est,multos facit inimicos.

9 Tutius est item habere principem malum & consiliarios probos, uel executores, quam econtra, quia unus malus a pluribus bonis corrigi potest.Lamprid.in Alexand.Imper.car. penult. eius a ter. Diodo.in 1.car.10.Geu.lib.2.car.427. Qualem ministrum eius intimum iudicaris, talem illius animum fuisse censebunt, pedes manusque regum mini stri sumus &c.Aemil.in Ludou. 10.rege. 46. car. 367. plura Agrippa. cap.55. car. ult. raro potentes rerum mali euadunt, ubi desint suarum cupiditatum ministri.Agrippa.car.55. in polit. in fi.Melior pauper uel puer & sapiens,rege sene & stulto.Eccl.cap.4. Magistratum gerens audi iuste & iniuste.Eras.prou. 1680. Dij auertant principes pueros.Vopis.in Tacito Imper.car.3. in prin. Maximas respub. per adolescentes labefactatas,a senibus sustentatas reperietis.Tul.lib.de Senect.car.5.in prin. Semper timendum cum dominantur reges iuuenes. Hom. in 14. Odis.car.2.ante.ueh terra cuius rex puer est,& cuius principes mane comedunt.Eccl.cap.10.in fi.Esai. etiam capi. 3.a.

10 Monarchiæ,Oligarchiæ,poliarc.Aristocr. & Democr. commoda &incōmoda no.Plato de regno.car.eius pen.li.8.de rep.car.eius prima li.3.de leg.car.pen.li.4.car.2. Agrippa.ca.de politica. 55. plura de istis Guizard.lib.2. car. 80. de Soderino in Florentinos. Inter Darium regem primum & socios coniuratos examinatio status constituendi, uel firmandi,not.Herod.lib.3.cap.6.ubi adducuntur plura. Budæ. in pan-

dect.

dect.primo.car. 19. a tergo. Dion. lib. 44.in prin.car.prima. Agrip.in polit.cap.55.Ponta.lib.4.de obed.car.29.a ter.cap.optimam.lib. 2.de aspirat.car.38.ante.Arria.lib.1.car.34. Non bonus multorum principatus,unus princeps,unus rex,cui dederit Iupiter sceptrum & iura.Home.in 2.Ilia.car.3.libr. 9. car.2. de quo est prouerb. in Dione libr. 44. car.prima, lib.52. plura.cap. 8. a ter. Agrippa ubi supra per Agrippam coram Aug. Orantem,& sibi respondentem Mecenatem. Pont. lib. de obed.ubi supra.car.28.29. Caligula Impe. de quo Sueton. in eius uita. cap.hactenus.car.180.dicebat unus rex,unus dominus;Item una fides, unus deus,&c.Paul.ad Ephes.cap.46. Ouid.in 3.de arte. Non bene cũ socijs regna Venusque manent.

11 Principatus appetendus non est.Dicit Tul.in 1.offi.car.14.Immo quandoq; deponendus.Declarat in eius episto.ad Paurolum filiũ Phalaris Agrigẽt.tyranni.incipi.Quum in hymerã &c. Errat si quis existimat tutum diu esse regem.Sen.in suis prou.ut executi sunt plures,de quibus in cap.Qui principũ &c.Quia unus parẽ,alter superiorem pati non potest,ut de Cæs.& Põpeio.Flor.lib.54.in Epitho.Dion.lib.41.cap.109. constitutus tamen in nõ multos & optimos.(Oligar.dicitur)econtra stare põt,& diu.Plato de regno car.eius penul.lib.4.de legi. car. antepen. Tul.in 3.car.antep.in fi.& car.1.Agrippa ubi supra.Geu.li.1.car.295. a D.Alfonso lib.2.in fi. capit.412.in oratione Traiani Imperatoris.

12 Imperare nescit,qui non & parere nouit.Plato.lib. 6. de legi. car. 3.in princ.Quem refert & sequitur Plut.in polit.car. 11. a tergo. Qui nunquam seruiuit, is laude dignus esse dominus nunquam poterit. Qui bene imperat,paruerit aliquando necesse est.Tul.lib.3. de legi. car. 1.a tergo.Eras.plura prouer.4.car.8.in fi. Geu. lib. 2. car. 431. Non bene imperat &c.Sen.lib.de Ira.2.cap.utilis est &c.in fi. eius. Luporumque ritu est,ècontra,qui seruire non possunt,ita nec imperare:nanque nemo regere potest qui non & regi.Dion.lib.52.car.5.Celius lib.4. cap. ult. Ponta.lib.de Mag.car. 4. a ter. in med. Plut. etiam in Apophtheg. Lacon.car.5.ante,uel. 159. Et in oratione sua ad Imperat. Traianum. de qua Geu.lib. 2. in fi. car. 408. Interrogatus Agesilaus rex cur maxime fœlices essent Spartiatæ,respondit, Quia maxime aliorum se exercent, ut imperent & obtemperent,&c.Xenoph.lib.1.car.5.fin. 20. Hæc duo mihi uidentur maxima,docere, & imperium pati, & imperare.Reges & uulgus post epulas &c.alibi in uer.Multitudo.Plut.in uita Phocio. car. 2.in fi. Nemini in labore cedere debet, sibique magis quam alijs imperare.in apophtheg.car.4.in prin.158.& car. 162.ante. de Agide.

13 Interrogatus quõ exerceretur,Scire inquit,& imperare,& obtẽperare.Formidolosior est ceruorum exercitus duce Leone quam econtra.

Plut.

Plut.in apophthe.græc.in Chabria. &c.car.4.in prin.136.Et de oppugnanda petra in Indos per timidum Ducem defensa,nūc respondit Alex.Mag.locus captu est facilis,ubi supra.car.8.uel 231.in prin.Et per Artemisiam ad Xerxem,de qua Herod.lib.8.capit.6.in med. Cambi.in Maumeth Turc.Imperat.lib.1.car.15. Exemplum in Xantippo Lacedem. Carthaginensium duce sumpto, ut ex Polybio, Malo sub rege apum militare,quam formicarum exercitum ducere. Valla in procem. lib.4.in fi.ur de Martio Coriol.Machia.lib.3.discur.cap. 13. Nulla est gloria, quod quis sit omnibus maior, nisi maximi fuerint quibus, maior sit.Plin.in paneg.suo.car.370.ante.Melius est inopem seruire rustico inopi &c.quam imperare omnibus mortuis.Home.lib.11. Odis. de anima Achillis.car.antepenul.replicat Plato lib.3.de rep. in princ.eius. Melius est esse caput anguis, quam cauda leonis. Malo esse primus in oppido,quam Romæ secundus.Plut.in Cæs.uita. car. 2. ante in fi. & in apophtheg.in Iulio Cæs.car.152.ante.

14 Qualis princeps,tales ministri,talis & populus.Secundū iudicem populi,sic ministri eius.Eccl.ca.10.a.Qualis est rector ciuitatis,tales& habitantes in ea. Componitur Orbis, Regis ad exemplar. Claudi.de quo Pont.lib.de Principe.car.5.in fi.Plato li.8.de repu.in prin.car.eius 2.in prin.li.4.de legi.car.2.a ter. in med.Omnē rempu.ex eo quod dominatur mutari.Non ante sanctis uiuetur morib.nisi sanctitate imbutis magistris morum,ijsque qui uitę mortaliū pręsunt,dicebat Clemens Pontif. de quo Aemil.in Ludou. nono.rege.43. car. 316.ante. ipse sibi legem præscripsit, & cæteris exemplum præbuit,&c. Xenoph. de Cyro rege. lib.1.car.antepenul. in prin. Debet imperator tolerare plus solis & frigoris & laboris,quia conducunt ad amorem subditorum, leuioresque efficiuntur quando in oculis hominum esse intelligat quicquid faciat. Vbi supra.lib.8.car. antepe. Quales fuerint præfecti, tales esse, qui sub ipsis sunt,frequentius fiunt.Iuuen.Sat.6. in fi.Quæ nō faciet quod principis uxor.Taci.lib.18.car.antepen.in fi.60. Siquid ardoris ac ferociæ miles habuit,popinis & commessationibus & principis imitatione deteritur,in orat.Mutiani ad Vespasia.principem. Aemil. in Car. 5.rege. 51.car.418.a tergo.Abs te omnes pendemus,te sibi quisque proponit ad imitandum exēplo. Et in Ludou.9.rege.43.car.316. & alibi in uer. exemplum diximus &c.Tul.lib.3.de legi.car.3. fin. 354. Quæcunque mutatio morum in principibus &c.Geu.li.1.car.181.Al conte di Bondia.lib.2.in fi.car.408.in oratione Plut. ad Traianum Imperat. Exemploque suo mores rege Augustus.de quo metham.lib.ult.car. fin.Martia.lib.9.car.4.fi.lib.12.car.2.Herodia.in prin.operis.car.2.Solent plerunque homines uitam principis æmulari &c. Quales in repub.princi-

pes

pes essent, tales reliquos solere ciues esse. Tul. lib. 1. Episto. famil. Periucundæ. & Liui. in Numa Pompi. li. primo. car. 3. in fi. Ipsi se homines in regis uelut unici exempli mores formarent. Ouid. in ultimo metham. car. penult. Exemploque suo mores reget &c. Plin. in præfat. lib. 14. pas si uero ipse prius uiam per quam sequantur cęteri ingrediatur oportet, omniaque in seipso primum expressa pręscribat agendo &c. Plin. in suo paneg. car. 353. 354. in princi. Machia. lib. 3. discurs. cap. 29. libr. de princi. cap. 22. Dion. lib. 52. car. 6. fin. a terg. in orat. Agrippæ pro monarchia Herod. lib. 2. car. 4. Qui recte bona dispensat, non modo nihil cuiquam eripit, sed & cæteros frugi esse docet, & parcere parto, pedes manusque regum ministri sunt, dicebat Eugeranus. de quo Aemil. in Ludou. 10. ubi supra. car. 367. ante. Bonus dux bonum reddit militem. Catulæ dominos imitantes. Eras. prou. 800. 1513. principum exemplo leges in ciuitate mutantur. Plato ubi supra. car. 2. in fi. 4. de legi. Plut. in Licurgo. in fi. car. ult. in fi. Geu. lib. primo. car. 13.

15 Nescis quanta bellua sit imperare, dicebat Tyberius Imperat. de quo Sueto. in eo. capit. principatum. Curt. lib. 7. in med. car. 8. ante, uel 88. Magnum onus sustines capite regium insigne, dicebat Imperat. Antoninus philos. de quo Capitolinus in eo. car. 3. a terg. Disputauit quæ mala in se contineat imperium. Geu. lib. 2. car. 418. 421. Documentum præbuere Corbis, & Orsua de principatu contendentes ut not. Liui. lib. 28. in med. car. 148. Quantum cupiditas imperij malum inter mortales esse soleat, mens nostra Cęli æternitatisque capax est, regna suspecta, infida, cruenta, incerta, serua, angusta, insatiabilia &c. Odo rex moriens dixit, ut ex Aemil. in Carolo Simplice. car. 125. ante. Imperium & mare pulchrum & periculosum est. dixit Traianus Imper. de quo Geu. ubi supra. in fi. car. 422. a quo Aemil. item in Ludou. 11. rege. 54. car. 481. in prin. Dictitabat sentire se quam magnum onus regnum sit &c. Nihil difficilius quam bene imperare. Colligunt se quattuor uel quinque ad imperatorem decipiendum, Cautus & optimus uenditur imperator. Vopis. plura in Aurel. Imperat. Anton. car. penul. Dion. lib. 52. car. eius quinta. Cæl. lib. 4. cap. ult. Tul. in primo offi. car. 14. regnantibus multo maius periculum quam ijs qui iudicantur. hi enim timent singulos. illi uniuersos. Sen. lib. sentent. de moribus. car. 71. in fi. bona externa fortunæ sunt addicta eaque incerta, quorum e possesione facile eijciamur, potentatus ac magistratus periculosi, præcipites, molestiarum pleni, calamitosi &c. Ponta. libr. 1. de prud. cap. de perfecta fœlicita. car. 167. regibus certior est ex mansuetudine securitas. Sen. in suis prouer. Plutar. lib. de Principe. car. eius 2. a ter. uel. 416. a tergo magis timere debent ne quid mali faciant quam patiantur. Machia. lib. de Prin

cipe

cipe.cap.19.Geu.lib.1.cap.112.ad Anton.Cueua.lib.2.in fi. car. 420. Plut.in apophtheg.Lacon.car.160. in Agesilao.Imperatorẽ oportet esse in hostes audacẽ,in subditos beneuolum, in occasiones solertem,multi principatum appetunt,pauci habentur idonei, præsertim & in mulieres alienas, & in bona quibus debeant abstinere. Misera conditio imperantium,quibus de affectata tyrannide non creditur nisi occisis. Ouid. de quo Vulcat.in Impe. car.eius ultima.Dion.lib.55.car. 383. ante de Liuia ad Augustum Imperat.Grauis est solitudo &c. possunt enim cuiquam esse utiles angores, multi iniqui, & infideles regno, pauci boni sunt.Tul.libr.3.offic.in medio. car. 66. ante. Domitianus Imperat.de quo Suet. in eo capitulo. Conditionem &c. Spartia. in Satur. tyranno. car.2.ante dicebat. Nescitis amici &c. ut supra in uer. Nescis. Beroal. in Seru.nu.31.Super illud Virgilij. Quos super atra silex &c. Plutar.in apophtheg. car. 133. a ter. de Antiocho rege in uenatione aberrante, qui incognitus audiuit, se bonum haberi uirum, sed amicis flagitiosis utentem plura inscium committere.& ubi supra lib.de doctr.Prin.car. ult. Itaque qui uere sunt reges timent hos, in quos habent imperium. Contra uero tyranni &c. Miser est Imperator apud quem reticentur uera. Qui cum ipse publice ambulare non possit, necesse est ut audiat &c. Capit.in Gordiano Imperat.iuniore.car. eius 2. in Probo Imper. cart. 217.Dion.lib.55.car. 6.

16 Quorũ nihil est obscurum.Plato Epist.4.in med.In te unum maxime sunt conuersi omnium oculi. Tanquam igitur subiectus oculis spectantium quod ab omnibus conare &c. Quid agat, quemadmodum uiuat inquirunt, & tanquam in clarissima luce uersetur. Ita ut nullum obscurum potest nec dictum eius esse,nec factum.Tul.in 2. offic.in medio.car.40.in fi.Ioui.lib.42.car.8.fin.in oratione Perenij.car. 416. Salust.in Catili.in oratio. Cæs.Omnes homines &c. Qui magno imperio præditi in excelso ætatem agunt.Eorum facta cuncti mortales nouere. Quæ ab amplissimis uiris aguntur, ea minime in obscuro esse, nec taceri possunt.Plutar.in eius uita car.penul.ante.& in polit.sua.car.4.car.5. in prin.Etat.de Cimone,Scipione, & Pompeio, & in uita Agesilai. car. penul.in princi.Xenoph.lib.1.in fi.car. 4. fin. Præsertim quod intelligit in hominum oculis,& cæ.Geu.libr.1.car.125.al Episc.presidente di Granata.cap.195.Al conte di Bondia.lib.2.in fi. car. 419. in oratione Traiani Imperat.ad Senatum.car.420.Orat.lib. 1. Epistola ad Seium. car.197.gaude prospectante Tull.&c. Ita Agrippa ad Octauianum Cæsa.Iuuen.Sat.9.in princi.car.3.in princi.Secretum diuitis ullum esse putas,Serui ut taceant iumenta loquentur &c.Arria.lib.7.car. 300.regum negotia quo magis ocultantur, magis efferre concupiscunt. Hos facit

improbos

improbos nimia licentia, rerum copia, amici improbi &c. Plato lib. 3. de legi. car. ulti. eius ante de pudore, & Epi. 3. in med. eius. Opes tam priuatorum quàm Principum quanto maiores ſunt, tanto magis inſidiatores & machinatores. Vnde nihil pernitioſius gignit opulentia atque poteſtas. Tul. in tertio offic. d. car. 66. Curt. lib. 8. in med. car. 114. a ter. in reſponſione Alexandri. ubi uero reuerentia exceſsit animis &c. Boni paſtoris eſt tondere pecus non deglubere. Olitorem odi, qui radicitus herbas excidat. Eraſ. prouer. 2612. Similia eſſe dicebat opera boni paſtoris, & boni regis Xenoph. lib. 8. in princi. car. 8. Sueto. in Tiberio Imper. cap. corripuit &c. car. 144. Dion. in eo. lib. 57. in medio car. 427. ſexta. Titum Veſpaſianum Imperator. unicum mutatum in melius dicit Tacitus in eius uita, lib. 17. car. 46. a ter. Gelonem Hiero nemq; Siculos & Piſiſtratum ex uita tyrannica euaſiſſe ad uirtutem, notat Plut. lib. de ſera num. uind. car. 4. in fin. Piſcis primum a capite fætet. Eraſ. prouer. 3297. car. 333. Nullus magnus piſcis malus. ænigma, de quo in prouer. car. 173. Eraſ. ut in corporibus, ita in imperio grauiſsimus eſt morbus qui à capite diffunditur. Plin. Epi. 22. in fin. lib. 4. car. 113. interfui &c.

17 Princeps qui libenter audit uerba mendacij omnes miniſtros habet impios. prouer. capitu. 29. b. ut Xerxes, de quo Seneca libro ſexto, de benefic. cart. eius penulti. capitu. cum bellum &cæt. car. 117. in fin. de eius aſſentatoribus, Princeps laudari appetens ſimilis eſt paſtori qui abunde mulget. &cæt. Philocolax aſſentatoribus gaudens dicitur talis, not. Plut. lib. de diſcri. adulat. car. 1. Plato de ſcientia car. ſeptima, uel 60. ante in med. Arria. de Dario rege lib. 2. car. 6. a ter. malum eſt imperare ſub quo nemini quippiam conceſſum ſit. Sed longe peius ſub eo uiuere, ſub quo maxime liceat. Dion. in Nerua Imp. in princ. regem aut fatuum naſci oportere, eſt in prouer. de quo Eraſ. num. 201. Tul. ubi ſupra, ad Atticum ſuum, car. 660. Quæ uncis ſunt unguibus non nutrienda. Plut. de nota Pithagor. car. 462. not. & Eraſ. prouer. ſecundo, car. 7. Leonem nutrire non decet in repub. uel ſi nutritur ei ſeruiendum eſt. Plut. in Alcibi. uita. car. eius. 4. ante, in fin. de Pompeio Lentulus, de quo Valer. cap. libere dicta in med. acclamate Quirites dum licet, iam uobis impune facere non licebit. Tul. Epi. ad Atticum lib. 7. Multas. &c. car. ſeq. Dioni eius lib. 8. in princ. Epiſtola prima, Epiſt. tertia, maximis &c. Potentiores uſurpant inferioribus. Plut. in Camilli uita. car. eius tertia, a ter. in prin. Eccle. cap. 13. c. Paſcua diuitum ſunt pauperes. Guizard. lib. 4. car. 210. in prin. lib. ulti. car. 2. preces ab eo qui iubere poteſt uim neceſsitatis afferunt. Plato Epi. 7. car. ſecunda, ante, ubi ſupra, replicat Tacitus lib. 14. car. 3. in prin. libr. 20.

preces erāt,&c. Aequa lege pauperi cum diuite non licet agere,æquius quod ualidius. lib.15.in prin.car.28.in princi. Dion.lib.49.car.5.fin. ante.Plaut.in cistell. capi.credo,in fin. car.128.a tergo.Tul.li.3.ad Atticum.Vi uerum uincitur.& alibi in uer.iustitia &c. In Amphit.capitu. age tu,car.18.Plut.lib.de Exilio ex Euripide.car.antepenul.a ter. 254. Potentiorum perferenda inscitia. Tacere nunc oportet, nunc præstat loqui,Calisthenem monuit philos.Aristoteles præceptor Alexandrum magnum quam raro loqueretur, & quam iucundissime. Valer. capi. sapi.dicta. de Philippo eius patre Iusti.Aesopus in fab.de Leone in socios, de ceruo & equo. Orat. in primo Epist.car.204. lib.primo Epis. ad Quintum. Qui dedit hoc hodie, cras si uolet auferet, &c. de Carthaginensibus & Masinissa rege Liui. libr.34.car. ulti.in fin. possessionem fuisse rei qui plus armis potuisset.Alciat. fab. 165. Intuta manet undique debilitas. psalt.cap.4.in med. Sedet in insidijs.&c. Serpens ni edat Serpentem Draco non fit. prouerbium. de quo Eras.num.2261. Principum societas pernitiosa,dulce inexpertis cultura potentis amici, fuge procul à uiro maiore. Cauendum a potentiore. prouerb. de quo Eras.2360.Orat.in epis. ad Lollium lib.primo.Plut.lib.de doct.princi.car.ulti.a ter.417.415.in princ.Arria.lib.2.car.septima,ante. Curt. lib.7.in med.car.8. de Cobare. seruo utilius parere quam consilium afferre,&c.Sene.Epist. 69.in fin.Cōcilio,&c.in fin.de Cambise, lib.3.de Ira, & car.132.ante, Epi.14.in prin.lib.2.de Ira,cap.eius ultimo, sæpe autem.car.129. Sapiens nunquam potentium,&c. Quid uiolentius aure tyranni. Iuuen. Sat. quarta. Dion libr.38.car.38. in fin. lib.48.car. 252. a ter. Iouius,lib.11.in prin.car.prima.161.Herodo. lib.septimo, capit.16.in fin.

18 Quodlibet Principi licere prætendunt, dicit Arria. lib. 4. car.8. eius,ante. Plut.in apophtheg. in Antig. rege. car.131.ante.in fin.libr. & de doctri.princip.car.416.a tergo. Guizard. lib. septimo, in medio, car.379.a tergo, de Franc. rege. Quid tam infidum mare &c. ut supra, pares cum paribus &c. ut in uer. Amic. Cum ipsis habenda amicitia & consuetudo aut maxima aut minima. Plutar. in Solon.uita car. eius ultima,in princ. Eras. prouer.2947. Vitandæ potentiorum offensæ, eorumq; stultitiæ ferendæ. fulmen est ubi cum potestate habitat iracundia. Sen. in suis prouerb.Tul. in Epi.ad Atticum.car.67.Multa me &c. Plut.lib.de Exilio. car.antepenult.in fin.254. Ne litiges cum uiro potente, longæ sunt regum manus.Eccle.cap.8.in prin.Home.in primo Ilia.car.4.ante. Ouid.in Epi. Helenæ.de qua Eras. prouer. car. 24. Potenti non resistendum, durum est enim contra stimulum calcitrare. in act.apost.cap.26.d. Licere sibi arbitrabantur quod licet, unde

respon-

respondit regi Antigono quidam, de quo Plut.in apophteg.car. nona, in eo.barbarorum hoc regum est. Nobis autem honestum est tantum quod honestum, & iustum quod iustum. & lib.de doctri.princi.car.2. a ter.Eccle.cap.4.in fin.cap.8.a.c.

19 Non prouocandi, uel prouocati subinde extirpandi. Machia.lib. quarto histor.lib.5.in prin.car.2.a ter.124.153.Ponta.lib.4.de sermo. in med.car.229.ante,cap.hinc ad alias &c. Tyranni amicus est eius seruus, dixit Sophocles,de quo Apia.libr.2.car.72. a ter. ubi de Pompeij interitu, Plut.in Arati uita,car.3. a ter.in princ.313. Amicitiæ regum uel tyrannorum sunt feruentes ac repentinæ. Ditiori te ne socius fueris. Eccles.cap.13.a.cap. octauo.c. Regum amici interim totum, interim minimum possunt. Plut.in apophtheg.car.2.uel 124.Noli fænerari homini te fortiori. Machia. lib.de Principe capitu. 21. libr.6.histo. capit. 174. ante. Rex aut Asinus, Cæsar aut nihil. Erasm. prouer.2441.

20 Principes natura neminem uel hostem uel amicum habere intendunt. Sed ex eorum commodo amicitias, & inimicitias metiri dicit Polybius lib.2.in med. car.74. in fin. Plut.in Pyrrho.car.3.Dion car. 15.in prin.lib.37. in med. ubi de Catilina.lib.38.car.36. a ter.lib.48. in med.car.252.a ter. de Phil. patre Alexandri mag.libr.9.Iusti.in fin. eius. Amicitias utilitate non fide colebat. lib.22. in med. de Agatocle Siracus.de Lisandro.de Parthis lib.41.in med.Guiz. lib.16.in med. de Borbonio lib.12.car.152.de Fregosio ad Pontificem.lib.ulti.car.395. & alibi in uer.uerba blanda diximus. Sed ij non Principes, sed tyranni, & sceleribus proni, ambitiosi &c. Non societas, nec fides tuta regnandi causa dicebat Ennius. de quo Tul. de Cæsare Iulio, lib.primo offic. car.6.in prin.lib.3.ubi de Romulo in fratrem, Iouius in Selymo Tur. Impe. lib.2.histor.car.1.Machia.lib.de princi.cap.18. de ecclesiast. & pontifi. Corius.lib.3.car.237. Qui simulare nescit regnare non nouit, dicere solebat latine tantum Carolus Octa. Rex Franc.de quo Aemil. lib.10.car.antepenul.alibi.in uer. fides. Si uiolandum est ius. &c. Regnum est insociabile.Curt.lib.6.car.67.lib.10.car.156. uel penul. Nec permittendum cuiquam principatum crescere ut de iustitia illius sit dubitandum. Sero resistimus ei quem per annos decem aluimus contra nos.de Cæsare Cicero ad Atticum. cur autem resistamus cum quinquennium prorogauimus.lib.7.car.septima.202.Multas &c.in fi.eius, & epistola sequenti. plane. Ita & libr.8.car.3. Maximis &c. car. 230. Nihil actum est a Pompeio &c. Ponta.lib.5.de obedien.car.41.cohærenda &c. Machia.lib.primo,discur.cap.33.Orat.Epi.ad Lollium.lib. primo. dum tua nauis in alto est &c. Vtilitas regnandi qualis not.Tul.

in tertio offic. in med.car.66. cum utiles esse non possint angores solicitudines diurni nocturni mentis, uita insidiarum plena & periculorum &c.ut supra hic. Vnde gladium nudum filo pendentem tyranno laute prandenti appositum figurant. Tul.libr.ulti.Tusculan. car.195. plura. Persius etiam Sat.3.in med.Macrob.lib.1.in Somnium Scipio. cap.10.in fin.Si in clientelam fœlicis aut potentis perueneris, aut ueritas aut amicitia perdenda est. Senec. in suis prouerb. Plut. in apo. de Pomp.si inuitus pares seruus es, si uolens minister.ubi supra. Tyrannus a rege distat factis non nomine. Potentioribus & trimestres nascuntur filij,de Aug.Dion.lib.48.car.5.fin.Suet.in Claud. Imper. car. 1.uel. 5.fina.in prin.vnde fuit ortum & prouer.

## INDEX TITVLORVM PRIMI LIBRI.

# MILITES ESSE PRINCIPI NECESSARIOS.

## *Titulus secundus.*



ILITES in ciuitate uel principatu necessarij & continui sunt habendi. Ex quo humana auiditate irritati audaces & potētes aliena appetunt & aggrediuntur, bellumq́; quod habetur insatiabile & inexpertis dulce, impudenter prosequuntur. Principes igitur quique, ad pacem quamuis proni, militiam instituere coguntur ordinariam ad repellendas iniurias, & tuendum principatum. Quia & sapientia sine uiribus aut potentia parum tuta est, & non facit satis. Nam armis obediunt omnia. Sæuit amor ferri. Bellum sic gerunt sapientes & suscipiunt pacis causa, &. ut not. Tacitus, Neque quies gentium sine armis, neque arma sine stipendijs, neque stipendia sine Tributis haberi queunt. Vnde milites eligendi ex aptioribus ad labores, exercendi ad seruandos ordines non semel in mense, uacante bello, sed frequenter, stipendio & armis sustentandi, pecunia præcumulata pro tempore militibus ipsis dispensanda. Ad obedientiam tenendi. Nam bello uincit, qui milites regit. Sunt & belli sicut pacis iura. Nam auiditate rapiendi multi exercitus, quia inobedientes, periere. Pugnæ ducem interesse oportet, non autem prælium detrectare. Iteratas iniurias non pati. Neutralitatem uitare, bellumq́; hosti potius inferre quàm expectare. Consilia eorum præuidere, & omni impetuosa celeritate conficere. potiores habendi sunt pedites equitibus. Qui delecti & exercitati ex proprijs esse debent, non extranei uel mercenarij. Qui promptiores habeantur in prælio, aut uincere, aut uiriliter occumbere. Ex quo gloriosum habetur pro patria uitam exponere. Dux læto uultu semper appareat, hostium consilia diligenter præsentiat.

### *Declaratio prædictorum per authoritates.*



ATVRA mortalium auida imperij, & præceps ad explendam animi cupidinem dicit Salust. in Iugur. car. 3. Appetentes aliena habentur non prouocati, militia unde necessaria ad expellendas iniurias, dicit Plato. libr. 5. de republ.

car.penulti.in prin.uel.242. De Mecenate ad Augustum. Dion.li. 52. in med.car.333.naturali tantum ambitione exciti post generale diluuium ex quinque. de quibus Xenoph.lib.de æquiuocis. & alibi annotauimus,infra. primus Assiriorum rex Ninus, de quo Berosus lib.5.antiquit.in Nino ipso.3.Babilon.rege.Fab.pict.car.secunda.aureos mores noua regnandi cupiditate limites transgressus est. Iusti. lib.primo, in princi.Inde Alexander Mag.de quo Sen.Epi.94. in fin.hanc partem &c.car.eius ultima. Agebat Alexandrum furor aliena deuastandi,& ad ignota mittebat, Gręciæ primum cladibus incepit, quod cuique optimum fuit eripuit, Lacedæmonem in seruitutem egit, Athenas tacere iussit,non contentus strage tot ciuitatum,quas autuicerat Philippus, aut euerterat, toto orbe arma circumferre nec substitit unquam laxa crudelitas,immanium ferarum & fames, iam in unum regnum multa regna coniecit, iam Græci Persæq; eundem timent, a Dario liberę nationes iugum accipiunt, idem tamen ultra Oceanum Solemq; ipse naturæ uim parat. &c. Verum ego, ut in sua oratio.de qua Curt.lib.ultimo,Arria.lib.7.in prin.car.6.qui nec annos meos, sed uictorias numero, si munera fortunæ bene computo diu uixi. Orsus a Macedonia imperium Græciam teneo, Thraciam & Illirios subegi, Triballis Medisq; imperito, Asiam quà Elespонto, quà Rubro mari abluitur, possideo. Iamq; haud longe sum a fine mundi. Quem egressus aliam naturam,alium orbem aperire (ut nunc diebus nostris) mihi statui. Ex Asia in Europæ terminos momento unius horæ transiui, uictor utriusque regionis. Magi terram pulsantes in Alexandrum Mag.interrogati quare, sibi responderunt ut not. Arria.lib.7.car.prima a ter. Tantum quemq; tenere, quantum ambulans calcaret, ipsum quidem cæterorum mortalium similem esse quamplurimis rebus occupatus inquietusq; sibi æque ac alijs molestus tam procul a patria progressus. Ad cuius conspectum perductus Diomedes prædo maritimus captiuus ab ipso suspendi iussus,Sciebam inquit Diomedes talem te sententiam in me prolaturum, qui & idem in te statuissem ego si te captiuum haberem, latro minimus ego sum, tu maximus, qui Darium bello pluries superasti nulla in te lacessitum iniuria,prouincijs,& principatu priuasti, Porum Indorum regem prælio subegisti, per te nunquam cognitum & iniurium aut nulla prouocatione regno priuasti, quamplures ad hucusque prouincias & regna occupasti sola dominandi ambitione &c. Vnde Alexan. liberam sentiens ueritatem expositam,mutata uoluntate prędonem liberũ iussit haberi,& apud se admissum habuit,& ordines assignauit, ut pridem & Lisimachum, qui leonem priuauerat manu tantum extracta eius lingua morti expositus. Qui Dario scripsit,

ut Soles duo stare non possunt, ita duo Principes. Ex quo ni Serpens edat Serpentem, Draco non fit, ut in prouer. dicitur. & per Pompeium in Cæsa. sibi affinem & coetaneum, orbe subacto, nec Gn. quidem Pompeio not. Sene. ubi supra. Extrema inire bella insano tantum amore magnitudinis falsæ, modo in Hispaniam & Sertoriana arma, modo ad corrigendos piratas ac maria pacanda uadebat ad continuandam potentiam, quid illum in Affricam? quid in Septentrionem, nisi infinita cupido crescendi. &c. infra, car. 70. a ter. Quid Cæsarem in sua fata immisit? gloria & ambitio. Et ut ipse Sen. lib. primo, de benefi. in fin. cap. Alexan. &c. At hic a pueritia latro, gentium uastator, hostium pernities & amicorum, qui summum bonum duceret terrori esse, cunctis mortalibus obsitus, &c. Hercules Amphitrion. filius, Alcæus pyrata igne perijt primus ex maximis pyratis. not. Maneth. car. 102. Xenop. lib. de æquiuoc. car. prima. Berosus car. 72. In Balleo rege. 11. Babilon. 43. fuisse refert M. Varro, & Diodo. Sicul. Cyrus in Asia, in Græcia Lacedæmones, & Athenienses libidine dominandi proxima quæque subuertentes, & ut Salust. in fin. operis. Galli inde, & Germani, a quibus & Gothi, proinde & Longobardi, Vandali, Vnni, Theutones, Cimbri pridem & Tamerlanes, nunc autem Turcæ bella ex bellis afsidue serentes omnia occupaturi, nisi diligentius acriter obsistatur, ut pluribi deplorans Iouius acerbe conqueritur principum discordias, seditiones, intestina bella, lib. 17. histor. in fin. eius. lib. 39. in fin. libr. 40. in med. lib. 42. in fin. lib. 43. car. 4. in Car. Imper. car. 6. car. ulti. Ponta. lib. 5. de obedien. in med. de hoc notat Agrippa de uanit. scienti. cap. 5. de historia. car. ulti. plura de Heroibus, qui ut latrones furiosi, orbisq; prædones fuerunt ambitione perciti & superbia.

2 Insatiabile bellum dicit esse Home. libr. 13. Ilia. Omnium quidem facietas est & Somni & Veneris, cantusq; dulcis, & irreprehensibilis choreæ, hominum autem aliquis & magis cupit amorẽ expellere quàm belli, pugnæ insatiabiles sunt. libr. 5. in med. Marsq; hominum pestis, contentioq; insatiabiliter prompta causa ut supra, ex ambitione, & quia dulce est bellum inexpertis, ut in prouer. de quo Eras. Iusti. de Pyrro, lib. 25. in fin. Apia. in lybico. in med. eius, car. 256. Ex Masinissa rege tunc asserente, iucunditatem esse maximam, prælium atrox ex alto uel ex tuto despicere. Tul. lib. 8. Epist. famil. per Cœlium ad Cicer. in fin. eius. Tanti non fuit &c. Si sine periculo fieri posset, &c. Cupio maris turbulentos fluctus audire quietus tranquilla mente, cupio istorum naufragia ex terra intueri. lib. 2. ad Atticum, de geograph. &c. car. 54. de Xerxe Herodo. lib. 8. cap. 7. in fin. Ingrata Germanorum quies ocio torpentium in alias nationes ad bellum prodeunt. Tacit. in eis. car. 2.

ante in fin. ut hodie obseruant Heluetij etiam, & Galli, de quibus Polyb. lib. secundo car. 62. Cæs. lib. primo operis car. 1. in fi. homines bellandi cupidi, &c. Sueuorum gentem bellicosissimam, dicit idem Cæs. lib. 4. Gall. in princ. omnium Germanorum, qui ex pagis centum singula mill. quotannis bellandi causa ex finibus educunt quos alunt, qui domi remanent, & sic anno singulo in alios ipsorum, adeo ut nec bella, nec agricultura intermittantur, immani corporum magnitudine homines. Sen. lib. primo de Ira car. 2. ante. de Cymbris, & Theutonis, Celtiberis bellorum auidis, armorum cupidis. Valer. capi. de instit. antiqu. car. pen. Armorum uacationem si ultro offeras notari ignominia nos Francos putaremus, &c. Aemil. in Car. Mag. in fin. car. 110. a tergo.

3 Quia Mars est omnium pater & generator. Lucianus, de quo Eras. in prouer. bellum &c. 2436. Liuius lib. 5. in med. de Gallis in Italiam peruentis dulcedine frugum & uini, maxime cum se in armis ius ferre, & omnia fortium uirorum esse ferociter dicerent. Curt. lib. 5. in princ. ferro geri bella non auro, uiris non urbium tectis, omnia sequi armatos, Armisque obediunt omnia. Tul. in oratio. pro Murena, in medio eius. car. 130. Machia. lib. 1. discurs. cap. 10. in princi. Rei militaris uirtus præstat cæteris omnibus, hæc nomen populo Rom. hæc huic urbi æternam gloriam peperit, hæc orbem terræ parere huic imperio coegit, &c. & inferius ibidem. Summa dignitas est ijs, qui militiæ laude antecellunt. Home. in 3. Ilia. in medio. Vincentẽ mulier & opes sequentur, omnibus bellatrix quam imperatoriam uocant excellit. Plato in Epino. car. prima, in fi. Prima est adolescenti commendatio ad gloriam, si qua ex bellicis rebus comparari potest, in qua multi apud maiores nostros extiterunt, &c. Tul. in 2. offic. car. 40. in fi. & in Philip. 4. car. ult. Valer. capit. de Disciplina milit. car. ult. eius. Agrippa capit. 79. de arte militari. Virtus est una altissimis defixa radicib. hac maiores nostri primum uniuersam Italiam deuicerunt, deinde Chartaginem exciderunt, Numantiam euerterunt, potentissimos reges, bellicosissimas nationes & gentes in deditionem redegerunt. Tacit. lib. 20. car. 3. ante. Quid in sua Gallia quam bello uicisset? dixit in Cæsarem Ariouistus rex, de quo Cæs. ipse lib. primo belli Gall. car. 23. 24. Ius esse bello, ut qui uinceret imperaret, stipendium capere iure belli, quod uictores uictis imponere consueuerunt. Cæs. item libr. 1. car. 31. uel. 4. ult. eius. In armis omnia sita, fortunis uicti & esse, & dici bona uictoris oportere, dictum fuit Alexandro Mag. post uictoriam de rege Dario consecutam, not. Plut. in eius uita. car. 4. ante. in med. car. 6. ante, in fi. Victores hostium fortunas uendicabunt. Salust. in Iug. car. 95. De prælio per Metellum Cons. in Iugurtam.

Iugurtam.Tacit.lib.14.car.24.a ter. & nu. 19. alibi. Liuius post congressum inter Scipi.& Annibalem.lib.30. car. antepenul. in fi. lib. 21. car.quarta fin.per Annibalem in suos milites.capit.90. a tergo. Quicquid Romani tot triumphis partum congestūq; possidēt,id omne cum ipsis dominis nostrum futurum est. Neque Africam & Italiam, sed orbem terræ uictoriæ præmium fore, in manibus esse prædam Carthaginis, & cæ. Virtutem proprium hominis bonum, Deos fortioribus adesse, proinde arriperent uacui occupatos, integri fessos, & cæ. De oratio.Catilinæ Salust. car. 2. At mihi tam & si haudquaquam par gloria sequatur scriptorem & authorem,&c. Machiau.lib.5. histor.in prin ci.eius. asserit scientiæ; præstare bellicam rem. Aemil.in Clotar.2.rege 10.car.41. in princ. Si is ausis impune id sit inuium orbem terrarum, clausaque omnia itinera Francis,qui armis cuncta sibi patefaciunt.Plutar. in Cimo.car.penul.a tergo.Sed armis ac ui confringentes,&c. Qui uiribus præualent omnia aperta esse.Geu.lib.1.Episto. car. 58. Xenophon.lib. 20.car.33.ante. Omnia uincentibus proposita sunt præmia, &c.in oratio.per Cyrum ad suos milites. Appetere enim uictoriam quæ præclaras res omnes & optimas, & adipiscitur & tuetur, & imperio quod eorum qui uicti sunt,omnia uictoribus elargitur,&c. Item & per eundem.lib.3.car.antepenul.in princi. Si quidem uiceritis estis omniū earum rerum domini futuri, sin uicti fueritis,omnia hæc tradetis hostibus. Et libr. 4. car. 5.ante. Poly.6.lib.3.car.116.Ignorandum non est, nullum esse uictoria maius lucrum, nam qui uincit omnia rapit,una & uiros & mulieres,& pecunias,& regionem totam,&c.Et lib.7.car.2.ante.in oratio.Cyri ad milit.Xenoph.ipse. Non estis nescij uiri, &c. proposita esse præmia uictoribus quidem,fugare bona habere, laudari,liberis imperare,at uictis horum contraria,&c.Polib.etiā libr.2.car.63.De Gallis in Rom.Quę sint parata commoda si uincerent ante oculos ponunt,&c.Si uincerent Carthaginienses,dixit & Annibal ad milites.non equum aut sagum præmia habituros, sed omnium mortalium fœliciss. futuros opibus Romanorum.Ioui.lib.30.in med.lib.18. in princi.car. 2.Omnia uirtute uictoriaque parari,quę certa atque explorata uiderentur,uictoria libidinis ac insolentiæ plena neminem agnoscit. Dion.lib. 37.car.3.De Pompeio per arma potentissimo, lib.49.car. 6.fi.lib. 50. in princi.in oratio. Antonij ad milit.car.11.a tergo. Vt qui tales essent & qui arma denarios & equos possiderent,& nauigia deteriorem eligerent partē,&c.Salust.in Catil. de Syllæ uictoris exercitu. Igitur ij milites postquam uictoriam sunt adepti, nihil reliqui uictis fecere. Plut. in Demet.car.6. in med.20. a ter. Finita pugna reges uictores uictoriam consecuti omne regnum Antigoni, atq; Demetrij inter se partiuntur, &c.

&c.Dion.lib.37.car.3.lib.41.car.4.fin.a tergo. De uictoria Pharsalica quæ dominum rerum constituebat uictorem pugnæ,uictis nihil tuti, ni hil fidi,nullum receptum,uictoribus gloriam, imperium totius Orientis,spolia parat in medio posita,uictorẽ secutura, &c. Aemil. in Philip. 7.rege.41.car.253.a tergo. Armatum ergo quandocunque militem & principem esse decet , quia & uicini ad inimicitias proni,commodum consequi sperantes, ex alterius spolijs præsertim inopinantis, impræparati,debilis,uel ignaui.Herodo.in oratio.Mardonij.lib.7.cap.2. Adria nus,de quo Dion.car.4.uel. 16. in eius uita. Milites exercebat imperator ipse ad omnem speciem pugnæ, ut & eius exemplo omnes meliores & duriores redderẽtur, & cæ.& in eundem. Spartia.car.4.Milites quasi bellum immineret exercuit, parta uictoria solidam gloriam , triumphos, opes, regna , imperia daturus,&c.Aemil.in oratio. Pontificis ad principes in Pilip.primo rege.38.car.150.a tergo.Dario regi opes offerenti Alexander respondit, ut notat Curtius lib. 4. in med.car.24 in fi.Darium sibi aliena promittere, ex quo totum amiserat superatus Lydam Elidem,&c.uictoriæ suæ præmia leges uictores dicere solitos uictis accipiendas(& car.35.a tergo.) quæ amisit & quæ habet adhuc prę mia esse belli, meque in Asiam non uenisse ut ab alijs acciperem , sed ut alijs darem.lib.9. in princi. Pro concione laudatos milites docuit , illa dimicatione prostratum,cætera opimam prædam fore gemmis & auro Macedoniam & Græciam repleturos,&c.plura.uicimus,ipsa suas uicto ria concutit alas,Pax parta Hesperius nobis regnabitur orbis.Ponta.in Dial.Anton.car.97.a ter.in princi.

4 Militibus & pecunia superãtur omnia,dicebat Cæsar superato Phar nace rege in Italiam peruentus.not.Cæs.ipse.lib.2.in med.car. 53.ubi de Neruijs populis uictoribus nihil impeditum.Dion.lib.42. in fi. car. 4.fin.lib.43.car.7.in fi.lib.52.in med.car.333. uictis nihil tutum, ueh uictis,ut est prouer.de quo per Gallos Rom. tunc uictores. Liui. libr. 8.car.44.Plut. in penul.cap.ult.in medio. Vox uiri.car.237. Aemil.in Clodo.rege.5.car.22.in fi. Sed ab armata dextra præsidium saluti quærendum,in uirtute audaciaque uictoriam,prædam,gloriam positam,in fuga ignauiaque seruitutem,dedecus,exitium collocatum, uictoria mu tat homines.Home.in 6.Ilia.in med.Liui.in 9.libr. de Sannit.car.pen. a tergo,in princi. Horridum militem esse debere , &c. & omnia illa uictoriam sequi , & ditem hostem quamuis pauperis uictoris præmium esse,& per Scipio.ad nouam Chartag.in Hispania.Liui. lib. 36.car.pen. a terg.Hic pecunia omnis hostium, sine qua neque gerere bellum possunt,&c.Dion.lib.37.car.3.lib.ipso 52.car.333.Apia.libr.4. car. 162. a tergo. Pecuniæ per quosdam dictæ bellorum nerui. Ioui. libr. 13. in med.

med. De Sopho Impera. in Aluantem a finitimis popu. Legati ad dedendas urbes uenerunt, ex quo uictoria eo etiam gentium fauor inclinaret armorum, equorum, telorum, pecuniarum, militum uim maximam accepit, &c. Plut. lib. de fort. Alexand. Mag. 2. car. 4. ante in fi. Idem & Machia. li. 8. histor. in med. car. 252. & lib. de Princi. cap. 24. Taci. in lib. de uita Agricolæ. car. 5. in sua ad milites oratione. Omnia prona uictorib. eadem uictis aduersa, & per Alexand. Magn. in responsione ad Legatos Darij. Curt. lib. 4. in med. car. 35. Armis cuncta sibi patefaciunt Franci, ut per Grippum, de quo Aemil. in Clotar. 2. rege. Franc. 10. car. 41. in princi. in Lodou. 4. rege. 32. car. 132. Normannia magisquam unquam florebat uiris, armis, equis, telis, classe, auro, nouis colonijs.

5 Sapientia sine uiribus parum tuta est, & econtrario, ut explicat pluribi Plato, & Epi. 2. in princi. eius. Naturæ quidem lege, sapientia, potentiaque excellens in idem tendunt, semperque ista duo se inuicem requirunt, &c. Episto. 6. in princ. Opus esse sapientia aduersus improbos iniustosque, & ad resistendum potentia. Episto. septima, in med. cart. 3. a tergo, in med. Quamobrem qui tanquam potentiores, &c. Alter alterius auxilio semper eguit, & tam militaris res legibus in tuto collocata est, quam ipsę leges armorum præsidio seruatæ sunt. Episto. 11. in medio. Nam si putant aliqui, &c. Nisi sit aliquis cum auctoritate præsidés ciuitati, quod uidelicet cum in eodem homine bene cum prudentia & temperantia simul potentia summa conuenerit, &c lib. 4. de legi. car. 2. Plut. in Solon. uita. car. 3. a tergo, in med. Vim simul iustitiamque coaptans. Macrob. lib. 1. capit. 12. in med. Romulum dicit populum ciuitatis, ita in maiores minoresque diuisit, ut altera pars consilio, altera armis rempub. tueretur. Orat. in 2. Episto. in princ. ad Augustum. Cum tot sustineas, &c. armis tuearis, moribus ornes, legibus emendes, Vis cõsilij expers mole ruit sua. lib. 3. carm. Oda. 4. Descende, &c. Alciat. fab. 41. Laerte genitus, &c. Viribus hic præstat, hic pollet acumine mentis. & in primo Institut. Imperatoriam maiestatem non solum armis decoratam, sed etiam legibus oportet esse armatã, plura quinimo pariterque in summa fortuna auspicijs & consilijs quam telis & manibus geri. Tacit. lib. 13. car. 2. ante. Tum demum periculo atque negotijs compertum est, in bello plurimum ingenium posse. Salust. in Catil. car. 1. & in Iug. car. 35. a ter. Sed quoniam parum tuta per se probitas est, &c. dixit in Senatu Rom. rex Adherbal Iugurtæ frater & hostis insecutus. Machia. lib. de Princi. cap. 24. lib. 1. discurs. cap. 21. Facile experti sunt parũ tutam sine uiribus maiestatem. Liui. in seditiones inter patres & plebẽ. lib. 2. car. penul. Eccl. cap. 7. b. Vtilior est sapientia cum diuitijs, & magis prodest uidentibus Solem, sic ut etenim protegit sapientia, sic & pecunia.

cunia.Ponta. li.5. in fi. de Obedient. quo mihi aliter uitari nequeunt, uiribus contendamus,&c.Xenoph.lib.7.car.penul.ante. Milites debemus exercitationibus pręstare non ignari Deos hominibus demonstrasse hæc libertatis felicitatisq; instrumenta, nos ipsos oportet sine armis nusquam esse,&c. Dion lib.53.car.333.a tergo,in oratio. Mœcenatis. Sic milites necessarios esse , prout etiam denarios. Ouid. libr.13. metha.in med.de Vlisse & Aiace. Tibi dextera bello utilis , ingenium est quod eget moderamine nostro , &c. Sapientia enim melior quam uires, & prudens quam fortis præstat. Sapient. capitu.6. in prin. Eccle. cap.9.in prin. prouer.cap.16.princi.Plut.in Timol. & in libr. in uer. Ingenium. Non minus ingenij quam uiribus res geritur, & bellum agitur. Carda.libr.17.de subtil.in med. car.675. In legatione insolentium uel temeritas plurimum confert uel euertit,subtilitas in omnibus imperat, & regibus, urbibus, domibusq; singulis. Aemil.in Clot.2.rege decimo,car.40.in prin. ueriusque arte quàm copijs conficiendum bellum,&c. & in Phil.rege 41.in oratione, unde Home. libr.21. Ilia. car.4.fin. Martem inducit a Minerua lapide grauiter uulneratum. Tul. Epist.lib.decimo,famil. Vt primum &c. in fi.eius.de hoc eodem Hom.li.9.Ilia.ca.2.de Nestore in Vlissem.li.23.in med.car.253.Tul. li.de sene.ca.80. Prudentia incisor lignorum melius quam uiribus,prudentia gubernator nauem dirigit, &c. Vnde tacitus de German. Cæs. lib.2.car.6.nouies a D. August. in Germaniam missus plura consilio quam ui perfecit. Apud Mantineam Epaminundas dux uafro consilio impetitus prælio confossus est. Vnde Thebanorum uires conciderunt. Plut.in Apophteg. lacon. car.161.ante. Quantos apparatus Gallorum uirtus Rom. cum ingenio & ratione pugnantium superarit, fregerit, profligarit. Polyb.in secundo, car.69.a ter. Alciatus de Hercule fab.133. Roboris inuicti,&c. de Archimedis industria ad Siracusas in hostes Rom.arte diu frustratos. Plut. in uita Marcelli, car.tertia, a ter.Cæs.lib.primo Gall.car.27.magis ratione & consilio,quam uirtute uicisse, Agamennonem inducit Home.lib.2. Ilia.car. penulti.de quo Tul.lib.de senectu.car.septima. Nestores optasse plures non Aiaces ad expugnandum Troiam uiribus quamuis præualentem, de Coraxe captiuo ex intimis Saladini Sultani, cuius consilio dicitur ad tantas opes peruenisse. Erat enim corpore pusillus & deformis Mironus, & uultu illiberali , &c. prudentissimus tamen habitus. & de Attilio Regulo Polyb.lib.primo, in med.car.24. ab Euripide iam dictum fertur, unicum rectum consilium magnam militum manum uincere,&c. Tul. in primo offic. car.ulti.in fin. Consideratè agere pluris est quàm cogitare prudenter. Non minus similiter est Imperatoris consilio ho-
stem

ſtem ſuperare quam gladio. dixit Cæſ. § de quo ipſe,lib.primo de bello ciuil. in fin.car. quinta, fin. & in oratio. ad milites, Dion.li.38.car. 41.a ter.Machia.item lib.7.hiſtor.car.202. ante. & in uer. labor. Qui labores,&c. Et idem Machia.lib.2.diſcurſ.cap.13.lib.de princi.cap.6. car.ulti.cap. 14.§ Græci equites ludificando cathaphractos ſæpe ſuperarunt, & in captiuitatem perduxerunt. Iouius pluribi, & § lib.ſecundo, in med.de prælio ad Tarum flu.cum Car.8.rege Franc. lib.4. in med.c.135.& car.7.fin.145.lib.13.car.penul.ante.lib.15.car.9.fin. lib.31.car.7.in fin.§ Curſu & recurſu in giros, &c. Aſtu facile ſuperauit ſtolidas minoris uires. § Liui.li.28.in certamen.§ Corbis & Orſuæ Scipione præſente & prælij arbitro, ut per Vliſſem, de quo metha. lib.13.car.169.Tu ui res ſine mente geris ratem qui temperat anteit, remigis officium, pectora ſunt potiora manu,&c.

6 Sæpe uana pro ueris in bello ualuere. § Liui.libr.34.car.3. ante in med.de Celtiberis;Machia.ubi ſupra,cap.14.& in cap. Quantum ualet error,ad Valer.§ grauiſsima bella,quæ initio uehementer tractabantur prudenti aduerſariorum cunctatione interpoſito more ſpatio elangueſcere conſueuiſſe. § Ioui.lib.17. in med.in oratione Gazelis, § ui ne corporis an uirtute certandum. § Liui.lib.9. eius penul. de Vmbris deditis,& lib.25.car.3.in prin.§ Quæ natura impedita ſunt conſilio expediuntur,dixit Annibal, in bello enim nihil tam leue quod non magnæ interdiu rei momentum faciat, de Criſpino & Badio Campano,Liuius § lib.35.car.4.a ter. in prin.lib.37.car.penult.ante in fin.Cæſ.lib. 1.ciui.car.253.ante,lib.3.car.364. quam paruulæ ſæpe cauſæ, &c.§ Parua momenta in ſpem metumque impellere animos. § libr. 27. car. ſecunda,a tergo,in med.§ Ex paruis ſæpe magnarum rerum momenta pendent,parua ſæpe ſcintilla contempta,&c. § Cur.in oratio.Alexand. ad ſuos milites.lib.6.in med.§ de Saladino Sultano in Chriſtianos prę lio uictores qui & errore lapſi,fuſi,diſsipati,capti. § Blon. li.16. in eo. car.113.Aemil.in Phil.ſecundo rege.41.car.248.ante,& extra,capitu. quantum ualet error, ut ſupra, & in Car.6.rege 52.car.447.§ de pluribus exemplis,& deſcenſu equitum in pedes per errorem uti iuſsi,nota,infra,cap.9.in fin. Tractatu de exercitu. Quia non licet in bello bis peccare. § Valer.cap.ſapienter dicta. Plut.in apophteg.car.135.in Lamacho, ut eſt prouerbium,de quo Eraſ. num.2031. Non licet.§ Sæuit amor ferri & ſcelerata infamia belli. § Virgi.in 7.Aeneid.ex Home. in 11.odiſs.§ confusè ſæuit Mars.

7 In rep.uel principatu cum ſint neceſſario conſtituendi milites ut eſt animaduerſum in oratio. Mecenatis ad Auguſtum, de qua Dion § lib.52.car.333.in prin.num.10.§ propterea eligendi de agricolis uel coriarijs,

coriarijs, non autem sellularij lusores uel opifices. § Plin.lib.18.cap.5. in princ. Plato lib.2.de rep.car.4.in prin.Sen. Epist.51.in med. Quomodo &c. Plut.in Coriol.car.secunda,in princi. § ex Catonis præcepto, de quo per eundem in princip. operis de re rustica. Varro § lib.1. cap.secundo eius.Liui.lib.8.in med.car.quinta,in princip.§ Opificum quoque uulgus & sellularij minime idoneum militiæ genus est. § libr. quinto,car.prima,a tergo, in prin.in oratio. Appij Claud. § gaudebat ipse partem anni se agrum suum colere,&c. § Orat.oda.3.li.3.§ delicta maiorum, &c. Sed rusticorum mascula militum proles, & minus modesti requiruntur quam fortes. § ut infra,car.sequen.a ter.& ut per Alexandrum mag. in suos Macedo. oratione redargutos. Arria. lib.7. car.293.§ Omnium rerum inopes pellibus uel & amictos, &c. Durũ a stirpe genus, notos ad flumina primum deferimus, Sæuoque gelu duramus in undis, venatu inuigilant pueri, siluasq; fatigant, flectere ludus equos, &c. at patiens operum paruoq; assueta iuuentus, Aut rastris terram domat, aut quatit oppida bello, &c. Canitiem galea premimus, &c.

8 Exercendi non modo semel in mense, quia uno die fiant idonei, ut Plato § lib. 8.de legi.in prin.§ sed pluries & frequenter in pace, ut in bello prosint & habiliores euadant. § Iosep.li.3. belli Iud.cap.3.in fi. cap.28.in fin.Plato ubi supra,§ Dion § libr.52.in med.§ in oratione Mecenatis pro sustentanda Monarchia semper exercendi, &c. § Xenoph.lib.primo,car.pen.a ter.lib.7.car.penul.ante, lib.8.car.5. ante § longe sui præstabant ob exercitationem assiduam, & de se præbebat exemplum. § Dion etiam libr. 53.car.5.in fin. per ipsum Augustum, in materia prædicta.§ Ad opus milites traducti longe maximum. § li. quinto,car.4.in prin.de Camillo ad Veios,Liui.lib.nono, car.6.in fin. de prælio in Samnites.§ Sed signa undique cohibant & notis ordinibus in ueteri disciplina militiæ, iam sine præcepto ullius sua sponte struebant acies § & lib.23.car.antepenul.ante in med.§ de Torquato,exercitu lustrato, quia ociosa statiua erant, crebro decurrere milites cogebat, ut Tyrones assuefaceret signa sequi, & in acie agnoscere ordines suos, &c. § & libr.26.car.ulti.a ter. in med. § per Scipionem in exercendis naualibus pedestribusq; copijs dies aliquot assumpsit,primo die legiones in armis quattuor millium spatio decurrerunt, &c. § Iosep. d. lib.3.car.6.plura, Cato in Celtiberis, de quo Liuius ipse.libr.34.car. 3.in prin.§ Cato dum exploraret de hostibus, &c. ne mora segnis esset, omne id tempus exercendis militibus consumpsit, &c. § Plato lib. 8.de leg.car.prima,in fi.§ de ludis Diaulis,&c. primum stadium cursurus armatus ingrediatur, alius grauiore armatus armatura breuius spatium

spatium cursurus. § Curt.lib.3.car.3.in princip.§ ad nutum mouentis intenti, sequi signa, ordines seruare didicere, quod imperatur, omnes exaudiunt,obsistere, circuire, discurrere,in cornu mutare pugnam,non duces magis quam milites callent, fatigatis humus cubile est, cibus quem occupati parant satiat, tempora somni, &c. In castris per laborem usu militiam discebant,&c. Nam huc cum ocioso exercitu diuertens, fossam latam profundamq; effodit,&c. § Plut.in uita Marij.car. quinta,uel 162.a ter.§ & inferius,Tanquam operarijs in fosis fodiendis diuertendisq; fluminibus nostra opera utitur Marius. Vnde Muli mariani milites sui dicti. § Salust.in Iugur. de Metello cons.car.90. Sic & Ponta.lib.primo,de fortit.cap.de milit.§ Omnino militaris siue scientia siue disciplina præceptis ac exercitatione constat, quia milites nisi iussi castra mouent,iter faciunt, signa sequuntur, manum cum hoste conserunt. Robustiores habentur Heluetij cæteris Gallis ob frequentem exercitationem ad prelia cũ Germanis proximis,&c. §Cæs. lib.primo Gall.car.prima, ante.§ de Mithridate cum exercitu. Iusti. § lib.37.in fin.§ Ordines reperit Palamedes ut necessarios in bello ad Troiam, dare signa,Thesserasq;. § Plin.libr.7.cap.56.in med. § Corbulo prouinciam ingressus,dicit Tacitus. § lib.11.car.3.in prin.§ ubi præsentia satis composita sunt, legiones operum & laboris ignaras, populationibus lætantes ueterem ad morem reduxit. Ne quis agmine decederet, ne pugnam iniussus iniret, Stationes,uigiliæ,munia in armis agitabantur, non accinctos vallo uel pugione tantum fodiendo morte puniuit,&c. Milites continue exercebat non solum præceptis, sed & fictis certaminibus § Polyb.lib.5.car.206.in fin.Cæs. lib.1.Gall.car. antepenul.in fin.§ Acie triplici instructa, primam & secundam in armis esse, tertiam aciem castra munire iussit. § libr. primo ciuili,in med. ad Ilerdam in Hispania. cart.266.libr.secundo,in med. car.308.§ Curio ad bagradam flu. Ipse celeriter ab opere deductis legionibus acien instruit. § lib. septimo Gall.car.septima.§ in obsidione Auarici, nunc Burges. Aggerem latum pedes.330.Altum pedes 80.extructam §lib. quinto,car.octaua.§ de Iuba rege, Milites interim in opere exercere, castra munire, turres, castellaq; facere, Scipio interim Elephantos, &cæt. §& car. sequen.in princip.ibi Cæsar iubet milites, &cæt.§ Tyrones defatigare in labore non intermittit,&c. § Cæs. in vercingentorigem,ut lib.7.Gal.per ipsum,car.8.169. § Ad Auaricum erexit opera militum aggerem altum ped.80.&c. remiges ac nautas assidue exercebat,neminem ociosum esse patiebatur. § Polyb.lib.primo,in fin.car. 36. a ter.§ de Luctatio cons.in Carthaginen. § Apia. in Lybico.car. 7.fina.§ in obsidione Cartha. hæc per uiginti dies noctesq; facta sunt,

laborante

laborante exercitu & per uices operante atque pugnante, neque cibo neque somno indulgente admodum. & de Ariouisto in Cæsa. Intellecturum quid inuicti Germani exercitatissimi in armis, qui intra annos quattuordecim nunquam tectum subijssent. § & in uer. Exercitus, infra, num.23. Arria.lib.secundo, car.septima, lib.5.car.230. § Macedonas diuturnis laboribus ac periculis exercitatos, &c. de Vmbris ad Meuaniam superatis. § Liui.lib.9.car.pen.in fin. § Quos ubi effusos consul uidit, reuocatos milites ab opere munimentorum instruxit, &cæt. Ab Romanis nec opus ualli intermissum, Triarij erãt qui muniebant hastati & princip.certabant § Liui.libr.septimo, in medio. car. quinquagesimaoctaua, in princip.lib.28.car. tertia, in fin. de Hispanis. Tacit. libr.13.cart.quinta, a tergo. § Corbuloni plus molis aduersus ignauiam militum quam contra perfidiam hostium erat, pace longa enim segnes erant, munia ægerrime tollerabant, sine galeis, sine loricis nitidi, quæstuosi, &c. remedium seucritate quæsitum est, quod usu salubre & misericordia melius apparuit, § & ibidem car. ulti. ante, in fin. § nam segnem militiam attinerent inchoatum iam a Druso aggerem cohercendo Rheno absoluit per milites. § Senc.epist.18.in med.decenter, &c. § Miles in media pace decurrit sine ullo hoste, uallum iacit, super uacuo labore laxatur, ut sufficere necessario posit, quem in ipsa re, trepidare nolueris ante, rem exerceas. § Epi.56.ibidem in med. peream, &c. § magni Imperatores cum male parere militem uident, aliquo labore compescunt, & expeditione detinent, ocij uitia negotio discutienda, &c. § libr.primo de Ira, car.2.ante. § de utroque Scipione in hostes. § Xenoph. de Cyro.lib.2.car.3.a ter. § Cyrus rex ad uires suorum augendas corpora exercere docereq́; ordinandos milites, & ad res bellicas animos acuere. § & car.sequ. § Cyrus hac diligentia usus, ut ij nunquam nisi prius sudassent milites ad prandium cœnamq́; intrarẽt, suauius tunc uescebantur, & ualebant melius. § lib.8.car.4. ante. § In uenationibus, & laboribus præstabat cæteris ob exercitationem assiduam. Neminem imperare decet qui melior subditis non sit § Sueto. in Galba Imper. cap.honoribus, in fin.eius. § Veteranum ac Tyronem militem opere asiduo corroborauit, ipse maxime insignis quod campestrem decursionem scuto moderatus etiam ad Essedum Imperatoris per 20.millia cucurrit. Gelon Siciliæ Tyrannus Siracusanos eduxit ad agriculturam propter utilitatem, & ne ocio marcescerent. § Plut.in Mario.car.3.ante in apophteg.car.125.ante, Sene.epist.107.in fin.ubi illa prudentia, &c. § Malus est miles qui Imperatorem gemens sequitur, quare impigri ac alacres excipiamus imperia, &cæt. Iul. Cæs. § ut Sueto.in eo cap. Militem. § deligebat milites uiribus præsertim præstantes,

ſtantes, cum hoſtis eſſet in proximo grauiter cohercebat, grauiſsimusq; erat exactor diſciplinæ militaris, ut paratum intentumq; haberet momentis omnibus quo uellet ſubito educeret. § Ioui. in re florenti. in medio. car. 36. in fin. lib. 25. § quattuor mill. hominum ſacramento conſociata ſunt, diligentiq; armorum exercitatione coaleſcentes magno uſui patriæ fuerint, interim milites continuo labore exercebant. § Apia. in lybico. car. ſexta, & in fin. libr. car. 7. fina. in prin. Plut. in Camillo. car. ſecunda, a tergo. in med. § Ciues in caſtris retinere quærebat, & ad bellum exercere, ne domi. &c. § in Philopom. car. 2. a ter. in med. in Mario car. 3. ante. in med. § Marius ad milites exercendos tēpus animosq; ad audaciam confirmandam datum eſt. § & in Craſſo. car. 5. a ter. econtra. § neque enim recenſendis militibus aut eorum corporibus aliquo ſtudio exercendis intendebat, ſed ad exigenda uectigalia & cogendas pecunias, &c. Inſtruendi a pueritia. § Orat. libr. 3. carm. Oda ſecunda, Anguſtam amici. § robuſtus acri militia puer condiſcat, &c. & ut non tantum ualidi, ſed & modeſti. § Cæſ. lib. 7. car. 12. fin. & lib. 1. car. 1. car. 24. in fin. uel. 8. fin. & libr. Alexandri. cart. penulti. de Pharnace rege. § Heluetij Gallos cęteros uirtute præcedunt, quia quotidianis prælijs cum Germanis contendunt', & ut ſupra. Ea natio ad tantam uirtutem plurimum ob exercitationem inter ſe differt. § Apia. libr. 3. in med. de Hircio conſ. car. 120. a ter. uel 11. fin. § qui Marcum Antonium prælio fudit inopinantem diutina exercitatio & militia tum milites robuſtiores, tum duces prudentiores ſolet efficere. § Diodo. libr. tertio. cart. quarta, in prin. militem uitioſum & ignauum, exercendo magis quam puniendo ſine aliqua acerbitate correxit Scip. Aemilianus. § Flor. libr. 57. Eutrop. lib. quarto, carta quinta. § Et Licinius Craſſus, de quo Apia. § lib. primo, car. 42. § militem omni die in opere habuit, § lib. Lybico in fin. car. 8. fin. Polyb. in primo, car. 9. § ipſe cum armatorum & iam ſatis à ſe exercitatorum ciuium manu extra urbem profectus, &c. § & lib. eodem in med. § Sed remiges ac nautas aſsidue exercebat. § Ioui. lib. 25. car. 36. a ter. Cæſ. lib. 2. belli Gall. car. 7. ante. § duæ res erant ſubſidio, ſcientia, ac uſus militum quod exercitati quid fieri oporteret, & cæ. § Liui. lib. 26. car. 1. a ter. § de inſtitutione uelitum, poſteaquam aſſuetudine quotidiana ſatis intrepide uiſum fieri, &c. ut quod uiribus deerat, arte æquaretur. &c. Probus Imper. Sirmium militari manu foſſum lecta uitæ conſciuit & uoluptates Romanis, &c. Nunquam militem ocioſum perpeſſus eſt. § Plut. etiam in Alexand. mag. car. 7. a ter. 228. § eos magis inflammabat ad uirtutem quum uel militiæ, uel uenatibus cunctos in perferendis malis ac laboribus ſuperaret, & Leonem ferociſsimum ſterneret, Aegyptij econtra aduerſus Au. Gabinium ca-

ſtra uallo cingenda requiſiuerunt publica pecunia,&c. § Valer.capitu. de luxur.Arria.lib.2.c.67. Macedonas diuturnis laboribus ac periculis bellisq; exercitatos induratosq; eſſe. § lib.4.car.183.Perdicas Leonatus & Ptolomæus per uices exercitu in tres partes diuiſo, quamuis uniuerſo exercitu operante efficiebant, &c. ad Chorienis petram oppugnandam § lib.5.car.6.fin.§ uallum ad extremum perductum ſummo militum labore perfectum. § Curt.libr.4.car.quinta, a ter.§ Macedonas ad Tyrum oppugnandum armis inclytos dorſo ſicut iumenta, onera portare,&c. propugnaculum erexit altiſsimum incredibili celeritate Abraymus opera totius exercitus in oppugnando Guintio oppi.not.Ioui.lib.30.car.42.

9 Ordines igitur obſeruandi ſunt per milites quia neceſſarij & præſtanda obedientia recta,nam,ut Ponta. § lib.5.de obed.capit. de obed. militũ.car.antepenul.ante.& ult.ante.§ Si defuerit ipſe non tam exercitus dicendus erit quam armata quædam multitudo, quam neceſſe ſit uagantem & palabundam ferri,paruo tempore hoſtis prædam futuram. Conſtituere ordines,dixit Xenophon.de Cyro. § lib.2.car.4.a tergo.§ Diligenter uiſum eſt ei plurimum conducere & ad non turbandum, & ut celerius reſtituerentur ſi turbati eſſent. A Sannitibus adhorti Rom. improuiſo ad ſigna undique cohibant, & notis ordinibus in ueteri diſciplina militiæ iam ſine præcepto ullius ſua ſponte ſtruebatur acies. § Liui.libr.9.in med.car.73.in fi.§ Iul.Cæſ.de quo Sueto. in eius uita. capit. ingreſſo, &c.§ Pluribus prælijs innumeras aduerſariorum copias multis partibus ipſi pauciores facile ſuperarunt,unaque cohors tantum præpoſita Caſtello quattuor Pompeij legiones per horas ſuſtinuit, &c. § Poly.lib.2.in med.§ Conſiderabatque quot millia hominum,quas ui res uirtus Romana,cui ingenio & ratione pugnantium ſuperarit,fregerit,profligarit. § Et lib.1.in medio.§ De Attilio reg.ſuperato & capto, quod ab Euripide dictum fertur, unicum rectum conſilium magnam militum manum uincere.Siquidem unus homo atque una ſentẽtia multitudinem,& cæ.Si ubi iubeatur quærere ſingulis liceat,pereunte obſequio,etiam imperium intercidit. § Tacit.car.50. in fi. lib.17. in med. in oratio.Othonis Imperat.in prin.§ Parendo potius quam imperia du cum ſciſcitando res militaris continetur, uobis arma & animus ſit, mihi conſilium & uirtutis ueſtræ regimen relinquite. § Sen.lib. de uita beata.car.141.car.penul. a ter.in prin.§ Nunquam imperator ita paci credit,ut non ſe præparet bello,&c. § Plin.Epiſto.14.lib.8.Cum ſis peritus,&c. Caſtrenſibus ſtipendijs imbuebantur adoleſcentuli ut imperare parendo,duces agere dum ſequũtur,&c.per Cæſarem ad milites. Dion. § lib.41.in med.car.102.a tergo, de Inobed.plura.§ Cum Cymbris &

Theutonis a C. Mario Conſ. pulſis non minorem laudem exercitus quã ipſe imperator meritus eſſe uidebatur. Quos tamen aliquis uſus ac diſciplina ſubleuaret, &c. § Cæſ. lib. 1. gall. cap. 6. fi. § In oratione Cæſa. ad milites, Diſperſos ſubito adortum magis ratione ac conſilio quam uirtute uiciſſe, præcipuum habetur documenrum obedientia. § Xenophon. libr. 1. car. penul. in fi. § Præceptum datum in prælio per Theodor. ſecundum regem. 20. § de quo Aemil. car. 61. 62. ante. § Ne quis extra ordinem pugnaret, ab ſignis nemo dilaberetur, & ab tergo poſiti qui eos in hoſtem redigerent, nec uim Francici equitatus Sarracenus eques ferebat, ſed refugiebat, ſi inſequentem hoſtem diſsipare ordines poſſet ludificando, &c. § Ponta. cap. de obed. militum ubi ſupra. Plato lib. ult. de legi. in princ. eius. § Vbi præcepta militum tradit. § Aemil. in Theod. 2. rege. 20. car. 61. a tergo. § Childebrandus præcepit, ne quis extra ordinem pugnaret, ut ſupra. § & in Car. 6. car. 434. ante. § Præceptum fuit a Phil. rege, ut denſis ordinibus iunctique decertarent, diſiungi alios ab alijs diſsipariq; non paterentur, inſtarent hoſti, mori quã cedere mallent, meminerint Ioannem regem in Pictonibus a paucis Anglorum millibus captum, &c. Aemil. Conſ. in prælio aduerſus regem Perſeum animaduerſa phalange continentiã non habere, ſed pluribi diſiunctã eſſe cohortes accitas inter ſpatia hoſtium immiſit, &c. § Plut. in uita Pau. Aemil. car. 3. Ioui. lib. 1. hiſtor. in oratio. Triuultij. § ad Tarum flu. Multa maxima pars eorum equitum, quos criſtis, armiſque fulgentes conſpicimus, nunquam niſi in pompa dum luſtrãtur exercitus, & in ludicris pugnis arma induunt, ordine non obſeruato, Græci equites in cataphractos ludificatos cladem intulerunt, præſsi tamen Ranutio ſuperueniente cum auxilijs. § Ioui. lib. 2. in med. car. 66. in prin. lib. 3. car. 113. lib. 15. in med. lib. 4. car. 6. fin. ante. lib. 15. in med. § De prælio ad Melegnanum, ſicuti ad uictoriam a conſilio, ita irritos conatus ab inconſulta uirtute proficiſci. ſed quum furor & fatalis inſania Heluetijs militi & ducibus obſequium, & authoritatem abſtuliſſent pugnaciſſ. procurrerunt, &c. § & lib. 3. car. 7. fin. § Omnia uirtute uictoriaq; parari quam certa atque explorata uideretur, de Phil. rege Maced. § Liui. lib. 32. car. 1. ante. in fi. Plut. in Pau. Aemil. car. 2. § Qui bellum præparare & inſtaurare intendebat, milites ideo magna cura exercuit in armis & Macedones & mercenarios milites, &c. § Blon. lib. 7. de Roma Triump. car. 268. Ponta. lib. 5. de obedien. in fi. car. 7. a ter. uel. 4. fin. Valer. cap. de Inſti. anti. in Clearco. § Nationum & exercituum uictores & dominos fecit exercitatus & dicto obediens miles, cuius pugnacitas ſi caruerit obedientia intemeritas quædam erit, cum ſæpenumero contigerit paucorum militum contumacia maximas copias fuiſſe deletas

ac dissipatas, Romani ordines seruātes peritia rei militaris facile uincebant. § Apia. lib. Celt. ad fi. § Lacon quidam hostem superatum interfecturus, signo receptui dato non confecit, sed quamprimum recessit. § Plut. in apophtheg. car. 180. a ter. In problem. car. 202. a ter. car. 175. a ter. in Polyd. § Clades & plerunque euenisse constat uel ipsa temeraria audacia, uel nimia ducis indulgentia, a labore longa remissio, irritatio ex fraudatis quandoque stipendijs. § Ponta. ubi supra. car. penul. in fi. § De Picinino duce, & de Tamburlano Imper. de Frider. Vrbi. § & lib. primo, de fortit. cap. de milit. § Laxato agmine Græci equites in medios cathaphractos se celeriter insinuant, momentoq; temporis totum agmen aperiunt. Omnino siue militaris scientia uel disciplina præceptis constat & exercitatione. § Iou. libr. 3. in fi. car. 6. fin. libr. 4. car. 135. § Cæsar delectum potiorem laudat militem a modestia & parendi obsequio, ut supra hic, Troia Apulię capta, prælio conserto, regijs superatis respondit Tribunus quidam. § de quo Ponta. lib. 5. de obed. car. penul. in princ. § Obedientia militum uicti sumus, animaduertentes agi quæcunque ad præscriptum, unde consternati cedere coacti fuimus. Pecunia sustentandi & armis. Nam militibus & pecunia superantur omnia. Dion. ubi infra. Sed tamen non tantum pecunia, sed exercitu & imperatore præsertim opus est, dixit Henrico regi Heraclius patriarcha, de quo Aemil. § in Phili. secundo. rege. lib. 6. car. 2. in fi. Salusti. in Iug. ad fi. § Ad regem Bocchum abiens Iugurta, ubi armis, uiris, pecunia spoliatus est, &c. § & car. penul. ibidem. § Id adeo experiri licet arma uiros pecuniam, postremo quicquid animo libet, &c. Vitelliū Imperatorem nihil æque fatigabat quam pecuniarum conquisitio, eas esse belli neruos dictitans Mutianus. de quo Tacit. § lib. 12. car. 4. fin. § Et alibi in uer. pecunia, in Caractaci oratione captiui, habui equos, uiros, arma, opes, quid mirum? si hæc inuitus amisi? Scio equidem tibi magnas opes uirorum, armorum, & auri esse, &c. § In Episto. Mithrid. ad Arsacem regem, & car. sequen. Salust. lib. de rep. restituenda ad Cæs. in princ. § Quantunque armis, uiris, opulentia possit cognitum habuerim. § Plut. lib. de fort. Alexan. in medio, car. 293. in fi. § Accepit armorum, equorum, telorum, pecuniarum, militum. Quin igitur istis fortuna si potest magnum Aridæum, &c. § Liui. lib. 10. car. 3. ante. in fi. § Scire gentem Italiæ opulentissimam armis, uiris, pecunia esse. § Et d. lib. 26. car. pen. a ter. Dion. lib. 42. car. 4. fin. Idem quod supra. Apia. lib. 4. car. 161. a tergo. Phalaris Agrigent. tyran. in sua Epist. ad Hieron. car. 2. de Leontinis oppugnatis. § Pecuniæ nobis suppetunt, quas non nulli bellorum neruos appellare solent. § In oratio. Cassij ad Senatum. Tacit. lib. 17. car. 61. Salust. in Iug. § In orat. Adherb. in senatu Rom.

Si ea fecissem in uestra amicitia exercitum diuitias munimēta regni me habiturum. § Machia.lib.2.discurs.cap.10.lib.de Principe.cap.24.lib. 8.histor.car.252.Plut.in Cleome.uita.car.antepenul. ante. in fi. § Sed qui primus pecunias rerum agendarum Neruos esse dixit, præcipue ad res bellicas respiciens ea dixisse uidetur. § Tul. in orat. pro lege manil. de c.Pompeio,car.9.Geu.libr.1.car.50.58.Guizard.libr.10. in fi.car. fin. § Requiruntur immo boni milites,Dux prudens,propitia fortuna, quæ plurimum in bello pollere uidetur. § Liui.lib.9.car. 4. ante. in fi. Plut.in uita reg. Agesilai.car.2.in prin. § Viri Deos colant,bella autem exerceant,& imperatoris obedientia meditentur,omnia spe bona,&c. § Machi.li.2.ubi supra.& li.7.de Roma triump.car.164.§ Stipendijs nō consecutis milites recusant ducibus parere, uitamque periculis expone re non sustentati,& nihil habentes in Zona,ut in prouer.In ea enim por tare institutum habebant pecunias & stipendium,partem etiā deponere apud signiferos.Eras.prouer.Nihil habentes.Beroal. in 16. eius ante.& a ter. Plut.in Demetr.car.ult.Matthæus etiā apost.cap. 10.b.§ Neque pecuniam in Zonis uestris.Sueton.in Domitia.Imperat. § cap.multum etiam.§ Mille numos a quoquam ad signa deponi, &c. § Liui. lib. 35. in princ. § Quod prædæ refectum est, inde militibus diuisum. necessa rios esse disputat ad Octauium Agrippa in eius persuasoria retinendæ monarchiæ. § de qua Dion.lib.52.in med.car.333. a tergo.

11 Auiditate rapiendi multi exercitus prælium deserentes perierunt uictoria manu lapsa. § Plato lib.5.de rep.in med.car.antepenul. ante. in med.Salu.in Iug.cap.Interim Albinus,&c.Nox atque præda castrorum hostes quominus uictoria uterentur remorata sunt, de Albino Cō sul.superato, sub iugum misso, conditionibus turpissimis adducto per Iugurtam. § Aemil.in Philip.2.rege.41.car.449.in prin. Blon.lib.17. car.4. in fi. de hoc ipso errore.§ Per Saladinum Sultanum in Christia nos,uera solitaque fieri dicebantur per duces, nec tamen auelli potuere milites,nisi præda onusti omnes incompositi.Nihil optatius euenire usu barbaro potuit Salad. redeuntes onusti præda non continenti agmine,sed dissipati cædem ædere cepit,&c. § Blond.lib.4.car. penul.a ter. in princip.§ Miles ad castra hostium diripienda contendit, quo facto nec ipsi persecuti sunt hostes,nec milites persequi dimiserunt, rapinā ēt ab eis fieri cernentes milites ne expertes prædæ forent, omissa persecu tione hostium ad castra & ipsi diripienda conuersi sunt. Ita Gothi de manibus emissi,&c.de prælio inter Belisarium ducem & Vitigitem Go thorum regem,ad urbem Romam. § Et libr. 50. car.ult.ante.in med.§ Verona prodita in manibus militum,sed antequam ad urbem uenirent, de præda inter se disceptantes quinque millia passuum ab urbe consti-

terunt,inter hæc dies eluxit, Gothi impetu facto urbem peruicerunt, & portam captam recuperarunt. § Ioui.lib.29.car.eius.5.ad Volaterras.lib.31.car.3.Classis ad Coronum, Aemil. in Phil. primo, rege.38. car.139.in prin.§ De Antiochia capta aliqui ciuium interempti, uel per errorem,uel studio prædæ cum diripientibus restiterunt, Damasco obsidione presso ( ut urbs pro capta haberetur ) per duces de imperio ambigebatur.Theodor.Fland.com.requirebat, &c. ut re infecta abiretur ex dissensionibus. § Aemil.in Lud.7.rege.40.car.229.in prin.Liu. lib.8.car.ult.ante. in med.§ Auiditate prædæ impetum faciunt. § lib. 28. in med. car. 5. a ter. § De Astapanis cæsis & deuictis, deinde cum aurum & argentũ interfulgens auiditate ingenij humani rapere ex igne uellent,&c. § Plut.in Agesil.car.2.ante. in med.§ Si cum Græcorum aliquot pedites circa prædam occupatos cernerent,illos magna ex parte trucidarunt. § In Camilli uita.car. 4. in prin.§ Barbari magnitudinis uictoriæ ignari, conuersi ex uictoria ad diripienda in castris supellectilia facultatem fugiendi ex urbe multitudini præbuere, &c.& in Flaminio Cons. § car.antepenul. ante. in fi.§ Philippum regem euasisse contigit, qui Romanis adhuc hostem insequentibus,Aetoli prædæ sese ac diripiendis castris accinxerunt.In Lucullo. § car.5.in princ.§ Iam enim ad ipsum Mithridatis equum deuentum erat. Sed onustus auro mulus,siue sponte,siue Mithridatis industria insequentibus Rom. obiectus eos continuit,&c.Similiter & Pompeius,de quo Plut. Ipse in Serto.car.4.ante.in princip.§ Pompeianos inuasit & fugauit ita ut Pompeius ipse penè interficeretur,prostratusque ex equo & uulneratus euasit,quia milites Sertoriani de phalerato equo & de præda cõtendentes, Pompeius interlapsus aufugit,Pompei fugam nec milites a præda & rapina continere poterunt. § Polyb.lib.4. in med. car. 167. a ter.§ de Egyra urbe per Philippum regem fortunas Ciuium diripere urbem totam populari Aegyram denique nulli præterquam prædæ intenti esse, &c. § Tacit.lib.20.car.penul.a ter.§ de Gallis prælio uictis,& de Gallis ipsis uictoribus. § Polyb.lib.2.in med.car.10.uel. 61.§ Orta inter eos pro diuisione prædę seditio,ut non solum prædæ,sed & imperij magnam partem perdiderint, quod frequenter accidere Gallis consueuit. Sed obstitit uincentibus prauum inter ipsos certamen hoste omisso spolia consectandi. § Xenoph.lib.4. car. 6. ante.§ In oratio. Cyri ad milites.Sin quod multis iam accidit uincentibus uobis fortuna aduersetur.Cauendum est ne ad rapinam uertamini,&c.§ Herod.lib.5.car.antepen.69.§ Incertum ac inordinatum uulgusque potius quam exercitum, Coradino regnum Neapolitanum ualido exercitu recuperare adnitente,occupato per Carolum primum,Ludouici Fran. regis fratrem,

per

per Pontificem tunc institutum, & prouocatum prælium commissum fuit, Palentinos ad Campos atrocissimum, quo superatus apparebat ipse Carolus. Vnde Corradino per milites tunc uictores prædæ incumbentes destituto, Carolus ex insidijs per Alardum constitutis pro Carolo emergens, inopinatus præda onustos fugauit, exuit, dissipauit, uictoriam obtinuit, Corradinum hostem Austriæ ducem de fuga ad se re tractum interfici iussit. § Blon.lib.18.in med.car. 137. Colen.libr.4. car. antepenult. § Improuisum & auxilium tale uictoriam parit, & de Clade nauali per Genuenses in Alfonsum regem infantē, & alios principes, not. Colenut. § lib.6.in prin. Blond.lib.27.car.2. Agric. dux. in Britannos hostes. Tacit.in lib.de eius uita.car.8.a ter. § Ante prælium commissum per Annibalem in Romanos ad Trebiam. § Liui.in eo.car. antepenul. in princ. § Turbasset agmen, ni auiditate prædæ in uacua Rom.castra diuertissent, dum tempus terunt emissus est hostis è manibus. Varro in cons. in prælio ad Cannas per Annibalem eundem. § Polyb.lib.3.car.140.in fi. § Milites.x.millia reliquerat in castris ut Annibale suos omnes educente ad prælium castra hostium aggressi diriperent omnem eorum apparatum. Sed superato exercitu se dediderunt sine prælio supplices, unde nulla uenia impetrata, soli Aeginam Peloponens. urbem noctu ingressi per Cloacam dum fortunæ ciuium & prædæ sunt intenti, prælio commisso superati & fugati recessere in naues. § Polyb.lib.4.car.167.a ter. § Ferdinandus Neapol.rex ad Sarnum flu. prælio in hostes cepto, præda irritatis militibus detrimētum passi sunt max.rege non ualente milites reprimere. § Ponta.lib.5. de obed. in fi. car.46. in fi. uel antepenul. § Nouergi uelut nullo iam hoste in prædā effusi, uagi, palantesque ad occasionem Anglo uiam dedere, qui eos repente adortus cæcidit. § Aemil.in Phil.primo, rege.38.car. 144. a ter. Treuel. in Claud. Imper. car. 4. a ter. 184. in fi. § Ita in prædam uersi sunt, ut ut non cogitarent a paucissimis se posse fatigari, in ipsa uictoria prope duo millia militum a paucis interfecti sunt. § Blond.in Saladino Sul.per Christianos. li.16.car.4. Apia. in Mithrid. in med. car. 354. § At illi uasa argentea, & aurea uestemque multi præcij mandatum neglexere, ipsumque regem capientes, mulum auro onustum, qui sarcinam ferro confodissent, fluente auro, ad id reuersi, Mithridatem fugientem sequi neglexerunt. § Ponta.lib.1.de obed.milit.car.46. in fi. § Equites, peditesque hostem imparatum nacti ad prædam conuertuntur, qua capti dum nihil, &c. de Ferdinando in Turcas, Heluetij igitur perspicientes perniciosum errorem, institutum obseruant, post uictoriam stā di ad integram usque etiam uictoriam. § Ioui.lib.11.in med.eius.car. 172.in prin. Arnol.lib. 1. car. penul. § Patrię disciplinæ memores ne-

minem armatum in acie uiuum capiunt, nec fugientem insequuntur ho stem, sed immoti stant diu. § & lib. 2. de prælio ad flu. Tarum. § Triuul tius de industria hostibus prædam obiecerat regiam, quam Græci equi tes omisso prælio rapere pergentes causam dederunt stragis non modi cæ. § Guizard. etiam lib. 2. car. 106. & lib. 29. car. 5. a ter. 332. ibidem. § Stephanus Columna semiparata uictoria, nisi milites prædæ cupiditate adducti, dissipatis uiribus pugnā subijssent, &c. § lib. 31. car. 3. a ter. § Iano Mario opus patrante occupata urbis porta & iam capta, nostri milites aliquanto prædæ quam decoris auidiores ad diripiendas domos, solutis ordinibus discurrentes, turpiter cęsi expulsique, iuuit hostium auiditas omissa cæde prædam sectantium. § Tacit. lib. 1. in fi. car. 5. fin. a ter. Et ad frangetas. Guizar. lib. 3. car. 155. § Sunt belli sicut pa cis iura & ordines, dixit Camillus cons. rem gerēs in Faliscos pop. § Li ui. lib. 5. car. 5. ante. in med. § Iusteque ea non minus quam fortiter didicimus gerere, de instituto Heluetiorum in uictoria & prælio. supra h. § & in legi. Rom. ex Tul. lib. 3. de legi. § duella iusta iusto gerunto, Ariouistus, de quo Cæs. § lib. 1. in med. car. 24. § dicebat, ius esse bel li, ut qui uicissent quemadmodum uellent imperarent. § Geu. lib. 1. car. 85. lib. 2. car. 343. § & etiam scelera leges habent suas. Sene. libr. ult. de benefi. car. penul. ante. cap. duo sunt beneficia. § Quia in bello bis peccare non licet. Vnde turpe est dicere Non putaram. § Valer. cap. Sapien ter dic. in Scipi. Afric. Plut. in apophtheg. car. 135. a ter. § In Iphicrate, Non expectaram, bella iusta gerenda, de Fabricio in Timocarem. § Va ler. cap. de iustit. in prin. cap. de fide pub. in Annone cum Romanis con sulibus, præcipit & Tul. in 1. offic. car. 8. § Vnde Cato filium pugnatu rum animaduertit, de iterando militū iuramento. § Tul. & Plut. in ui ta eius patris, & in problem. ca. 10. ante. in fi. 202. § Ille denique uincit qui milites regit, ut acclamatum fuit Alex. Impe. Rom. post uictoriam tunc adeptam. § Lamprid. in eius uita. car. 1 ; 2. 5. de obedien. nu. 9. § Lex etiam erat prædatoria de qua in oratio. Bruti. § lib. 2. car. 6. fin. § Neque enim timeri hostem, neque decipi uolunt. § Valer. cap. de censor. nota. in fi.

12 Bellum gerunt sapientes pacis causa, laborem spe ocij sustentant. § Salust. lib. de rep. c. 100. ante. Apia. libr. 4. in oratio. M. Antonij. cart. septima, fin. A prudentibus celeriter bella conficienda sunt, ut in pace diutius uiuatur, iustum & est bellum quibus necessarium, dicebat Pontius dux ad Samnites. § Liu. lib. 9. in princi. eius. § Bella suscipienda & exercenda, ut in pace uiuatur sine iniuria. § Tul. in primo offic. car. 8. car. 16. a ter. § fugiendum est bellum, ita tamen, ne in id incidamus perpeti uelimus. Thebani Medico bello abstinuerunt, in eoque pericli-

periclitati sunt. Pindarus etiam reprobandus, qui pacem hortatur, quoquomodo amplectendam. § Polyb.libr.quarto, cart.156.ante. § Messenij pacem omnino prosequentes in maxima discrimina sæpe patriam adduxerunt, Neutralitati præsertim studentes, ut infra, num.16. § & car.secunda, sequen.ubi supra.§ Non timenda bella, non prouocanda. § Plin.in suo paneg.c.6.a ter.car.septima, ante, § ut quandoq; uel inferre, uel propulsare bellum coegerit imperij dignitas, &c. non ideo uicisse uidearis, ut triumphares, sed triumphare quia uiceris, in fide & amicitia permanendum, ne uel timore alicuius, uel desiderio pacis se inuicem deserant. § Alcia.Fab.173.En galea,&c.§ Ex bello pax, vbertas ex pace. § Fab.174. § unde respub. sine defensoribus stare non potest. § Plato d.libr.ulti.de legi.in princi.eius, Ponta. d. capit. de obed.Machia.lib.5.histo.in prin. § Miles uitam instituat ita ut uel minima quæque iussus gubernatus faciat, nihilq; sine magistro ac Principe agat, iussus proficiscatur, exerceatur, surgat, comedat, custodiā agat, det signa & accipiat in prælio, nec insequatur, nec cedat nisi Principe significante simul semper communisq; omnium uita sit, assuescat alios ducere, & ab alijs duci,&c.plura. Nam generositate impellente ad res claras, labores, & pericula immittuntur ad uictoriam studentes, quæ sine cęde parari ægre potest, & sine periculis, quibus despectis Imperatorem deserere non decet, iureiurando obligatus, & quandiu obstrictus sit. Eius ergo iussu edicta omnia seruanda, signa sequi, seruare ordines, instruere sese & intentum tenere, &c. Nec minus in milite modestiam & continentiam, quàm uirtutem & animi magnitudinem desiderare se dicit Cæs. § ut lib.7.Gall.186.§ Agesilaus de quo Xenoph. § car.198.in prin.§ Sciens eo consilio, se egressum, ut cum hostibus manum consereret si uoluerint, & ordine ducebat exercitum ut subsidium,&c.ea uero taciturnitate & quiete, ut pudicissima aliqua uirgo,&c. Bellum sumi facile est, non in eiusdem potestate est initium eius & finem esse. Incipere cuiuis, etiam ignauo licet, non & deponi. § Salust.in Iug.car.119.ante.

13 Bella sunt omni impetuosa celeritate conficienda ne miles elanguescat, & ut in pace diutius uiuatur, ut supra, diu apparandum est bellum ut uincas celerius. § Sen.in suis prouer. Apia.lib.4.car.7.fin.a tergo. § Celeritas est enim maximi momenti ad res gerendas. § Plut.in Alcibi.uita de ipso.car.penul.in prin.§ In Cæsare, in Alexand. Mag. In Car.Mag. In Pompeio Mag. In Lucullo, In Sertorio, &c. per scriptores pluribi quoque, multa enim bella impetu ualida per tędia ac moras euanuere. § Tacit.lib.17.car.55.in fin.in Otho. Impera.& Germanis, Garimbert.lib.2.cap.5.libr.3.cap.6. de fortuna, unde prouer.

de

de quo Eras.nume.2788.§ Ocior accipitre, in omnibus esto uelox. § Eccle.cap.31.c.§ Mediocritas in hoc pernitiosa. §Tacit. lib.19.in med.eius.car.6.fin.69.in prin. § Ipse inutili cunctatione agendi tempora consultando consumpsit, & infra. Dum media sequitur nec ausus est satis, nec prouidit. Celeritas quandoque adimit uires, tarditas occasionem. § Machia.lib.2.histor.cap.47.capitu.97.§ & in Pontio Samnite Liu.ubi supra. § Ioui.lib.41.histor.car.10.§ de regis Darij instructa acie not. Arrianus. §lib.8.car.7.§ in secundo prælio aduersus Alexandrum Mag. Si quid Persis maxime obfuit, mora illa in armis longior, quia noctem totam insomnem egerant in acie instructa,&c.ut Asdrubali qui ad Placentiam moram traxit sibi pernitiosam. Liui.lib.27.car.antepenulti.se cum Annibale coniuncturus fratre. Cæterum Henricus rex modicis confectis itineribus parum utiles moras trahens, muniendo oppido spatium hostibus dedit. § & car. sequen.§ magno incommodo Gallis cessit Heluetios expectasse. Contra in Theodor.rege primo. §de quo Aemil. car. 52. § Intellexit uir militaris audendum,ac in celeritate positam uictoriam. Cum delectissimis igitur equitum ac peditum ingressus, &c. bellum magno impetu ceptum ne mora elanguesceret consenesceretq;, quod in re militari initia persæpe rem totam trahant. §Aemil. in Car.Magn.car. 88. ante.§ Qui bellum procul infert instare habet, premere, urgere, ocium non pati, non languescere,&c. Qui autem bello petitur, moras hosti innectere, differre, frustrari impetus,&c. § Aemil. ipse in Phil.2.rege.41. car.286.a tergo.

14 Pugnæ ducem interesse an & quando deceat, examinatum fuit per Proceres ad ipsum Othonem Imperatorem, an pugnæ adesset con tra Vitellium Imperij Aemulum. § Tacit.li.17.in med.car.55. in fi.§ deterioris consilij authores perpulerunt Brixellum concedere, &cę. Summæ rerum & Imperij se reseruaret, magnifacienda imperij dignitas, si cum experientia & uirtute locata sit. § dicit Pelopidas, de quo Plut.in eius uita.car.1.in fi.§ Ducem se gerat, ut dicit Theophrastus, de quo Plut. §in uita Sertorij.car.3.ante.in med.§ non militis,sed du cis obire morem decet. § Colenu.lib.ult.car.185.§ de Alphonso rege Neapol.in Caldoram. § Apia. in Lybico. de prælio. inter Scip. & Annibalem, Romani Ducem militari more certantem conspicati uehementius in pugnam ruunt, &c. Cæs.semel tantum econtra,in prætorio sedens, per nuntios imperans,prælio superauit hostes. §per ipsum lib. 5.in med.car.9.a ter.belli Africa. Machia.lib.de princi.capi.12.car.2. Curt.lib.10.car.149.§ in milites desciscentes, Iam & scietis quantum sine rege ualeat exercitus. & quid opis in me uno sit,&c. §Guizar.li.

7.car.

7.car.360.in fi.§ plus reponere in Duce quam in exercitu. dicit §Tacit.lib.de German.car.4.ante in med. Machia.li.primo discur.ca.30.§ Victoria constat non tam fortitudine militum, quam opera industria auctoritate præsentis ad prælia ducis, not. §Geu.li.1.epi.car.58. Cæs. lib.3.Gall.car.5. ubi de prælio nauali.Petrus Areti. Episto.sua ad Anton. Leuam.1534.ut in lib.car.27.in fin.§ Ducum negligentia res in discrimen adduci solent. Ita adhibita diligentia seruari consuesse. § Ita & Alexan.Mag de quo Arria.libr.3.car.124. § De Fredegunde Franc. regina. §Aemil.libr.1.car.41. in Clotar. rege 20. § cum filio rege puero, Anglus rex in æditiora loca tertia in acie constitit, ut quò res postularet opem ferret, spectatorq; foret ignauię, fortitudinisque magnum animorum incitamentum. §Aemil. idem in Phil.6. car.395. a ter.§ Detrectare certamen an & quando liceat not. Machia. § libr. 1.discur.cap.3 .lib.3.histo.car.10.Plut.in apophteg.car.132.§ de Antigono rege in Demetrium, qui plures habebat naues ad prælium, respondit, me ipsum præsentem contra quot naues opponis? § Tacit.in Othone ubi supra.§ Namque & cum ipso prætoriarum cohortium, & spiculatorum equitatumq; ualida manus discessit, & remanentium fractus animus, quando suspecti Duces, & Otho, cui uni apud milites fides,&c. § & ibidem a ter.§ ubi de prælio dubitatum,Othone per litteras milites flagitante,militibus ut Imperator pugnæ adesset poscentibus,&c. Vnde Macedones infantem, etiam eorum regem prælio attulerunt in popu. Illirios, & Thraces præliantes. § Iusti. libr.7.in fin. Liu lib.6.car.2.a ter.& car.5.ante.de Camillo.in Volscos. lib.26.car. penul.a tergo.§ in oppugnatione nouæ Carthag. in Hispa. Quodq; plurimum ad accendendos militum animos intererat, Dux testis spectatorq; uirtutis & ignauiæ cuiusque adest,&c. §Arria.lib.1.car.25.§ Quos Alexandri præsentia fortiores audentioresq; faceret,&c. Ita Cesar in Treuiros. §lib.2.car.antepenul.in fin.§ Cæsar cursu prior antecedebat,quorum a labore corpora exhausta ex prælio fuerant accendit animos, cum ducem ipsum pręeuntem aspexissent, &c. § Apia.lib. 2.car.69.de prælio pharsal.ipso, & in Lybico. car.248.§ Romani ducem certantem conspicati uehementius in pugnam ruunt,hostes superari non posse, qui non suis imperasset, de Mancino cons. Apia. in Lybico. §in med.car.272.a ter.9. fin.276.ubi supra.car.5.fina.§ Scipio aggerẽ adeptus murum ex lapidibus eduxit,fossa circumsepisset,& per Alphonsum regem, Colenut. §lib.6.car.186.a tergo.§ Vt Fabius in Annibalem qui prælio nunquam cessit, occasionem prætermisit nullam, nec unquam detrectauit. Vnde dixit & ipse Annibal, Stultorum iste magister est, & Romani suum Annibalem habent. § Liui. in eo.

&in

& in oratio. Fabij ipsius ad Aemilium cons. § decertandum esse dicebat Africanus Super. de quo Valer. § cap. sapienter dic. § nisi per occasionem aut necessitatem, quia omissio tunc præstat exitium, ignauiam demonstrat & inscitiam, not. Plin. § in suo paneg. car. 6. ante Guizar. lib. 9. in med. car. 499. § Alacer uirtute militum & lætus, quoties aut Cassidi tuæ, aut Clypeo grauior ictus incideret, laudabas quippe ferientes, hortabarisq; ut auderent, &c. Ipse ante agmen quò cæteris par animus simili periculo esset. § Tacit. in Agric. uita car. 4. § pugnare decet ducem nisi necessitate in periculis cogente. § Ponta. in dial. Anto. car. 84. in prin. § Vnde Iul. Cæs. de quo Suet. in eo. cap. Ordo &cæ. professus inter suos ire se ad exercitum sine duce, reuersurumque ad ducem sine exercitu.

15 Bellum inferre præstat quam expectare, Nam duplicatis uiribus ipsi pugnant aggressores. § Ponta. lib. 1. de fortit. car. 59. in princ. Machiau. lib. 4. histor. car. 103. in fin. § Sapientia quippe est non expectare quò ad se proficiscatur hostis, sed ad opera eius potiusquam ad uerba adhibere animum. § Apia. in Mithrid. car. eius quinta in fin. Ioui. li. 13. in med. car. 234. ante. Cæs. in oratio. ad milites suos, de qua Dion. lib. 38. car. 42. § de inferendo suspectis hostibus bello, decertandum quando oportunum ac necessarium sit. § Ioui. lib. præd. car. 235. a tergo. Cæs. libr. 2. car. 4. belli Gall. a ter. § Contra de Thamiri in Cyrum regem, not. Iusti. de Molone Polyb. § lib. 5. in med. § qui hostes improuiso adortus somno uinoq; sepultos profligauit, dormientes cæcidit & quam plures. § Liui. libr. 6. car. 3. ante in med. § de Corn. Cosso dictat. in Volscos imparatos prius adoriendos, Sulpitius item cons. de inferendo bello in Philippum regem Maced. gliscentem. § Liui. lib. 31. car. 1. in fin. § Ignorare uidemini Quirites non utrum bellum an pacem: sed utrum in Macedoniam legiones transportetis, an hostem in Italiam accipiatis: &cę. Cæs. ad milites, ut § Dion. libr. 38. car. 42. § maior spes, maiorq; animus inferentis est uim quàm arcētis, dixit Annibal ad milites suos ad Ticinum flu. certaturos. § Liui. lib. 21. car. 4. fin. a ter. Machia. lib. 4. histo. car. 103. a ter. ubi supra, lib. 2. discur. cap. 12. plura. § aggressores fortuna fouet. § Guizar. aliter, libr. 8. car. 409. in prælio ad Vailam. § Ethrusci tamen in Romanos aliquandiu steterunt expectantes, ut ab aduersarijs clamor & pugna inciperet. § Liui. libr. 6. car. antepenul. in prin.

16 Optimi ducis officium est consilium & naturam hostis intelligere. § Polyb. lib. 3. in med. car. 124. a ter. Xenoph. lib. 6. car. 6. a ter. Plut. in apophte. car. 136. § de Chabria in uita Aristid. car. ulti. de Themistocle. § Ioui. li. 41. car. 11. § erat Henrico regis filio spes omnis oc-

cupandæ

cupandæ urbis Perpeniani in celeritate posita, ut priusquam auxilia cōuenirent, &c. in hac utilissima parte militię maxime profusus ad exploranda hostium consilia, &c. & in uer. celeritas. num. 13. supra, & extra, cap. Quantum ualet error. Vnde Labienus cognito consilio Treuirorum, qui antequam duæ superuenirent auxiliariæ legiones, ibi constitutam legionem suam oppressuri, cohortes quinque ad munimenta reliquit, alias. 25. expeditas improuiso duxit in hostes, quos fudit & dissipauit. § ut in tractatu exercitus, infra nume. 2. in uer. Legio. § Optimos esse Imperatores qui hostium res quam optime noscet, &cæt. § Machia. lib. de princi. cap. 12. car. eius ulti. capit. & ult. & in rectract. eius. car. 5. uel 75. ante. § Vnde econtra magna est iactura hostium conditiones & tumultus ignorare. Guizar. lib. secun. car. 97. a ter.

17 Neutralitas uitanda & utrinqualitas, facere oportet, aut non facere. § Eras. prouer. 960. stultus, prouer. 953. de Noctua. Alcia. fab. 62. Vnde Solonis lex de qua Plut. § in eius uita. car. 4. a ter. § quam ineptissimam dicit esse Plut. idem lib. de sera num. uind. car. 3. Approbat & commendat Gel. § lib. 2. capit. 12. § rationes legis adducens. § Machia. lib. de princi. cap. 21. lib. discurs. capi. 27. plura. § Legem ipsam refert & Tul. in Epist. ad Atticum, § lib. 10. car. 1. § Puniebat lex ipsa libertate & bonis priuabat, seditionibus populi quemcunque se abstinentem, de Messenijs Polyb. § libr. 4. in med. car. 156. § Exercitu Rom. ad Caudium clauso, per Pontium Samnitum ducem Herennij filium ætate prouectum & sapientia præditum, consultus pater filio respondit beneficio libertatis emerendam hostium gratiam, aut & secundo pernitie refringendas uires, quod non exequens filius dux pernitiem consecutus est in ipsum & in patriam. § Valer. capit. sapi. dicta. in fin. Liui. lib. 9. in prin. § Federicus ultimus Neapolitanorum rex neque indulgens amico cuiquam, neque se acrem inimicum præbens, &c. § Ioui. lib. 4. hij for. car. 139. a ter. lib. 31. car. antepenulti. Guiz. li. 16. in med. car. 384. § Clemens septimus Pontifex in Cæsarem & Francorum regem magno sibi artificio, &c. periculosum esse prædicabat unam tantum amicitiam colere, quæ cum alias excluderet durissimæ seruituti proxima uideretur. Et de Sabaudio duce in eosdem Principes miserabili conditione priuatus degit, quia cum neutrum offendere uellet, utrique demum se prædæ futurum permisit, &c. § Ioui. libr. 34. in med. car. 626. lib. 41. car. 6. finali. 378. & ante fi. § per Polinum regium legatum ad Illu. D. Venet. in Cæs. Quod si forte abnuant fædus, & sedere malint, neutrumq; iuuare utilius putant, ambos proculdubio (diiudicante fortuna) grauiter offensuros, ut demum a uictis odium referant, à uictoribus iniuriam expectent. § Tul. in Episto. ad

Atticum.car.308.in fin.& res ipsa,&c.§ Suscipere tam inimicitias seu patris seu propinqui quàm amicitias necesse est, &c. Tacit. lib. de moribus German.car.3.ante in med.§ Ita medium se gerendo nec plebis uitauit odium, nec apud patres gratiam inijt. Ita Liui. §libr.2.car.4. in fin.de Consule,lib.24.car.5.a ter.in med.de Apollinide. § Si enim uno animo omnes uel ad Rom.uel ad Carthaginenses inclinant,nullius ciuitatis statum beatiorem,&c. § &lib.32.car.4.in princ.de Acheis in Rom. § nam quos Cleomedon modo tanquam uobis mediam, & tutissimam uiam consilij, ut quiesceretis,abstineretisq; armis ostendebat. Ea non media, sed nulla uia est,&c.præda uictoris erimus,&c. §li.35. car.penul.a ter.ulti.ante in med. § per Antiochum regem in Græcos, Nihil utilius Græciæ ciuitatibus etiam quam utranque amplecti amicitiam. Ita enim ab utriusque iniuria tutum alterius semper præsidio fore,&c. Sed per Quintium conf. ad eosdem econtra. Nihil immo tam alienum rebus uestris est, sine gratia, sine dignitate præmium uictoris eritis,&c. Polyb. §lib.4.in med.car.156.ante Cæs.de quo Tul.lib.10. ad Atticum car.312.§ Sed neque Thebanos laudamus, quòd tempore Medici belli,ut a communi Græciæ periculo essent immunes, ea per formidinem elegere, de quibus postea periclitati sunt. § Garimbert. lib.3.de fort.cap.6.Guizar.de Soderino in Florentinos.lib.10.car.31. lib.11.car.5.lib.1.car.39.a ter.in lib.7.in med.car.377. § de Venetis, uel pro Cæsare uel pro Franchis.

18 Pedites item potiores equitibus uel è contra, ut de legionib.Rom. § Machiau. lib. 2.discurs.cap.18. Ioui.li.secun.car.48. in fi. lib. 11.car. 179.in prælio ad Taroanam. lib.12.car.212.233.a ter.lib.13.in med. car.247.a ter.lib.14.car.245.283.372.Pluribi Aemil.in phil.secun.rege.41.car.277.a ter.§ Vt peditibus equites, pedites equitibus auxilioforent mutua fiducia,subnixi simul undecunque se inferret hostis, &c. & per Germanos,de quibus Cæs. §lib.1. Gall.car. antepenul. & in Ioanne.1.rege.50.per Aemil.car.40.& ante.§ ut omnis gloria nobilitatis foret uulgi peditatu repudiato, in equestri ordine præsidium etiam sibi collocant,&c.Carolus tamen septimus Franc. rex.53. §not. Aemil. etiam.car.472.§ peditatum instituit ordinarium & uectigal deputauit, unde peditatum aleret cum equitibus, Intechel Imper.ex heremita in Turcas prælio aggresso Turcarum impetum egregie excepit, inuectosque equites prælongis hastis summouit, apparebatq; hastatum peditem phalange facta insultante equitatu ne cessurum loco, &c. §Ioui.lib.13.histor.car.247.lib.14.in med.car.283.ante,de Gallis.§ non ij sicuti equitatu mirifico maxime pollent, &c. Qua parte uirium Turcæ ætate nostra memorabiles sæpe uictorias consecuti,nec

unquam

unquam uicti grauissima bella confecere. ∫ libr.item.34. car.3. ∫ de Gallis instituentibus tunc peditatum Romana disciplina, sed ubi per frequentes sclopetarios Romanoque more per pedites bella geri cæpta sunt in prælijs nulli prope usui equites esse compertũ est propter equorum grauiora uulnera & densatas hastatorum phalanges, quas nulla uis equitum, uel ęquato fere numero facile perrumpat, equites in cornua positi, pedites in medio. ∫ Ioui.lib.13.car.234.a terg. alia in uer. uelites.num.6.infra.

Si uero pedites proprij esse debent non mercenarij, ferentarij, uel auxiliares, ut apparuit in morte Scipionum, in hispanis defectione Celtiberorum. ∫ Liui.lib.25.car.pen.lib.26.car.penul.a ter. de situ Carthagi. ∫ Quippe qui mercenarios exercitus alant, &c. Et in Syphace capto defectu auxiliariorum. ∫ Liui.lib.30.car.2.a ter.in prin.& in prælio ad Ticinum per Gallos. libr.21. car.antepenul.ante.in med.Plut. in Cleome.uita.car.penul.ante. in fi. ∫ Non tuto se posse mercenarijs militum credere. ∫ Machia.lib.1.discur.cap.21.car.43.& in prælio Pharsal.not. Apian. & etiam in Odoacro rege ab hostibus ideo superato. Orestes in Odoacrum ducem prælio certaturus ab auxiliarijs destitutus recedere coactus est. ∫ Blond.lib.2.car.ult.in fi.Blond.etiam. libr. 3. histor. car. 1. in fi. ∫ Germanorum recessu Mediolanum a Francis omissum. ∫ Guizar.lib.10.car.antepenul.lib.11.car.6.uel.72. in med. de Heluetijs in Carolum octa.regem Franc.Arnol.lib.2.cap.3.in fi.

19 Promptiores esse debemus ad nostra pericula, &c. dimicareque magis parati de honore & de gloria, quam de cæteris commodis. ∫ Ponta. lib.1. de fortit. car. 6. ante. ∫ Præstat enim potiorque esse debet probis dignitas sine uita, quam uita sine dignitate. ∫ Valer. de Catone.cap.de fortitud. ∫ Pulcherrimum esse in bello mori, atque in maximis belli periculis, qui intrepidum se, atque inuictum in ijs gesserit; is est quem uirum suspicimus, in quem mortuum honores conferimus, qui bene uiuunt nedum fortunati, &c. dixit Agesilaus, de quo Plutar.in eius uita. ∫ car.ult.ante. in fi. ∫ Qui uero gloriose interierint, eos iam beatos esse.Plato ∫ lib.5.de repub.car.penul.in prin. ∫ Qui per uirtutem peritat, is non interit. ∫ Plut.in Capti.cap.inijcite.car.93. ante,& alia plura in uer.fortit. ∫ Vobis necesse est fortibus uiris esse, & cæ. aut uincere, aut si fortuna dubitabit, in prælio potius quam in fuga mortem oppetere, dixit Scipio ad suos milites.de quo Liuius. ∫ lib.21.car.6.in fi.Plut.de Calicratida in apophtheg.Lacon.car.166.in prin. ∫ Manentem uel mori uel uincere, &c. Nihil medium aut uincere aut mori in animum inducant, &c. ∫ Aemil.in Ioanne.1.rege.50.car.402.& Alexan. Mag.de quo Arria.lib.5.car. antepenul. ∫ Vt uiuere sic mori dulce est cum

cum immortalem sui nominis gloriam posteritati relinquant. Mortem enim pro patria esse præclaram dicit. § lib.3. in princi. unde & Virgi. in 6. § Pulchrumq; mori succumbit in armis, & alibi, O terq; quaterq; beati &c. Si pereo manibus hominũ perijsse iuuabit. In acie præstat interfici quam non ueterem belli gloriam libertatemque a maioribus acceptam recuperare. § Cæs. lib.7. Gall. car.1. a ter. in prin. § Strenuos occumbentes in prælijs sanctos haberi uel Demonas, dicit Plato § libr. 11. de legi. car.3. in prin. § Honesta mors turpi uita potior, dicebat Agrico. dux, de quo Tacit. § in eius uita. car.6. ante. § Qui rem bellicam bene gesserit honoretur maximis honoribus, ubi supra. § libr. 5. de rep. § In bello mortui per gloriam uiuere intelliguntur. § & ut in uer. Ius trium liberorum, in cap. uxor ducenda. car. ult. Tul. in princ. offic. car. 16. in fi. § Vnde Galli & Cymbri, de quibus Valer. § cap. de instit. anti. in fi. eius. § Lætantur in acie perituri, contristãtur si morbo cadunt. Nephas ducunt duce interempto ipsos superesse. In aciem euntibus præcipiunt matres ipsæ puberibus, ut uiui cum armis aut mortui in armis regrediantur. § Valer. cap. de discipli. milit. car. ult. eius, & ubi de Scutis infra num. 10. Phalaris ita tyrãnus in Epistol. sua ad Lacritũ. car. 26. de filio interfecto. § Vnus aduersus plures certare non tenetur. § Home. lib. 20. Ilia. car. antepenul. Eras. prouer. de quo Plato in Phedo. car. 7.205. in fi. § Ne hercules quidem, Victoria in hostes quæ laudabilior uirtute id est ui aperta aut dolo. § Vnde Virgi. in 2. Cæs. de Gallis. lib. 1. car.9. lib.2. car. pen. in prin. ult. in fi. lib.3. car. 2. de Voluseno. Arria. lib.3. de Alexan. car.7. de sec. prælio in Darium. § Dolus an uirtus, &c. A maioribus natu didicisse magis uirtute quam dolo in hostes contendere, obseruabat Philippus dolo & uersutia. Alexan. filius aperto Marte, Annibal dolo & uirtute, ut & Iugurta. § Curt. lib.4. cap. 37. Arria. lib.3. car. 124. Cæs. ubi supra. lib.1. gall. car.6. fin. § Disperso subito d ortum magis ratione consilio quam uirtute uicisse, &cę. § & supra, in uer. sapientia. unde fab. de qua num. 14. § Alciatus Bellorophon. &c. & nu. 48. Aiacis tumulum. num. 121. de Elephanto. § & in uer. consilium. § Vbi non prodest Leonina, adhibenda uulpina. not. Machia. § lib. de princ. cap. 18. & in uer. fides. § Occidas dolo uel palam. § Home. lib.1. odiss. car. antepenul. Tul. in 1. offic. car.9. § fraus odio digna maiore, magnum est dedecus qui cum laudis certamen fuisset, non uirtute, sed scelere superatum. Tul. § lib.3. car. 66. a ter. § Dolus, uersutia, & prudentia & stratagema in superandis hostibus laudanda; perfidia dolusq; malus, in quemlibet improbanda.

20 Alacri uultu & fiduciæ pleno semper appareant Duces quacunque in actione milites, ut de Volumnio cons. in Samnites Liui. libr. 10. car. ult.

car. ulti. ⸗ ad Aquiloniam. Non ferme alium Ducem lætiorem in acie uisum,&c.& de Scipione primo Liuius. idem in prælio aduersus Annib. ⸗lib.3.car.antepenul.in fin.Plut.in eius uita in princi.⸗ Vultu ita læto instruebatur acies ut uicisse crederes. ⸗Ioui. libr.34.hist. in med.car.609.⸗ Cunctis ordinibus adequitans armatus Cæsar aderat alacri uultu & fiduciæ pleno,&c.de Car.Octa.Franc.rege in prelio ad Tarum flu. ⸗Ioui.lib.2.in fin.car.69.in fin.de Alexand.Mag.Cur. lib.4.in med.de secun.prælio in Darium.car.38.a tergo. ⸗ haud alias tam alacrem uiderant regẽ,& uultu eius interrito,&c. de Cyro Xenop. lib.7.car.secunda.Adunco & prominente naso pugnacis ut intrepidi militis speciem præbebat. ⸗ & libr.4.ad fin. car.335.⸗ Cæsar prouectus equo, ore maxime celso ac impauido,&c. Nisi in ipsius Imperatoris uultu uigore mirabiliq; hilaritate,&c. & in Tomumbeio Sultano, Iouius etiam. ⸗lib.18.car.2.a ter.in princ.⸗ quod in calamitate ac periculo difficillimum putatur summam spem rediuiuamq; uirtutẽ intrepido uultu præseferre.&c. ⸗& Fois ad Rauennam Guizar.li.10. car.50. supra.car.53.ante.⸗ Tanusius in histo. Bibulus in edictis,Curio pater in oration.& Cicero ad Atticum,Epistola Dionysius,&cæ.& Epistola,planè asserunt. ⸗not.Sueto.in Iulio in prin.ca. si quidem,&c. & cap. Socero.capitu.uerum neque.⸗ Cæsarem confirmasse in consulatu regnum de quo ædilis cogitarat, unde paucos post Dies frequenti in curia iactauit,inuitis & gementibus aduersarijs, adeptum se quod concupisset,& cap.sequen.ibidem,commotus Cæsar, &c. Quidam putant pensitatis inimicorum uiribus usum occasione rapiendæ dominationis, quam ætate prima concupisset,&c. ⸗ & capit.eodem temporis spatio.cart.16. ⸗ quod ut adeptus est (secundum idest consulatum) altiora iam meditans & spei plenus,&c. Vnde Plut.in Cato.Vtic. ⸗ca. 4.fin.a tergo.256.⸗ Deinde Cæsar Arimino occupato cum ad urbem contendere diceretur, uniuersi Catonem intuebantur, tam Pompeius quàm cæteri omnes, qui primus omnium ista uidisset; dixit igitur Cato, si credidissetis P. C. nec unum nunc timeremus, nec in uno spes nostras haberemus. ⸗ pluribi Tul. Epist.ad Atti.libr.septimo,ubi supra,lib.8.Epistola.1.Epi.Quod me.car.240.⸗ dominatio quæsita est ab utroque, sed iam intelliges id regnum uix semestre esse posse. ⸗lib. 10.& res ipsa.c.309.⸗ Corruat enim ipse per se necesse est, aut per aduersarios. Ad hoc tendebat oratio eius in coniuratos captos Catilinam,Cethegum,&c. custodiendos,&c. Apia. ⸗libr. secun.car.tertia, & Salust.in eo. Dion.libro 37.car.antepenulti.lib. quadragesimo primo, in med. ⸗ ubi Gaditanos ciuitate donauit, car. nouagesima nona in fine. Vnde Syllæ uerba illa,de quibus Plut. & Macrob.libro se-

D cundo

cundo, capitulo tertio, Satur. Caue tibi puerum illum male præcinctum.

## INDEX TITVLORVM SECVNDI LIBRI.

Exercitus Rom. quali forma, oppositiones in modernos.





# EXERCITVS ROMANVS, QVALI FORMA, QVIBVSQVE INSTITVTIS, CONSTITVTVS, PRAETER MODERNORVM *expositionem quamplurium.*

## *Titulus tertius.*



XERCITVS & Romana militia ex legionibus constabat,quæ constitutæ erant ex. 300. equitibus, peditibusq; (ut plurimum) 5200. Pedites, qui ex ciuium numero habebantur, distributi erant in ordines tres,hastati dicebantur primi, inde Principes,po stremo Triarij;hastati pugnam ciebant, & post equites intrabant, qui pulsi uel cedentes recipiebant sese in Principes, spacio inter se distantes. Sic & ipsi utriusque ordinis.Si quando etiam pulsi,retrocedebant in Triarios, qui cum scutis & hastis in terram fixis, tunc usque requisiti pugnam renouabant, omnes simul. Cum ijs erant Rorarij item & Accensi minus experti. Legionibus cum prædictis insuper auxiliarij totidem conueniebant ex socijs,& nominis Latini, quandoque bis totidem. Cum equitibus agebant Velites, leuisq; armaturæ pedites. Qui omnes simul legionum tenebant cornua in acie, primũq; promouebant in hostes prælium, quos proprio Marte fundere conabantur sine legionum opera, urgenteq; prælio desiliebant quandoque equites. Pedites legionarij procedebant armati omnes cum Scutis,Pilis, Galea, Lorica, gladio & ueruto. prælium cursu intrantes clamorẽ eleuabant ad hostium terrorem, equites cum lorica,galea, ocreis, lancea & Ense sub Aquilis,& Vexillis, cum Vallo, Castellis, Molendinis, balistis, Scorpionibus,Arietibus, Vineis,& Testudine,quem ducebant exercitum consul,prætor,aut proconſ. uti Imperator, & quandoque Dictator cum magistro equitum, uel & eorum legati cum Ducibus, Tribun.militum, Centurionib. Decurionib. Manipularibus,Antepilanis, cum scutis omnes,& etiam Imperatores ipsi. Militibus dabatur insuper stipendium in ęre,frumento,& uestibus.Omnes de more militabant per aliquot saltim stipendia, aliter notabantur & per censores ærarij fiebant, obligatiq; erant uocati omnes,dare nomina quandocunque ab anno sextodecimo usque ad quinquagesimum, non ultra, nisi

urgente quandoque necesſitate. Tunc poſt ſexdecim ſtipendia habebantur Emeriti, & ſtrenui laudabantur per Imperatorem triumphatu rum, niſi a Tribun. pleb. ex cauſa prohibitus fuerit, & donabantur præmijs, Coronis, haſta pura, &c. & ideo priuilegijs ornati uiuebant hilares & honorifici. Deſides autem, uel ordines non tenentes puniebantur, edendo hordeo, & ſtantes pranderent uel uitibus caſtigabantur, & decimabantur quandoque, uel armis priuati per ducem emittebantur infames.

Quia in præcedenti propoſitione, uel prologo plura dicta ſunt diuerſitatem continentia ab expoſitis per modernos authores, quæ quia ſine authoritatibus negari poſſunt, & admirationem inducere, ad redarguendam diuerſitatem aſſerimus, quædam per eos expoſita ut uera eſſe admittenda, quædam minime. Ideo adducendas duximus authoritates Illuſtrium præſertim ſcriptorum, non modo autem ſingulas, ſed & quamplures cum locis facilitatem continentibus ad ea quamprimum reperienda, cognoſcenda, ponderanda. Plura enim dicta ſunt per modernos ipſos in hac materia rei & diſciplinæ militaris quæ longe aliter ſe habent, ut in longa lectione nos eruiſſe conſtabit (ut & alia Paradoxa & præter opinionem quorumcunque) ex quo freti plerique omnes authoritate Vegetij, & Gellij illius temporis incliti ſcriptoris, quinetiam militiam ſui temporis obliteratam referentium. Et Gothorum tempore uigentium, Longobardorumq;, quo nulla uel minima erat militaris diſciplina, ut pluribus conqueritur Blondus. car. 1. libri. 21. hiſtor. ſuarum. In errorem lapſi ſunt in quampluribus etiam, legiones immo militantium turba eo tempore inexperta pernitioſam continebant ignauiam; Vnde frequenter fuſi prælijs, artibus diſsipati, vaſtatæ prouinciæ, uſurpata regna per barbaros, tum Alanos, Gothos, Vandalos, Sueuos, Burgundios, Hunnos, & Longobardos; vnde hallucinati ſunt grauiter ipſi moderni huius ſeculi & præcedentis etiam in deſcribenda militia Romana. Ex quo quam minimum uerſati ſunt in Liuiana hiſtoria Vegetium ſequentes. Liuium nanque ipſum refert eſſe authorem celebrem Plin. in præfatione ſui operis hiſtoriarum. Item hiſtoricorum Principem dicit Perotus ad Polybium in princip. Pontanus item in dialogo Actius, & Sene. libr. 2. de Ira. in fin. Legionem enim dicunt continere Cohortes decem, quæ millenariæ habebantur. & ſic eam conſtare aſſerunt ex militibus decem mill. Nullibi tamen habetur ipſam plures quam ſex millia continuiſſe, nunquam decem, non nouem aut octo mill. Equitatum præterea duplicem aſſerunt grauis armaturæ, quos & Cataphractos appellare non dubitarunt, leuemq; armaturam ut hodie. Per nullos enim authores legun-

tur

tur aut nominantur in legione Rom. cataphracti. Non equites grauis armaturæ. Nec præsertim equites leuis armaturæ; Sed equites ipsi uniformes erant; unius tantum generis, expediti, ut equites in leuiori armatura nostri temporis, non graues, ut tempore Carmagnolæ & Picinini; qui in prælijs uulnerari minime poterant, & transfodi, deturbari, capi, dissipari de facili poterant, ut de Crupellarijs dicit Tacit.lib. 3.in med.car.65.66.in prin. Et ut refert Liui. in prȩlio aduersus Antiochum regem.lib.37.in med.car.7.in princi. propter grauitatem tegumentorum armorumq; oppresi sunt. Quodam enim prælio capti leguntur modernis temporibus undecim mill. equites, qui uera uirtute præditi totam debuerant Italiam superare. Non leues, ut Græci, quos Stratiotos appellare solent, qui pugnam ingresi, tunc cæteris præliantibus prȩdæ ambientes & intenti pluries egredientes causam dederunt cladis, ut ad flu. Tarrum, anno domini 1495. allecti ad prædam per Carolum Octa. Franc. regem expositam in aliquo constitutum periculo, ab hostibus pressum, & retrocedere properantem; pedites autem legionarij priscorum Romanorũ armis grauibus armati insuperabiles reddebantur; unde prouintias quasque deuictis regibus usurparunt. Extra legiones erant selecti pedites leuis armaturæ socij subsidiarij equitatus simul cum Velitibus, & sic peditatus multiplex erat, grauis & leuis armaturæ, Velites, funditores, sagittarij, quos Cetratos appellabant, &c. Legitur enim ut infra. Elephanti tumultuoso genere pugnæ equitum, Velitum & leuis armaturæ consternati, &c. Item prȩlio ancipiti urgebãtur cornua eques leuisq; armaturæ, & Velites &c. Catapultã præterea egregia specie figurant iacula contorquere solitam in hostes, plumbeas uero pilas uel glandes iacere, quibus plura hostibus inferebant damna describere prætermittunt, uel non cognitam, uel non curatam neglectãq;. Duplicis nanque erant generis maiores & minores, ut in Carthagine noua Hispan. per Scipionem expugnata describitur, & not.Liu. & ut per nos infra tit. de armorum generibus & de catapulta. Auxiliaria legionum etiam totidem fuisse dicunt, nunquam ultra duplicem tamen numerum sæpe fuisse imperatum, declarauimus, in uer. Triarij. nu. 5. infra. Quæ prædicta ponderauit ad hucusque aut cognouit nemo, ut diffusius habetur infra. Quæ qui non cognouit aut ponderauit, cœnam tamen omittere in animum non inducat. Nudati præterea flumina pertransire figurantur, quod & nullibi apparet, quia ut ordine gradiebantur & prælium intrabant, ita & flumina transibant armati, & hostes urgebant certantes. Ideoq; plura cognoscenda sunt, quæ aliter exposita & figurata apparent, ut in prælio ad Ticinum aduersus Annibalem ad Trebiam, & ad Cannas. Sic &

 in

in Neruios Gallos per Cæsarianos, ut infra, de loricatis peditib. nu. 13. Vnde Merula in Traiano Impera. car. 6. in prin. Quoties flumina transeunda haberet ipse pedibus sicut miles traijciebat.

*Declaratio prædictorum omnium per authoritates.*

1 LEGIONEM esse (ut plurimum) ex peditibus. 5200. notat Liui. § lib. 8. car. 3. in prin. lib. 23. car. antepenult. in princ. de Fuluio Flacco. lib. 26. car. 5. in fi. lib. 37. car. 6. a ter. in med. § In præparatione belli contra regem Antiochum. § lib. 39. car. antepe. ante. in med. In ordinatione prouinciarum etiã. lib. 40. in prin. eius, & car. ult. libri ex ueter. in ordinatione prouintiarum etiam, & car. antepenul. in prin. ubi de prodigijs. Areti. lib. 3. primi belli punici. ad fi. Polyb. libr. 2. in med. § In præparatione exercitus in Gallos in Italiam aduentantes. § & lib. 3. ad fi. car. 136. ad fi. Blond. lib. de Roma triumph. car. 221. a ter. Veget. lib. 2. cap. 2. cap. 7. Plut. in Pompeio. car. antepenul. in prin. § Vbi de Cæsare ad Ariminum cum exercitu tunc tenui, nondumque collecto. Liui. item. § lib. 41. car. 2. in fi. car. 4. a tergo. § In Sardiniam duæ legiones scribi iussæ quina millia in singulas, & duceni pedites, treceni equites. § Et lib. 42. in princip. eius, Apertius. car. 428. a ter. § de præparatione in Perseum regẽ Mace.

Quandoque ex. 3200. ut a Romulo fuit primo institutum. § Plut. in Romulo ipso. car. 3. ante. § Vbi Senatum instituit & legiones. Liui. § lib. 35. in prin. eius. car. penul. ante. in med. §

Quandoque ex. 4200. Liui. lib. 6. car. 4. in fi. ubi de Furio Camillo. lib. 7. car. 5. ante. in med. ubi de Coruino conf. & cæde Gallorum. lib. 8. in med. in oratione Scipionis. lib. 35. car. penul. ante. in med. ubi de prodigijs. lib. 21. car. 3. ante. post cedem Saguntinam. libr. 40. in princ. eius ubi supra. Polyb. lib. 1. in prin. car. 12. a ter. ubi de Hierone rege. libr. 2. ubi supra. in præparatione belli Gall. imminentis.

Quandoque ex. 6200. peditibus. Liui. lib. 26. car. 3. in fi. libr. 29. car. antepenul. a ter. in med. Plut. in Romulo. car. antepenul. in fi. Veget. ubi supra. libr. 2. car. 2. Apia. libr. 5. car. 2. a ter. de M. Antonij legionibus in Asia, Octo & uiginti armatorum legiones nobis adsunt, quæ continent milites. 170. millia præter equitatum, & sic sex millia pro quaque legione. Eutrop. libr. 2. car. 1. in fi. factæ ex Tironibus legiones decem. qui modus. 60. uel amplius armatorum millia efficiebat.

2 Legio ipsa a legendo milite dicta, qualitatis ut infra. nu. 32. in uer. stipendium, ut in Romulo rege supra florente rep. continebat Cohortes triginta uel uexilla, ut ex Cæsare aperte constat. § li. 6. belli Gall. car. 2. §

2.} de Labieno Cesaris legato cum una legione constituto aduersus Treuiros pop. Qui cognito eorum consilio, quod antequam superueni rent auxiliariæ duæ legiones ibi constitutam legionem oppressuri properabant, Cohortes quandoque ad munimenta reliquit, uigintiquinq; alias expeditas improuisos duxit in hostes Treuiros, quos fudit, cæcidit, dissipauitque ut supra. Cohortes autem uel uexilla, not. Liui. §d. libro. 8. car. eius. 2. in fi. § idem esse. Quæ multiplicatæ in trigesies ex totidem cohortibus continebant milites. 5490. Vnde constat quod a nemine scriptorum cognitum fuit adhuc per modernos, Legionem continere cohortes non decem, ut per hallucinatos hac in parte modernos ipsos omnes imprudenter Vegetium sequentes, sed triginta. Si quinque ad castra tuenda deputatæ. 25. & in hostes ductæ non expectantes, &c. ergo triginta. Nec lectorem turbent illa uerba, cum duas uenisse legiones iussu Cæsaris cognoscunt; Quia non ergo adfuerunt prælio per Labienum commisso, quia nec Galli Germanica auxilia curarunt expectare, sed fugam simulãtes Romanos persequi & debellare existimarent, tãtis copijs tam exiguam manum fugientem adoriri non dubitarunt. Nõ fuisset exigua manus si adfuissent superuentæ aliæ legiones binæ. Sed iustus exercitus & idoneus, erant enim ad quattuor millia tantum, ergo & exigua manus; Similibus utitur uerbis Liui. § lib. 34. car. 4. in princ. § de Lacetanis Hispaniæ populis per Catonem Cens. bello pressis. Ipse cum septem cohortibus ad Iberum est regressus ea tam exigua manu aliquot oppida, &c. Vt Heluetios perpetrasse in Francos hostes pridem ad Nouariam octo millia aduersus. 40. millia, not. § Ioui. lib. 2. § Martium item in Carthaginenses prælio uictores in Hispania, interfectis pridem Scipion. utrisque fratribus, qui collectis exercitus dissipati reliquijs incaute exultantes, tunc uictores eadem nocte adortus ad. 37. millia cecidit. § Liui. lib. 25. car. penul. libr. 27. in princ. eius. Cæs. ipse lib. 3. Gall. car. 4. lib. 5. car. 3. in fi. § Cohortibus decem, & cæ. Crassum cum cohortibus Legion. xij. & magno equitum num. &c. § Et lib. Alexandrino. car. 5. a ter. uel 400. § Cohortes decẽ & leuis armaturæ, &c. § Sueto. in Fla. Vespas. car. 4. cap. Claudio, &c. § Dicit, Additis duabus legionibus, Alis octo, cohortibus decem. Eadem recitat Tacitus § lib. 21. in prin. eius. Iosep. lib. 3. belli Iuda. § Comitabantur uiginti sociæ cohortes cum tribus legionibus; erat quinta & decima, & quintadecima. § Liui. lib. 10. car. ult. ante. in med. § Scæuam legatum cum legione prima & uiginti cohortibus, &c. § Tul. lib. 12. epist. famil. Epistola Cassij ad Ciceronem, Si uales, &c. Cum reip. &c. in fi. § Cassius noster cum decem legionibus, & cohortibus uiginti auxiliarijs, & 4. millia equitum, &c. Cohortes etiam uiginti, ergo legionis portio erant. § lib.

10.ubi supra. Epistola Galbę ad Ciceronem Decimoseptimo, &c. car. 153. § De Hircio & Pansa cons. Acies est instructa a nobis duodecim cohortum; & infra. recipere me cepi & leuem armaturam opponere Maurorum equitibus, &c. audita re Hircius cum cohortibus uiginti ueteranis redeunti Ant. in sua castra occurrit, omnesque eius copias deleuit. § & in Philip. ult. car. antepenul. a ter. § De hoc eodem prælio; & inferius Epistola ad Ciceronem per Asinium Polio. Parmam direptam, Brutum enim decemseptem cohortes & duas non frequentes tyronum legiones. § Plut. in Syllæ uita. car. penul. in prin. § Cum cohortibus uiginti Sylla aduentante. § Liui. libr. 3. car. ult. ante. in fi. § Cohortes sibi quenque cēturiones legerunt, bini senatores singulis cohortibus præpositi, & sic senatores centuriones animaduertendum, & ducentos milites uel. 183. continere cohortem nō autem mille, ut per modernos male fuerat exploratum. § Cæs. lib. 3. Gall. car. 4. in princ. cum cohortibus. xij. legionar. lib. ul. Gall. car. 6. Cæsar uiginti cohortibus instructis, &c. castrisque eo loco metatis, &c. lib. 1. ciuil. car. 5. a tergo. § Lentulus Spinter Asculum decem cohortibus tenebat, qui cum legionibus Cæsarem adesse sentiens, &c. & inferius ibidem, Domitius circiter uiginti cohortes ex Alba & Marsis & Pelignis, &c. § car. 8. d. primi lib. Pompeium remanere Brundusij cum cohortibus uiginti. li. 7. Gall. car. 193. § Cohortes 19. quæ in Piceno iter habebant, &c. & in Epistola ad Atticum. § lib. 8. car. 248. § Magni ad Lentulum cons. Ego quod, &c. & inferius, Meas decem nouem, & suas duodecim cohortes, &c. pro uisa erant præsidia cohortium duarum & uiginti, quæ ab L. Cæsare legato, &c. § lib. 3. ciui. ubi de Sceuæ centurio. uirtute, Volcatius impetum legionis sustinuit cum cohortibus tribus, & cæ. Si millenariæ fuissent, quæ uirtus, quid mirum? § car. 353. 361. § reliquas cohortes. nu. 33. in quibus erat legio nona, multis amissis centurionibus, &c. Sic igitur unam includit legionem, non tres. Cohortes ergo non decem pro quaque tantum in Sylla in Italiam regressus a Mithridat. bello copias traiecit, cohortes quadringentas & quinquaginta continentes, notat Plut. in Syllæ uita. § car. antepenul. in fi. uel. 151. in fi. § Non ergo legiones. 45. sed quindecim tantum.

Variata, inclinata, & confusa inde militia Rom. post primos Imperatores ampliatæ fuerunt cohortes ad quingentos uel & ad mille milites, cum primum essent infra ducentos.

Posteriores uero ex amplioribus, dicit Apia. § lib. 1. car. 28. a terg. in Sylla. & Tacitus lib. 17. car. ult. in princ. § Insuper confusus prauitate uel ambitu ordo militiæ, &c. Quis singula millia inessent, &c. § Gel. lib. 16. cap. 4. in fi. Veget. lib. 1. cap. 30. lib. 2. cap. 3. 7. 13. § Si quidem

Adrianus

Adrianus ipſe poſt Cæſarem Octauium, labantem diſciplinam incuria ſuperiorum principum retinuit, ordinatis officijs, &c. § Spart. in Adriano Imp. car. 5. uel. 25. § Ij cauſam errori dederunt uigentes Longobar. tempore Ioſep. § lib. 3. belli Iuda. cap. 5. Plut. in uita Luculli. car. 4. fin. ante. in med. § De prælio in Tigranem dicit, Cohortes. 24. quæ continebant milites decem millia. ideſt. 400. pro quaque in Pompeio. § car. penul. a ter. § Cohortes ex legionibus eductas, &c. equitibus præſidio futuras, quæ continebant milites. 3. millia. & ſic. 500. pro quaque, ut nunc Germani de quibus Iouius. § lib. 35. in princ. § Sub duce Tamiſio eorum ductore, unde Liui. § in præfatione ſui operis in med. § Quæ uita, qui mores fuerint, per quos uiros, quibus artibus domi militiæque & partum & auctum imperium ſit; Labente inde paulatim diſciplina ut magis magiſque lapſi ſunt, cum ire præcipites ceperint, donec ad hæc tempora, quibus nec uitia noſtra, nec remedia pati poſſumus, peruentū eſt; Vt etiam declarat ipſemet § Veget. d. lib. 1. cap. 20. in prin. § Imperatorum indulgentia exarmati in aciem prodibant; unde quam pluries ab hoſtibus ſuperati prouincijsque deiecti, non ergo legio ex decem cohortibus tantum, ut per quoſdam.

Dicta eſt autem Cohors, ut ex Ponta. § lib. 2. de aſpirat. car. 2. a tergo. § Quæ conſtabat ut ſupra ex militibus ducentis, uel ut ex Apian. § lib. 1. ex 183. not. Liui. d. lib. 8. § de uexillo, quod idem portat, ut hodie dicunt Compagnias, uexilla, uel banderias, uel bandas.

Primipilus conſtat ex tribus uexillis uel cohortibus. primus Centurio dicebatur, uel primorum ordinum. § Liui. lib. 7. car. ult. in fi. libr. 25. in med. de Centenio pennula. li. 42. in med. car. 428. in fi. lib. 44. car. 447. in fi. 451. in prin. Valer. cap. de Ira. in Appio. Claud. car. 199. Cæſ. lib. 1. Gall. car. 6. fin. poſt orationem Cæſaris ad milites. lib. 3. Gall. car. 2. lib. 5. car. 9. car. & 11. a ter. lib. 1. ciui. car. 5. finali. in princi. libr. 3. car. 353. de Sceua Centurione. car. 375. Veget. lib. 2. cap. 9. in prin. § Primus ordo in agmine quadrato (nunc dicitur ut percipimus nos) prima filagna, homines continebat. 60. Centuriones duos, uexillar. unum. § Liui. d. car. 2. in fi. ubi ſupra.

Manipulus conſtabat ex militibus. 24. uel ut alij ex. 20. tantum. Xenoph. § lib. 6. car. 4 fin. in fi. § Squadram noſtrates appellant. Manipulus dicitur ēt quod manu quis capit & tenet. nos Manuellū dicimus.

Quadratam procedebat in formam Rom. exercitus uel quandoque cuneo aut fronte, ſubſidio, orbe, globo, forpice, ſerra, Ala, Turre. § Gel. lib. 10. cap. 9. & cap. in fi. de ſcutis. nu. x. infra.

3 Ciues erant omnes legionarij milites ipſi uel pedites quia in urbē nati ciues erant omnes, ut eſt in iure. notat Tacit. § lib. 2. car. 2. a terg. §

de

de Cheruſcorum rege accito Italo ciuitate donabantur a conſule quan doque.Cæſ.lib.1.Gall. car. penul. de Valerio procillo. Liui. pluribi.& li.3.car.4.a ter.in med.§ Hernici ac Latini iuſsi milites dare ex fædere, duęq; partes ſociorum in exercitu,tertia ciuium fuit. § li.4.car.1.a ter. in med. § Præterquam ut hominum ut ciuium num.ſimus, &c. § libr. 7.car.4.ante.in med. § de Licinio Stolone, plebs fremit, quid ſe uiuere ? quid in parte ciuium cenſeri ? § car.ſeq.ante.in med.In Coruini certamine. § Ciuili ſtandum eſſe exercitu quando ſocialis cætus deſeret; de Corbulone Tacitus. § lib.13.car.2.a ter.§ Domitium Corbulonē retinendæ Armeniæ præpoſuerat,&c. pars auxiliarium cum duabus legionibus apud prouinciam Siriam,par ciuium , ſociorumque numerus Corbuloni eſſet,&c.Et in ſtrage ad Cannas. Decem millia ciuium noſtrorum Cannenſis prælij reliquias benigniſsime alimentis ſuſtentauit mulier Buſa,&c. § not.Liui.& Valer.cap. de liberalit. § Prius turba fugientium ciuium.In Paulo Aemil.conſ.Liuius § item.libr.26.car.5.in fi.Cæſ.lib.3.ciuili.cap. 2. § Legiones effecerat ciuium Rom. nouem, &c.Q.Fuluio Capua prouincia decreta,prorogatumque in annum imperium,exercitus ciuium ſociorumque minui iuſſus, &c. § lib. 27.car. 3.a ter.in prin.eius. § Cæcidere in ea pugna. 2700. ciuium ſociorumque. § car. penul.a ter. in princ.ibidem. § de Liuio conſ.iracundo ob exilium paſſum, M. Liuium ad bellum proficiſcentem aſſerunt reſpondiſſe,Aut ex hoſte egregiam gloriam, aut ex ciuibus uictis gaudium capiam,meritum certe,&c. § Vale.cap.de Ira.in eo.car. præced.in fin. § In cenſu acto,ante prodigia nuntiata,Cenſa ſunt ciuium capita,&c.minor aliquanto numerus quam qui ante bellum fuerat. § Ibidem.car.antepenul.lib.27.in prin. § In Claudio Nero.conſ. Ipſe de toto exercitu ciuium ſociorum quod roboris erat,delegit,&c. § Liui. item. libr. 28. car.3. in fin. § Inde ad Betulā urbem progreſſus cum omni exercitu ciuium ſociorumque peditum,equitumque § & inferius.car.6.ante eiuſdem lib.In oratio.Scipionis ad exercitum in deſciſcentes ipſo ægrotante.in prin. § Nec oratio ſuppeditat quoſne quo nomine quidem appellare debeam,ciues ? qui a patria ueſtra deſciuiſtis ? an milites,qui Imperium auſpiciumque abnuiſtis ? & cæ. eundem & improperandi modum not.Tacit.in German. § lib.1.car.18.a ter. § Milites ne appellem ? an ciues ? qui,&c. § lib.35.car.pen.ante.in med.ubi de prodigijs.§ Imperatum præterea L.Quintio conſ.eſt, ut duas legiones ciuium Rom. nouas ſcriberet,& Socium,ac,Latini nominis.20.millia peditum , Legionem unam ex ciuibus ſecum agens,& Brutum acie inferiorem,&c. §Apia.lib.3.car.123.a ter. § de Caſsio , Latini nominis quæ erant ciuitates. § not.Liui.lib.27.car.3

Ciues dici proinde Rom.tantum, aliarum uero ciuitatum, quæ fuerint etiã amplißimæ, oppidanos urbis illius appellari ſolitos & municipes notat § Liui.pluribi.& ut infra.Plin.lib.3.capit. 5. de Italia. § Ius etiam ciuilitatis uſurpans capite puniebatur, edicto Claudij Imperato, Suet. § in eo.cap. Equeſtris, Tul.in 3.offi. in med.ubi de fortitud. Plin. lib.10.epiſt. 31. Sempronius, &c. § Patauium tantam ciuitatem dicit municipium § Plin.epiſto.14.lib. 1. Petiſ. &c. § Mediolanum quinetiam. § Tacit.lib.17.car.49.in prin.not.Gell.lib.16.cap.13.c. 228.§ Et de Carthagine in Hiſpania oppugnata. § Liui.lib.26. car. penult. a ter. § Oppidanorũ duo mil.Perpenna triumpho de hoſtibus acto ut cõſu.Quia non ciuis.lege papia accuſatus, damnatus, urbe eiectus, ad ſuos lares refugere coactus. § Valer. cap.qui humili loco.car.60. a tergo. § Nam eſſe pro ciue qui ciuis non ſit rectum eſt non licere. § Tul. lib.3. de legi.car.4.a terg. § De capite ciuis niſi per maximũ comitiarum, &c. prærogatiuam enim habebant ciues ipſi, quod indemnatus nemo occidi poterat uel cedi, niſi per Dictatorem § ut infra.in eo, num. 25. § Ciuium ipſorum plura erant priuilegia, § ut ex Valer.cap.de animi moderat.in prin.de public. Valer. qui legem tulit.§ Nequis magiſtratus ciuẽ Rom.aduerſus prouocationem uerberare aut necare uellet, &c.non ipſe etiam dictator, niſi ex cauſa, ut fuit in Spu.Melio. § Liui.lib.2.car.4. a terg.in prin. § Ne quis ciuem rom.uinctum aut clauſum teneret, &c. § & lib.10.car.2. ante. in med. in diſtributione magiſtratuum. § Portia tamen lex ſola pro tergo ciuium lata uidetur, &c. § Tul.in primo, de legi.car.antepenul.in prin.Blond.ubi ſupra.car.101. ante.Budæ. in pande.1.car.113.in prin.§ Cremonenſes tamen & Placentini ciues appellati, quia coloni rom. § Liui.lib.28.car.3.a ter.in prin.car.5. ante de Illiturgis popu.de Cizico urbe.Plin.lib.pen.cap. 15. in princ.§ Eodem in oppido eſt lapis fugitiuus, &c. de Athenis Plau.in Perſa. § capit.ſtatim Athenæ.car.263. a ter. § Satricum expugnarunt urbem concremaruntque oppidum præter arcem captum, in arcem oppidani refugere, &c. § Liui.lib.6.car.antepenult. a terg.in prin. § Oppugnatum oppidum captumque, in ijs tribus urbibus cæſa captaque, &c. § libr.10.in fi. de Faliſcis. § In oppugnatione Orongis ciuitates Hiſpan. per Scipionem. § lib.28.in princ.car.1.in fi. § Patefacta repente porta frequẽtes ex oppido ſeſe eiecerunt ſcuta præ ſe tenentes, & c. & in oppugnatione Aſtapanorum. § libr. eodem. in medio. § Claudendos oppidanis exitus, &c. de Enna clara Siciliæ urbe. § lib.24.car.pen. Ita & Tul. lib.2.ad Atticum Epiſt.1.car.43. de Athenis ipſis.

Patauij monumentum naualis pugnæ, &c. quotannis ſolenni certamine nauium in flumen oppidi medio exercebatur, tunc Naumachia,

nunc

nunc pradalaualle, prope templum uetus Iunonis, nunc Be. Iustinæ, hodie instauratum, ad instar & amplitudinem Asiatici templi Ephesiæ olim Dianæ, ad hucusque (anno. 1560.) semiconfectum, § Liui.li. 10.in princi. eius,& infra, § Millia quatuordecim aberant ab oppido, &c. Sed ipsi passim ad cædem oppidanorum uersi, &c. Ita sentit Blon. §lib.de Ital.Illust.car.188.§ ubi a Patauio, §lib.26.car.ulti.§ ante in expugnatione nouæ Carthag.Idem ex Plut.in Scip.ipso.car.2. ante in med.de ipsa Carthag.& de Patauio municipio. § Plin. Episto. 14. libro primo, nu. 20. & infra in uer.milites.§ Oppidani & externi præsidij milites,&c. §lib.28.car.antepenulti.in princ.§ Ex eodem Liuio de Carthag.mag. §& lib.25.car.4.ante in fin.§ de Gracchi cons. interitu, Consules agrum Campanum ingressi, cum passim popularentur, eruptione oppidanorum & Magonis cum equitatu &c. oppidani urbem habebant uictoribus prȩmium.de Locris popu. §lib. 9.car.2. a ter.in prin.lib.28.car.1.& secunda, de Orongi urbe.lib.21.in princi. car.1.in fin.§ in oppugnatione Saguntinorum, oppidani ad omnia tuenda obeundaq;,&c. Carthorum urbes ui captæ per Annibalem Arbacala uirtute & multitudine oppidanorum diu defensa, &c. Curt. de Babilonia, ubi defunctus Alexander Mag. §libr. 10. car. antepenulti. Cæs.lib.1.Gall.car.2.a ter.& car.25.§ ubi de Vesontio, §libr.2.car.2. & car.5.§ Oppidani cum ipsos alimenta deficerent, &c. Oppidum & urbem idem esse notat Arria. §lib.2.car.63.§ de Ancialo urbe oppido etiam appellato, peregrini sanguinis ac seruilis incorruptum seruare populum,&c. Ciuitatem Rom. parcissime dedit Augustus not.Sueton.in eo.cap.Comitijs,&c. Ciuitatem Rom.dare poterant Imperatores exercitus,not. Cicero, de quo Budæ. §lib.3.de asse.car. 273. Cęs. lib.Africo.car.2.a ter.§ uel Oppius de Lepti quam ciuitatem dicit & oppidum.& car.7.lib.eodem de Cirta oppido, regia tamen ciuitate.

4 Hastatos pugnam ab equitibus initam primum intrare solitos, signo prælij proposito per Imperatorem cum Tunica rubra. § Plut.in Fabij uita,car.pen.in prin.In Pompeio car.penul.ante in prin. In Bruto.car.penul.in prin.Liui.lib.8.car.2.in fin.libro.7.car.5.in princip. § hastati omnium primi pugnam inibant.in prælio contra Gallos ab hastatis principibusque prælium initum. § lib.30.car.antepenul.in fin. in prælio inter Scip.& Annib. § Instruit deinde primos hastatos, deinde Principes,&c. §lib.37.car.6.a ter. in med. § de prælio aduersus Antiochum regem,Cornua Latini tenuerunt,hastatorum prima signa, deinde Principum erant; spatio inter se distantes ad commilitones in prælio recipiendos,dicit Liuius in dicto prælio in Antiochum regem, ex quo Elephanti hostium accepti, nihil ordines turbarent, Masinissam,

ſam, Numidasq; ab dextero oppoſuit, uias patentes inter manipulos anteſignanorum Velitibus compleuit, ea tunc leuis armatura erat &c.
5 Triarij urgente prælio per haſtatos, & Principes inito cum eorum ſcutis, haſtas in terram fixas dextero genu poſito tenebant, donec recentes ipſi prælium renouarent, & ſimul omnes. § Liui. ubi ſupra. lib. 8. car. 2. in fin. car. ſequen. ante in medio, de Rorarijs etiam, libr. 30. in prælio in Annibalem car. antepenulti. in fin. Apia. in parth. car. 321. Liui. etiam lib. 1. in formandis claſsibus in exercitu, per Tul. regem, cætera, infra num. 13. § pedites eorum magna pars ſuperioribus locis foſſa conſederat. § Saluſt. in Iug. de Metello conſ. car. 95. De Gallis etiam ſedere in acie ſolitis, Cæſ. lib. 8. car. 6. ante Dion. libr. 49. car. 8. fin. § In formanda teſtudine in hoſtes, genua in terram ſiniſtra ponebant. § Apia. in Parth. bello car. antepenul. § Ipſi in genua deflexi clypeos ante ſe tenuere. § Plut. in m. a terg. in Parthos etiam car. 6. a ter. in princ. 301. Ioui. libro. 43. in fin. cart. 6. fin. de prælio in Turcas. § Ab ijs Ianizeri tegebantur, qui dextro genu ſupplicato ſclopetis longioribus rem gerebant &c. § & lib. 41. in med. eius. § Legiones toto campo pronis pectoribus procumbere iubet. § & in prælio ad Rauennam. Guiza. li. 10. car. 52. § & equitatum cui præerat Longaualles, &c.

Socios Latini nominis totidem cum legionibus eſſe bisq; totidem quandoque. § Liui. lib. 3. car. 4. a ter. in med. ubi & ſupra. lib. 10. car. 3. a terg. de Egnatio Gelio. § Hernici ac Latini, ut ſupra. h. iuſsi milites dare nomina ex fœdere, duæq; partes ſociorum in exercitu, tertia ciuium fuit, &c. Sempronio datæ legiones duæ, ea quaterna mill. erant peditum & 300. equites, & ſociorum. 16. mill. pedit. equites. 1800. § lib. 21. car. 3. in princ. in Annibalem lib. 22. in med. de prælio ad Cannas. c. 99. a terg. § duplicem numerum equitum darent, pedites æquarent. § libr. 24. car. ulti. ante. § Scribi præterea duæ legiones urbanæ iuſſæ, & uiginti mill. ſociorum. § libr. 34. cart. ulti. in princi. de liguſt. bello, § duas legiones urbanas ſcripturum; Item Socijs, ac Latino nomini magiſtratibus edixit, in Capitolio ſe adirent, ex ijs quindecim mill. peditum, & 700. equites deſcripſit. § lib. ſeq. 35. car. 3. ante. § duceret legiones nouas, & ſocium ac nominis Latini mill. 20. equites. 800. Alteri conſ. duæ legiones decretæ &c. § & inferius. car. penulti. eiuſdem lib. § Imperatum præterea L. Quintio conſuli eſt, ut duas legiones ciuium Rom. nouas ſcriberet, & ſocium ac Latini nominis. 20. mill. pedit. & 800. equites. § lib. 36. in princi. eius. Ita ut &c. libr. 38. in med. car. 213. de Meſſalla conſ. in Ligures lib. 42. in med. car. 428. Tacitus. lib. 1. ad fin. car. 22. § Cæcinnæ tradit totidem legiones, duplicē ſociorum numerum ipſe ducit, ita ut in ijs duæ partes ſociorum Latini

nominis,

nominis, tertia ciuium Rom.esset. §lib.37.in princi.eius, lib.40.car. 4.in prin.& in fin.ipsius car.ubi de prodigijs & magistrat.§ Exercitus cum decreti, quattuor legiones consulibus,& 15. mil. Sociorum ac La ti.nominis.800.equites. Alterum tantum ex Latino delectu adijciebatur. §lib.8.car.3.in princi.ubi supra. Apia.in Sirio.car.285.ante.

6 Velites quia leuis armatura,in oppugnatione Capuæ instituti per Romanos in subsidium equitum minus tunc in acie ualentium, pedites erant expeditæ staturæ & ualoris, cum parmis, iaculisq; septennis pedum.4.& ut in uer.spiculum. super equorum tergoribus in itinere tantum, & quandoque comportati,&c. §Liui.lib.26.in prin.eius, lib. 28.in prælio inter Scip.& Annibalem.§ Cornua ancipiti prælio urgebantur,eques leuisq; armatura, & uelites circumductis,&cę.velites in usu præsidiarij etiam equitum,not. & Xenoph. §libr.7.in med.c.122. in prin. Ioui.etiam li.12.in prin.car.212.§ Cardonius accelerandi itineris causa singulos iussit equites ut peditem adueherent, piscario autem,præcipit,&c. §& lib.13.in med.car.233.a terg. de Constantino cum Polonis.§ pedites equitibus plurimum prosunt,& econtra. §Cęs. lib.5.Gall.car.ultim.in fin. § de Induciomaro duce tunc interfecto. Summisit cohortes equitibus subsidio,&c. Demetrius rex a persequendo hoste reuersus, peditum agmen, quos ipse suis equitibus tutabatur, ab hostibus circumuentum inuenit,nec iuuare illos potuit. Interea qui prope Seleuciam erant cernentes phalangem nudatam præsidio equitum,&c. §Plut.in Demetrij uita.car.6.a ter.§ Cęterum quoniam nec tormenta, nec pedites in subsidium equitatus adduxerant urgente Cæsare,&c. §Ioui.li.11.in med.car.279.§ in prælio inter Maximil. Cæs. & Henricum regem, quo Gallos fuderunt duce Piene, habebat Constantinus duo mill.Polonorum equitum grauis armaturę.ad duodecim mill. Lithuanorum,qui hippotoxotæ erant ferme omnes, uel equites sagittarij,præterea peditum tria mill.in quorum uirtute eius diei uictoriā constare admonuit. § lib.13.in med.car.233.in fin.& ibidem.car. 247.in fi.§ Apparebatq; hastatum peditem phalange facta,insultante equitatu nec cessurum loco, neque indignum uictoria commissurum. §car.245.ibidem.§ Ex aduerso Techellis cui robur totum erat in pedite,adhortari suos,&c. §lib.14.in med.car.283.in prin.§ Nam ij sicuti equitatu mirifico maxime pollent. Ita nullum omnino certum ex conscripto inueteratoq; pedite robur instituunt,qua parte uirium ætate nostra Turcæ memorabiles sæpe uictorias consecuti, & nunquam uicti grauissima bella confecerunt. §& lib.17.car.pen.in prin.§ quibus ex Selymiana phalange & uirtutis & uelocitatis eximiæ. 500. pedites sclopetarios admiscuerat,ut ab omni pugnæ loco,&c. §lib.30.in med. car.241.

car.241.§ ad Viennam præsidio refertam, tres peditum hastatorum quadratæ phalanges latis inter se distinctæ spatijs, pari & ęquata fronte contra hostes sic locabantur, ut ipsis medijs interuallis equitatus omnis bipartitus reciperetur, &c. §lib.32.c.8.487.ante.§ Lantgrauiani signa promouent, prælium equestre committitur, admiscentur utrinque expediti pedites,&c. §lib.42.c.6.a tergo.uel 400.lib.35.car.4.fin.ante.§ Turcæ repentina eruptione nostros inuaserunt. Sed posteaquam noua manus peditum & equitum subsidio suis aduenit, nostri pedites primo, mox & equites perturbati dissipatiq; Ianizerorum uim ferre nequiuerunt,&c. § Xenoph.libr.7.in med.car.122.§ equites ac uelites à cornibus fiebant,&c. Elephanti etiam tumultuoso genere pugnæ equitum, Velitum ac leuis armaturæ consternati,&c. §li. eodem ante prælium ipsum ultimum in Annibalem.§ Velites subsidio misit, à quibus ubi per procursatores,&c. §lib.30.car.antepe.in fin.§ Masinissam,Numidasq; inter manipulos antesignanorum Velitibus,ea tunc leuis armatura erat, ut supra,car. præced. §lib.31.car.5.a terg.in med.§ Velites & equitum duæ formæ alæ emissæ, ut numero eques pedesq; hostem ęquarent; & in prælio in Gallos. §lib.38.car.4.ante.§ Et cum cominus uenerant gladijs a Velitibus trucidabantur, hic miles tripedalem parmā habet,& in dextra hastas, quibus eminus utitur; gladio hispaniensi est cinctus, &c. § Apia. in Lybico car.247. ubi de Scipionis exercitu in Sirio.in med.ubi de pugna.Plu.in Crasi uita. ca. 5.ante in med.§ erant autem peditum legiones septē,equitumq; quattuor mill.ac totidem uelites,&c. § Dion lib.41.car.112.ante.§ Idem obseruant & Germani, ut de Ariouisto eorum rege.Cæs. §lib.primo Gall.car.ulti.§ Equitum mill.erant sex,totidem numero pedites uelocissimi,ac fortissimi. Quos ex omni copia singuli singulos suæ salutis causa delegerant, &c. §libr.3.ciui.in med. de ipso pharsal.prælio. car.372.§ Quoniam numero multis partibus esset inferior Cæsar,adolescentes atque expeditos ex antesignanis electos milites ad pernicitatem armis inter equites pręliari iuberet, qui quotidiana consuetudine usum quoque eius generis præliorum perciperent,&c.Idem & per Turcas de Numidis. §Ioui.lib.40.in fin.§ qui pedites e iuuentute deligun tur seminudi, promissa cæsarie, nihil præter iacula gestantes equitib. se permiscent,atque ita mutuo confisi præsidio,rem gerunt,tantaq; pedum uelocitate congressus nostrorum deuitant,&c. Septena iacula intorquent.

7 Leuis armaturæ milites (uelitibus quàm simillimi, ad prælia socij) pedites erant etiam, & semiarmati tantum,ex quo legiones incedebant graues armis (ut infra, nume.13.) Non equites ut plerique omnes ad hucusq;

hucuſque hallucinati ſunt inaduertentes, & etiam Volaterranus ubi de magiſtratibus, & poſteriores quique. Nullibi enim habetur in militia Rom. (niſi per errorem alicubi forte, ex traductione perperam facta, equites leuis armaturæ, (ut ſupra eſt expoſitum) nec cataphracti, in ædito nuper certo uolumine multum egregie picti apparent funditores, ſagittarij, & ſimiles equo inſidentes, quod eſt ridiculum, quoniam nullis authoritatibus innixus eſt author ille, quia in prælijs quibuſque apparent fuiſſe pedites, uel Cretenſes, uel Numidæ, aut agriani leuis armaturæ, ut infra. Extra legiones de ipſiſmet lecti erant aliquanti ætate, robore, uigore, diſpoſitione præſtãtiores, ex quaque cohorte. Item uelocitate & uiribus adeo quòd erant uarij generis pedites. Vnius tantum generis legionarij equites, non ut pridem ſeculo præcedenti grauis & leuis armat. minimi effectus in prę lijs, ſed erant equites ipſi, ut hodie inſtitutum in leuiori armatura uidemus. § Arria. libr. 1. in med. de prælio primo ad flu. granicum. car. 30. § A peditibus leuis armat. qui equitibus immixti pugnabant, &c. § lib. 3. car. 133. de 3. prælio in Darium regem. § Quo audito Alex. ex peditatu fortioribus ac uelocioribus delectis non expectato cæno, &c. § libr. 6. car. 264. § Velociſsimos quoſque ex leuiter armatis procul a flumine in terram mittit, qui Indos ceperunt quoſdam, Subſidiariæ cohortes huiuſmodi plurimum contulerunt ad uictoriam, de prælio per Anglos in regem Scotorum, & uictoria. § Ioui. lib. 11. in fi. car. 7. fin. § quod ubi animaduertit circumductis continuo tribus cohortibus ſubſidiarijs in aperta hoſtium latera tantum terrorem intulit, &c. § lib. 17. car. penulti. in princip. de prælio inter Turcas & Sultanum Imperatorem. § Quibus ex Selymiana phalange, & uirtutis & uelocitatis eximiæ quingentos, &c. ut car. pręced. § Tacitus lib. de Germ. car. 1. a ter. § mixti pedites cum equitibus præliantur, apta ad equeſtrem pugnam uelocitate peditum, quos ex omni iuuentute delectos ante aciem locant, &c. § Florus in bello inter Cæſa. & Pompe. in Epitho. in med. § Germanorum cohortes tantum in effuſos equites fecere impetũ, ut illi eſſe pedites, hi uenire in equis uiderentur, hanc ſtragem fugientis equitatus leuis armatura comitata eſt &c. § Saluſt. in Mario ad capſam oppugnandam, § repente omnem equitatum, & cum his uelociſsimos pedites curſu tendere ad capſam. § Aemil. in Theodor. 1. rege. 15. car. 52. ante. § equites cum uelociſsimis peditibus, &c. Dion. § lib. 41. car. pen. in prælio ipſo pharſ. § cum equitibus prælium in hoſtem ciebant (ut ſupra, in uelites. car. præced.) ſibi inuicem præſidium ferentes in acie. § Liui. li. 21. § prælio expedito ad Trebiam flu. Emporium prope Placentiam, &c. cum equitibus ac leui armatura. § li. 22. in prælio ad Tranſim. lacum ad Cortonam. car. 2.

car.2.ante.§ baleares (ij pedites fundibularij erant) cæteramq; leuem armaturã post montes circunducit, equites ad ipsas fauces saltus locat. §& car.seq.ibid.§ equitũ leuisq; armaturæ statio cõposita instructaq; in subitos tumultus. § & car.etiam sequen.in fi. § principio leuem armaturam dimittit, deinde conserto agmine mittit equites, postremo cum omnibus subsidia quoq; itura mitti iubet, instructisq; legionibus procedit. § Plut.in Annibal.uita car.3.a ter.in fin.§ sub quibusdam tu mulis equitatum locat, post montes leuem armat.considere iubet, ipse cum reliquis copijs,&c. §in prælio ad Transime.& ad Cannas.car.seq.§ primum a leui armatura, deinde ab equitibus concursum est, & quia exiguum,&c. pulso tamen equitatu Rom. pedestris acies prælium excepit,&c. §car.161.supra in prin.Liui.lib.28.car.4.in prin. in prælio aduersus Asdrub.& Hispanos per Scipionem,&c.§ uix dum satis certa luce equitatum omnem cum leui armatura in stationes punicas immisit. Ipse confestim cum graui agmine legionum procedit. & infra. Cornua ancipiti prælio urgebantur, eques leuisq; armatura & uelites, &c. Nero primum cum omni equitatu aduenit L.Portius deinde assecutus cum leui armatura,&c. §li.27.car.pen.in fi. & li.31.car. antepe. in fi.eius. de prælio in Macedonas. Tacit.item li.2.in med. & car.4. in fin.car.3.in prin.§ Igitur legio media leues cohortes duæq; Alæ in cor nibus locantur,&c. §lib.3.car.7.§ de Tacfarinate duce per Aproniũ qui cum equite & cohortibus auxiliarijs, quis uelocissimos legionum addiderat.&c. Alexander Mag.in Darium duxit regem pedites.30.mil. & cum his leuiter armatos ac sagittarios, equitum uero quinque mill. §Arria.lib.1.car.30. Curt.lib.3.car.10.in fin.§ & in prælio in Darium ipsum, multaq; a peditibus leuis armaturæ, qui equitibus immixti pugnabant. §lib.2.car.8.§ in prælio etiam in Darium, qui in armis etiã habebat.20.mill.leuis armaturæ.pedites,&c. & de sequenti prælio. §ex eodem Arria.li.3.car.5.§ deinde Alexander assumptis leuis armaturę militibus, & equitatu amicorum. §car.113.de libr.3.§ in fuga Darij Alexan.equitibus antecursoribus, ac ex peditatu fortioribus ac velocio ribus delectis,&c. § lib.4.car.4.a ter. Liui.lib.10.car.1.a ter.in med. § ęquites quoque peditibus admixti breui in spatio pugnam iniere,&cæ. & in prælio pharsal. § lib.2.car.70.ante. Apia.& in Lybico de prælio inter Scip. & Annib.§ Singulis autem equitibus minister additus qui te la plura deferret,&c. & in prælio in Anthiocum regem. lib. Sirio, At Macedon. phalanx, utpote cum equitibus in arcto constituta & quadrangula ipsis à se dimotis utraq; ex parte leuis armaturæ milites, &c. Domitius autem plurimis equitibus ac Velitibus,&c. § Liui.li.30.car. antepenult.a ter.in d.prælio inter Scipionem,& Annibalem. libr.42.in

prælio aduersus Perseum regem. § Masinissam, Numidasq; ab dextero opposuit, uias patentes inter manipulos antesignanorum Velites, &c. ut supra. Leues autem qui hastas tantum gessaq; gererent uocabantur. § & lib. 31. car. penulti. a ter. in med. de prælio in Phil. regem. § Itaque turmatim equites inuicemq; manipulos leuis armat. aquatum ire & prandere iubet, &c. § & infra ibidem. § Interim eques cum leui armatura paratus instructusq; stetit. § Plut. in Lucul. uita, in med. car. 184. in fin. § Sestilium legatum cum. 1600. equitibus, totidem ferme peditibus, ac leuis armaturæ militibus in hostem mittit; § & in M. Anto. car. 6. ante § Fuluius Gallus petijt ab Anto. leuis armaturæ milites, & plerosque ex equitibus, quos in fronte habebat, &c. § Cæs. lib. 2. bel. Gal. car. 4. ante. § Cæsar certior factus a Titurio legato omnem equitatum & leuis armaturæ Numidas funditores, sagittariosq; pontem traduxit, atque ad eos contendit. § & inferius. car. 3. fi. § eodem tempore equites nostri leuisq; armaturæ pedites qui cum his unà fuerant, &c. § lib. 7. car. 6. ante. § Vercingentorigem consumpto pabulo castra mouisse propius Auaricum urbem, atque ipse cum equitatu, expeditisq; qui inter equites præliari consuescent, &c. ut supra. § & lib. 7. in fin. ipsius. cap. 9. fin. ante. § Trans Rhenum in Germaniam mittit ad eas ciuitates quas superiorib. annis pacauerat, equitesq; ab his accepit, & leuis armat. pedites, qui inter eos præliari consueuerunt, &c. § & inferius ad fi. libri. § Galli inter equites raros sagittarios expeditosq; leuis armaturæ qui suis cedentibus auxilio succurrerent, &c. § lib. 8. car. 7. ante. § paulatim ex siluis instructa multitudo procedit peditumq; nostros cogit cedere equites quibus celeriter subueniunt leuis armaturæ pedites, quos ante legiones missos docui. § & car. 9. ibi a tergo. § Sed cum in experiendo periculum nullum uideret equitatum omnem, Germanosque pedites summæ uelocitatis homines ad castra hostium præmittit, &c. § li. 3. ciui. in med. car. 372. a ter. § Quoniam numero multis partibus esset inferior, &c. ut supra, in Velit. num. præced. § & lib. 5. belli Afric. car. 4. in prin. § Labienus & duo Pacidij aciem dirigunt mirabili longitudine, non peditum sed equitum cõfertam, & inter eos leuis armaturæ Numidas, & sagittarios pedites interposuerant, § & in med. li. car. 460. § Cæsar postquam legionibus ueteranis duabus equitatu leuiq; armatura copias suas, &c. § & infra ibidem. car. 474. § præsidio his equitibus legionem quintam præmiserat, leuemq; armaturã inter equites interposuerat, &c. § & inferius ibidem. car. 481. § quonam modo sustinere se posset ab eorum equitatu leuiq; armatura quæ erat mirifica. § & lib. eodem Africo in fin. car. 5. fin. in prin. § Leui armatura inter equites interiecta ipse Cęsar inter milites concursans, &c.

§ Dion

§ Dion.lib. 41. de eodem prælio car. 112. ante. § si legiones quoque accesſiſſent, & cæ. § Et in bello Hiſpan. car. 5. ante. § Fere apud exercitus hæc eſt equeſtris prælij conſuetudo, cum eques ad dimicandum dimiſſo equo cum pedite progreditur nequaquam par habetur, cum pedites ex leui armatura lecti ad pugnam equitibus noſtris nec opinantibus ueniſſent. § de eodem prælio Pharſal. Apia.libr.2.in med. car.69. 70.§ Cæſar audaciores ex omnibus uſque ad trium millia numerum in ſubſidijs locat.& infra. Equites quoque peditibus admixti breui in ſpatio pugnam iniere, § Polyb.lib.1.car. 23. ante. § Expeditiſſ. quenque militem inter Alas equitum ab utroque cornu pugnare iubet, &c. § & car.27. ante. § Quoſdam ex ijs qui maxime leues, atque expediti erant pro mænibus ſupra foſſam conſtituit. § & ibidem.car.44.a terg. § Prima frõte Elephantos habens, deinde equites ac leuis armaturæ milites, poſtremo legionarios,&c. § lib.3.in med. car. 108. a tergo. § Vt non ſolum equitibus impedimento atque Elephantis, uerum etiam ipſis leuis armaturæ peditibus inuium inacceſſumque ſit. § & infra. ibidem. § Eam tunc occaſionem nactus magnam partem equitatus ſui mille peditum, iaculatoribus admixtis trans Trebiam mittit,& cæ. § & car.ſeq. § Locatis ante ſigna balearibus ac leuis armaturæ militibus, &c. Iam uero appropinquatis inuicem exercitibus, leuis armaturæ milites intrant prælium,&c. § & inferius car. 135. § Principio leuis armaturę milites dimittit, deinde equites mittit, poſtremo ipſe cum grauiore armatura ſequitur,&c. § Ioui.lib.17.car.penul.in princi.ubi ſupra.de Velitibus . § Et per Lantgrauium. § libr. 32. in med. car. 487. § prælium equeſtre committitur, admiſcentur utrinque expediti pedites,&c. § Curt.libr. 5.car. 55. ante. § ad Perſepolim ipſe Alex. cum mille equitibus, peditumque expedita manu regionem petijt,&c. § lib.6.car.71. in princ. § Satribarzanem perſequens hoſtem , leuem armaturam & equeſtres copias educit,&c. § lib.8.car. 137. ante. § Poſt ſe cratero cum phalange iuſſo ſequi equitatum ac leuem armaturam eduxit , &c. § Arria. etiam lib.2.in med.de Pinaro flum.lib.3.car.3.in fi. § Darius acies dirigens, &c.& Leuis armaturæ pedites.20.millia. § lib.4.car.penul. § delectis ex reliquo peditatu armatis milit.200.&c. § Tacit.lib. de German.car. 1. a tergo. § Talem pugnandi formã cum ipſa leui armatura per Meſſenios aduerſus Lacedæmones not.Pauſan. § lib.4.car.151. libr.ult.in med.car.407.in med. §

8 Equites qui Troſſules dicebantur priſco nomine Celeres & Clauatores. § Plaut.in mercat.car.220.cap. Diuum. in prin. § Lorica erant armati,& galea, lancea uel haſta. § Plin.lib.33.cap. 2. § Cornua tenebant in acie, quæ Alæ dicebantur. § Gel.lib. 16. cap.4. § Vt de acie in

ſtructa ad prælium Cannenſe ex Liuio. § lib. 22. in med. cap. 99. in fin. lib. 10. car. 1. a ter. in med. Variatum certamen, &c. ut & car. ult. eius. in prin. per Papirium conſ. in Samnites, & li. 29. car. 1. in fi. in Hiſpanos & de Scipio. & Aſdrub. in Hiſpan. lib. 28. car. 4. in princ. § Scipio patefactis ordinibus equitatum omnemque leuem armaturam in medium acceptam, &c. § Saluſt. in Iugurt. cap. poſt Auli fædus. § Equitatum omnem in cornibus locat, & cæ. Armati flumen tranabant, ut de Baſtais ad Danubium refert § Dion. in Adriano Imp. car. 16. § Alexander in Darium cornua firmauit ſecundo prælio, de quo Curt. § libr. 3. car. 10. in fi. lib. 4. car. 38. in fi. § Non recta fronte, ſed a latere poſitis, ne circunueniri a multitudine poſſet. Aquarum multitudo ubi minima peditum pectora equitum capita æquabat traducto exercitu, &c. § Arria. lib. 5. car. 215. 221. Liui. lib. 21. car. 1. a ter. § Annibal agmine quadrato amnem ingreſſus fugam fecit. Ciuilis dux telis petitus relicto equo tranſnatauit Rhenum. § Tacit. lib. ult. 21. car. ultima. §

Tranſuehebantur equites certo die per ludricrum bis in anno ad Capitolium Trabeati. § Plin. lib. 15. cap. 4. lib. etiã de uiris Illuſt. nu. 32. in Fabio. Vale. cap. de Cenſor. nota car. 48. in fi. & cap. de inſtitu. anti. car. 4. in fi. Liui. lib. 9. in fin. Plut. in apophtheg. car. 150. § In Pompeio, in Capitolio idibus Quintilibus, equites Auguſtanos inſtituit Nero Imp. not. Tacit. § lib. 14. car. 3. § Hormo dignitas eſt equeſtris. § Tacitus etiam. lib. 20. in med. car. 6.

Senatores ex rom. equitibus creauit, & cæ. Ita ut & ſpectare Ludos e. 14. ordinib. non auderent, &c. § Suet. in Iul. dictat. cap. prætor. car. 9. § Quoaduſque manus equitum rom. iam ſtrictos gladios, &c. § In Aug. Imperat. cap. nec parcior, &c. & cap. comitijs. car. 81. § Iuuenes equeſtres trabeatoſque equites diuerſitatem continere animaduertendum ex relatis a Valer. § ubi ſupra. de inſtit. anti. car. 33. in fin. § Trecentos in quaque legione deputatos tantũ notauimus ſupra. § nu. 1. de milit. num. Arria. lib. 1. car. 21. ubi de Athenienſ. per Alexandum Mag. & car. 30. § Multaque a peditibus leuis armaturę quam equitibus immixti pugnabant, &c. 33. ibidem.

9 Deſiliebant ex equis ad conſequendam uictoriam dubio certamine quandoque ut pedites pugnaturi iubente Imperatore. § Liui. in prælio ad Regillum lacum. lib. 2. car. 3. in fi. § per Horatium conſ. § libr. 3. car. pen. ante. in fi. § per Tempanium Centurionem. § lib. 4. in medio, car. 6. a ter. in prin. § per Camillum in Volſcos. § lib. 6. car. 2. a tergo, car. 5. ante. § contra Hernicos. § lib. 7. car. 2. a ter. in princi. § Ad uerruginem in Volſcos, ubi pedites centuriarunt ſeſe deſilientes. § Valer. cap. de fortit. in Sempron. conſulem. § In Samnites, quibus oculi roman.

ma.militum ardere uisi, Valer.cons.ad Satriculam § lib. 7. car.antepenul.a ter.in med.§ In Samnites etiam per Fabium dictatorem. § lib.9. car.5.ante.in fi.Iterum,ubi supra.car.sequen.in fi. § Ad Vadimonis lacum Papirio tunc dictat. § lib.9.car.pen.ante.in fin. § Numidæ prælio ad Cannas in rom.specie transfugarum. § lib.22.car. antepenul.ante.§ Aduersus Hispanos. § lib.29.in prin. car.2.in prin.§ In clade ēt Hispanis illata per prætores. § li.29.car.5.in prin.§ In prælio aduersus Philippum regem Maced.equo lapsum & prælio superatum. § lib. 31. car.antepen.a ter. in med. § Scipio ut alij secum equites in acie descenderunt in Annibalem. § li.40.in fi. In Celtiberos. Apia.in lybico.in medio,car. 248. in fi.§ Sylla in Mithridatem regem, de quo Apian. § in eo.car.341.§ Cum milites excitare non posset equo desiliuit, arreptaque aquila cum Scutiferis constitit,uoce intonans,&c. Cæs. acie confertiss.reiecto equitatu suo per Heluetios phalange facta, primum suo,deinde omnium è conspectu remotis equis ut spem fugæ tolleret, cohortatus milites prælium commisit & phalangem perfregit. § Cæs. libr.1. in med.car.8.a ter.Suet.in eo.cap.præsentia.car.37.§ Si hostes resistāt pars relictis equis peditibus immixti rem gerunt. § Apian.lib. 1.car.6. a ter.§ Carmignola etiam in eosdem Heluetios seculis superioribus irrumpere non ualens equitibus cathaphractis desilire iusis aggressos clauis irrumpens fudit & disipauit. § Blon.lib.21.car.4.Machiau.libr.2. discurs.cap.18.in fi.Ioui.lib.4.histor.cap.7.in prin. § De Camillo Vitell.qui cathaphractos suos descendere iussit,& cum ijs pedes in fluminis alueum singulari promptitudine se coniecit,&c. § & infra ibidem.§ Camillus cum lenta ac segnis pugna a Vasconibus iniretur, multis secū desilire iusis, audacius muro succesisset,&c. § & libr. 11. car. 5.fin.§ Tramulius cathaphractos pedibus pugnare iusis in prima acie statuerat,&c. § lib.42. car. 3. a tergo. § Vitellius ut si hostium incursus tumultum excitaret, duo millia equitū dimisis equis pedestri ordine cohortibus opem ferrent,&c. § & infra.ibid. § Vrgeri pedites & equites ad ęquandum pari uirtute bellicum decus dimisis equis pedibus pugnare minime recusarunt,&c. § Et ad Brixiā.Guizar.lib.10.car.40.a ter.§

Cæs.è contrario pedites decimæ legionis in equos posuit, sic requirente casu. § Cæs.ipse.lib.1.Gal. car. 29. § In congressu cum Ariouisto,& per Alex.Mag. § not.Arria.lib.4.car.186.§ Seminarium habebatur senatorum. § Plin.li.33.cap.2.& car.præced.a ter. § M. Cicero tandem stabiliuit equestre nomen,quod adijciebatur alijs titulis. § Lamprid.in Alex.Seue.Imp.car.7.in fi.

Equestris Ordinis miles honoris gratia institui solitus, & decorari a rege uel Imperatore, ipsumque regem quandoque in prælio ( re uirili-

ter gesta) per Duces creari constat, ut de Franc. primo Franc. rege in Heluetios uictore in prælio ad Melegnanum de quo Ioui. § libr. 15. histor. car. 5. fin. § Horis cum pugnasset uiginti continuis, Rex ipse eximij bellatoris laudem adeptus consensu procerum equestri honore dignus habitus. § lib. 1. car. 3. fin. § De prælio ad Tarum flum. Carolus octauus Franc. rex insignes aliquot ex suis ob insignem uirtutem equestri dignitate donauit, quattuor millia equitum baltheo (uirtutis causa) donatorum sub Franc. merebant, & cæ. § Aemil. in Philip. 6. rege. 47. car. 386. a tergo. §

Equitem pro equo & ècōtra notat Gel. § li. 18. c. 5. a ter. Macr. li. 6. c. ult. § Ensem portabat Plautianus, de quo Herodia. in Seuero Imp. lib. 3. Supremę dignitatis insigne, Paulus pontif. gladium de more solennibus cerimonijs consecratum dono misit ipsi Auriæ principi, &c. § Ioui. lib. 34. car. 4. in fi. § Iac. Scotorum regi, filiam dedit uxorem Franciscus rex, de quo supra, cui propterea natalitia nocte sacratum ensem dono misit Clemens sept. pontif.

Vt senatores pedibus in sententiam euntes pedarij dicti, not. Gell. § lib. 3. cap. penul. § Ita equites pedarios nondum maioribus honoribus functos nominat M. Varro, ut & ætatis nostræ equites dici possunt plerique omnes Abusiui umbratiles Ambitiosi tantum nullius nunc usus uel actionis, Capitol. in Gordi. Imperat. § car. 4. a ter. § Carthaginem uentum est cum pompa regali, &c. gladij potestate succinctus est, de Asiatico. Tacitus. § lib. 17. in med. car. 55. § Postulante exercitu libertum suum Asiaticum equestri dignitate donaret, inhonestā donationem compescuit. Erant & equites & iudices in aureo annulo, not. Plin. de quo Budæ. in pand. § lib. 1. car. 70. 72. Plinius etiam Epistol. 19. lib. 1. § Municeps meus ad implendas equestres facultates, &c. Aureorum annulorum iure donare est hodie quod equitem facere, dicit Budæ. ubi supra. Sueto. in Vitell. Imp. cap. talibus, &c. Cuius est officiū non nobilitatem præseferre, non diuitias, sed in actionibus moderatū, liberalem, sobrium, honestum. Aduersarios humanitate & animositate superare. § Gueu. lib. 1. car. 55. in prin. car. 251. plura.

Equites San. Michaelis societas est de qua Aemil. § in Ludo. ij. rege. 54. car. 492. post Blon. lib. 20. car. penul. a ter. histo. 3. Guizard. lib. 13. car. 219. Cori. lib. 7. car. 470. Budæ. ubi supra. § Etiam Torquati erāt uel Cocleati in Francia. & in Epist. Asinij ad Ciceronem. § lib. 10. Balbus, &c. § Herennium gallum histrionem aureo annulo donatum, in 14. ordinibus sessum deduxit, &c. Tales erant Soldurij, de quibus Cæs. § lib. 3. Gall. car. pen. a ter. § Sacrum præsidium, Sodales amatores. Plutar. in Pelopi. uita. car. 73.

Descendere ex equis quandoque per errorem causa rom. fuit & accipiendæ cladis ut in prælio ad Cannas, notat Liu. Plutarcusq; in Fabij uita. § car.4.a ter. in med. § per Saladinum in Christianos uictorem Sultanum illata. § Blon.lib.16. car. 4. in princ. § Desiliuit ex equis dicit Aemil. § in Car.6.rege.52.car.447.& in Philipp. 2.rege.41.car. 248. de ipso etiam Saladino. § Detractis quandoque equorum habenis ad irrũpendum in hostem propter quod uictoriã sunt consecuti. § Liuius. li.4.in med.car. 34. in fi. § de Dictatore Aemilio Mamerco in Fidenates pop. § lib.8.car.antepenul. a ter. in med. § de Fabio Mag. equitũ in Sannites ad Imbrinium locum. § Valer. idem refert. cap. de fortit. cart.tertia, a tergo.

10 Scuta portabant legionarij quique pedites, Quadrangula, Semirotunda, & in figurã Tegularem. § Dion expressius. libr. 49.car. 8.fin.a ter. Iosep.lib.3.Belli Iud.cap.6. § prius tamen Clypea, quæ rotunda erant, cum umbone in medio instituta per Seruium Tul. regem Roma. § Liui.lib.1.car.7.ante. § Cum lamina ferrea circundata. § Plutar. in Camilli uita.car.ult.eius. § Clypeum amittentes ipsum mulcta plectebãtur, & infames erant. § Plut.in Pelop. in prin. & in apophtheg. Lacon. car. 168. in princi. in Demarato, ubi & rationem reddit, quia Scutum per militantem aciei communis gratia latum est, & sic abijciens offendit ordines milit. galeam uel Thoracas minime. Vnde mater, filio Scutum prębens hortatur, fili hoc, inquit, pater sibi seruauit, igitur tu serua, aut ne sis. § Valer.cap.de disciplina milit.exemp.ult.Pont.in Dial.Antonius.car.97.a terg. § famuliq; ferebant impositũ Clypeo Petreium, &c. Aut hoc aut in hoc. § Plut.ubi supra.car.ult.in prin.eius. Vnde Tacitus.lib.de germ.car.1. a ter. § Scutum reliquisse flagitium præcipuum, ne aut sacris adesse, aut concilium inire ignominioso fas. De scutis per Sabinos in Tarpeiam.not.Liui. § car.2.& ibi Flor.in Epitho. § Philopome.autem, èc contra, Clypeum pro Scuto instituit. § Plut.in eius uita.car.2.a ter.in med.Liui.lib.4.car.6.ante. in fi. § Illatus hostis urgere Scutis, micare gladijs, &c. § lib.8.car.2. a terg. in med. § Scuta pro Clypeis stipendiarij facti instituere, ubi de ordinibus in Corn. cosso. § lib.4.a ter.flo.libr.57.Liui.etiam.lib.6.car.2.a ter.in med.de Camillo. § Qui arrepto repente Scuto pedestri aduectus, &c. § lib. 7.car.2. in fin. de Torquato in Gallum hostem. § Romanus mucrone surrecto cum Scutum Scuto imum perculisset, & cæ.& in Corn. Aruina dictat. § lib.8.in fi. § Vrgentes Scutis, sine respiratione, & cæ. & in prælio ad Cannas.lib.22.Translatis in dextram partem Scutis, &c. § Cæs.libr. 1. belli Galli.in med.car. 7. uel. 16. § Quod pluribus eorum Scutis uno ictu pilorum transfixis, &c. § & car.penul.ubi supra. § Scuta manibus

reuellerent,& desuper uulnerarent. ¶ lib.2.car.7. a tergo.¶ Sed etiam ad galeas induendas Scutisque tegumenta detrahenda, &c.in aggresione Neruiorum.car.sequen.Scuto ab nouiss.uni militi detracto(quod ipse eò sine scuto uenerat.)& car.sequen.Qui uulneribus confecti procubuissent scutis innixi prælium redintegrabant. ¶ car.5.ult.in fi.lib.¶ Vt Cn.Pompeij nomen in scutis inscriptum haberent, ¶ & inferius ibid.¶ Nomen Pompeij ex Scutis detraxerunt. ¶ Apia.in bello parth. car.antepenul.¶ Ipsi in genua deflexi Clypeos ante se tenuere,qui uero posterius steterant, &c. ¶ Dion etiam d.lib.49.in fi. ¶ Solida erant & fortia ut pondera sustinerent & currus pretereuntes, ¶ Dion ibidem,& Cæs. lib.4.de Britannis.Valer.cap.de fortit.de ipso Cæs. ¶ Et feroci impetu Neruiorum,&c.Scutum detraxit militi,eoque tectus acerrime præliari cepit. ¶ Ibidem in Sceuola. ¶ Scuto crebris foraminibus absumpto,&c. ¶Cæs.lib.3.ciui.in med.ubi de Pu.Sylla castris præfecto.¶ Scutum.120. foraminibus perfossum.Capitolinus in Maxim. Imp. ¶ car.2. eius.in fi.138.de suis legionarijs.Salu.ubi supra.ad Capsam oppi.¶ Scutis magis quam gladijs geritur res & Vmbonibus. ¶ Flor.lib.57. Liui. lib.9.car.pen.in fi.& in Decio fil.cons.lib.10.car.5.in fi.lib.34.car.penult. ante. in medio, de pugna in Gallos. ¶ Nec dexteris magis quæ gladijs gerebatur res,quã Scutis & corporibus ipsis. ¶ Liui.lib. 25.car. 4.ante.de Graccho cons. insidijs petito per Numidas.¶ Paludamento circa brachium læuum intorto, nam nec scuta quidem secum extulerant,in hostes impetum fecit. ¶ Et lib. 28. in prælio inter Scipionem, & Annib.car. 4. ante. in med.¶ Itaque steterunt scutis innixi,Arretini socij contribuerunt pro nouo exercitu ad Scip. cons. 30. millia Scutorum & galearum. ¶ lib.præd.28.car.ult.ante.in med.per Spartacum in Apia.lib.1.in fi.car.42.a ter.¶ obiecto Clypeo insurgentes repellebat.

Scutis utebantur quandoque in acie pedites ad formandam testudinem,uel & in oppugnanda urbe. ¶ Dion lib.37.car.antepenul.& ult.¶ In Sergio qui præssus prælio & uulneratus Scutum omittens recepit se se,& in Gall. rege Ariouisto prælio superato per Cæsarem. ¶ Liui.lib. 28.in prin.eius.¶ Quæ cum confertis rom. ut solent densatis scutis excepissent,&c. ¶ & lib.31.car.penult.ante.in fin. de prælio in Macedonas.¶ Deinde posteaquam signa ferri ac Testudine procedi ad portam, & cæ.

Vtebantur ijs & ad descẽdendum ex alpibus milites Galli per niues, ut de Cymbris Plut.in Mario. ¶ in med.car.4.a terg. in med.Ad Athisonem ad Masiliam.¶ Lata scuta corporibus supponentes, quæ lapsus ueloces ingentesque habebant,præcipitesque ferebantur.Et ad tranan-da flumina,ut per Alexand.Mag.de quo Plut. ¶ in eius uita. car.antepenult.

nult.in prin. 231. Moxque Clypeo rapto incumbens traiecit. § Alcia. Fab.eius.157.bina pericla,&c. § Incolumen acie clypeum,&c. § Cæſ. lib.4.bell.Alex.car.7. § Pauci alleuati Scutis ad proxima nauigia adnauigarunt. § Arria.lib.1.in fi.car.37. § in Mileto. Alij ſcutis innatantes in paruam inſulam traiecerunt,pars capiti ſcuta alta gerunt,&c. § Ponta.in dial.Anton.car.98.in prin. § Orat.Sat.4. in fi. § Nabis ſine cortice. § Pauſan.lib.ult.in med. car. 407. § de Brenno & Gallis flumina tranantibus. ex qua fiant materia præcipua notat Plin. § libr.16. capit. 41.de materijs.in med. §

ANDIDATVS in menſa Tyberij Imper. Amphoram uini propinauit.i. barilam noſtratem. § Sueto. in eo.cap.cæterum.car. 149. § de Pomponio & Piſone Alcibiades, de quo Plut. § in eius uita, & Plin.capit.præd.ult. § Famam meruit apud Græcos Nouellus Mediolan.cog. Tricongius. § Plin. ubi ſupra. § Maximinus Imperat. 27. de quo Capitol. § in eius uita. car. 138. § Amphoram uini propinabat in prandio. Bonoſus ex 30.tyrannis, de quibus Spartia. § car. 274. § Bibit quantum hominum nemo, quãtum & bibebat tantum mingebat, nunquamque grauabatur, ſtatim euomere, rurſus & haurire promptus iterum & tertio. § Plin.d. capit. ult. § Vt de M.Anto.Triumuiro, & Lucio Piſone, de quo ſupra. De Cambiſe rege. § Sen.li.3.de ira.car.eius. 3. 131.a tergo. § Bibendi conſuetudo auget ipſam auiditatem. Ebrietatem & bachanalia obſeruant & Indi, de quibus Io.Leo.moder. Scriptor hiſtor. § li. 2. capit. 82.Plut.in Demet.rege.car.285.a terg.car.1.de Elotis. § Præmio inuitatur ebrietas, &c. § Plin.ubi ſupra. § Coronati bibitores. § Iuuen.ſat.5.in princip. § Quale coronati, Maſcalam tollere, Madulſa. Eraſ. prou. 1111.1724.Plaut.in pſeud.cap.quid hoc.car.236.a terg. § Promachus in Alexand.Mag.de quo Plut. § in eius uita.car. penult.a terg.plures not.Agrippa.cap.89.car.2. §

Leges ebrietatis & uolumen editum fuiſſe per M. Anto. Triumuir. de quo ſupra.not. § Plin.d.cap.ult. § & ut ieiuni biberent, quoties bibendum. § Bud.li.de aſſe.car.440. Agrippa. cap. 41. § Ter aut nouies, ut ſupra. § Eraſ.prouer.aut quinque.Geu. de Licurgo. lib.1. car.30. § nõ quater.ratio eſt, de qua Plin. § lib.28.cap.6.in med. § ex Democriti ſententia. § Plaut.in ſticho.car. 290. a terg. § Sæpe ſenes inficit, mulieres raro, ob frigidam naturam, quia & is humidiſsimus. § Macrob.li.7.cap.6. § Vnde ſenex dicitur bis puer, præſertim ebrius. § Plato ubi ſupra.li.1.de legi. § Scythæ, Perſæ, Carthagin.Celtib.Thraces, uinoſi omnes, qui & ueſtes uino perfundant, ut ſupra.de Theutonib.uel Germanis. § car.præced.a tergo. § Sed quid de Italis? & Illiricis. Vinoſum Theutonicum appellari propria ex conſuetud.dicit Ponta. § lib.1.de aſpirat.car.antep. 25. ante. §

## EBRIETAS VITATVR, VT INFRA.



APHANO præcomesto uel præsumpto uitatur ebrietas. §Cato.cap.155.rei rust.in prin.Plin.li.21. cap.20.lib.17.cap.34.in fi.de brassica.li.20. in prin. lib.22. cap. 9. capit. 8. in fin. § Herba centum caput. § lib.30.cap.penul.li.23.cap.1.in med.li.36. cap.21.Constant.li.12.cap.17.in fi.li.7.cap.31.34.§ Vt uera nocet sic ficta iuuabit. § Ouid.in 1.de arte. § Nocet ebrietas ipsa etiam plantis arboribusque. § Plin.li.17.cap.26.§ Sitibundus auide bibens uinum uel & aquam suffocatur . Cæs. ubi de milit. in prælio Pharsal. § Apia. lib. 5.car.213.in prin.Ioui.li.34. histor. car. 610.§ de Magaloto. § 62.de Aidino.lib.35.car. 662.§ in Delphino reg.Franc.filio. § Curt.lib.7.in med.car. 90.in fin. § Multi propter mediam ægrotantes deficientibus uiribus ne subita affluentia cibi immodice sumpti periculum subirent,&c. § Sic Totila rex in hostes conuictos,de quo Blond.li.6.car.2.a ter.§

## DE VOMITIONE.



Omitiones quæ reijciones uel reiectationes dicũtur, dãnauit Asclepiades supra modũ frequentes. § Pli. li.26.cap.3.in fi.§ Rara sit uomitio. § li.28.cap. 4. in fi.li.11.cap.53.in fi. § Vomitiones homini in remedio excogitatæ frigidiora corpora faciũt. nõ expedire uomitiones dicit. §li.23.cap.1.in med.car. eius. 2.ante in med.Plut.li.de tuen.ualit.car.4.fi.ante.§ Vomitus & aliæ subductiones mala solatia repletionis.Carda. de Rosomace animali uoracissimo. § li.10.de subtil.car.3.Suet.in Clau.Imp. cap.cibi.&c. car.230.in Vitel. car. 309.§ Comessationibus omnibus facile sufficiens uomitandi consuetudine. § Plin.li.29.cap.1.in fi.cap.4.in princi.§ Canes demonstrasse uomitiones dicit. § cap.6. in med. li. 31. Diodo.li.1.cap. 11. in fin.§ Aegyptij morbos uel ieiunio curant uel uomitu,idque quotidie,aut tertio quoque die. § Aurel.Imper.de quo Geu.li.1.car.317.Sen.episto. 63. in med. concilio tuo.&c. episto.95. petis a me.car.52.a tergo.in med. § Inuitis ingesta uisceribus per os reddunt,& uinum omne uomitu remittunt, ut de Bonaso. § car.præced.Sen.lib.de consolat.cap.Emetianus.car. 149. a terg.§ Vomunt ut edant,edunt ut uomant epulas,omni diligentia & ære conquisitas,&cæ. § Herodi.li.2.cap.6.in princ. de Aegyptijs.§ Orexim dicunt. § Iuuen.sat.6.car.28. in fi.§ Ducitur ante cibum.&c.

## DE SOBRIETATE VETERVM Imperatorum.



OBRII parciq́ue epulabantur & bibebant ij, de quibus infra, Chironomonta. de qua Iuuen. § ſat. 5. in med. § Auguſtus Imp. de quo Suet. § car. 108. § Tyberius Imp. de quo idem Suet. § car. 145. 310. § Antoni. Caracal. Imp. de quo Herod. § car. 49. in med. § Adria. Imper. de quo Lamprid. § car. 25. Dion. car. 15. § Alexan. Seuer. Imper. de quo Lamprid. § car. 124. in fi. § Cato uterq́ue. § Liui. lib. 31. car. 181. Plut. car. 251. § Galba, Pertinax, Iulian. Commodus Imper. § car. 49. 69. 72. § Viriatus, de quo Iuſti. § lib. 44. Eutrop. car. 49. § Anton. Pius Imper. de quo Capitol. § car. 35. a terg. § Spurinna, de quo Plin. § li. 3. epiſto. 1. li. 2. epiſt. 7. § Leges habebantur plures, de quibus Gel. § li. 2. cap. 24. §

## DE ORACVLIS. Tit. XIX.



RACVLVM eſt uoluntas diuina homini ore nuntiata. § Senec. lib. declamat. 1. car. 1. uel 74. ante. § fatidici ſpecus, quorum exhalatione temulenti futura præcinunt, ut Delphis, &c. & Ammonis, hunc dicit Geu. poſſe dici heremitorium ad adorandum locus, uel adoratorium dicemus, § lib. 1. in epiſt. car. 207. § Ad Abbatem Monferratenſem. & cap. 88. de ſolitudine, Spiracula uel Caroneas ſcrobes ſpiritum exhalantes. § Plin. libr. 2. cap. 95. Tul. lib. 6. ad Atticum, car. 174. Cum Philog. Cęl. li. 2. cap. 12. 48. Carda. lib. 2. de ſubtilit. car. 117. § Spelunca eſt curua, ore non lato, ſacrum afflans numen. Deus ex abdito ſacrarij ſpecu uoce miſſa Aglaum prætulit, &c. § Valer. cap. de fęlicit. in Gige. plura Eraſm. prouerb. ex Tripode, car. 103. prouerb. folium Sibillæ, car. 104. Iuuen. Sat. 8. § inſanam uatem aſpicies, quæ rupe ſub ima. § Virg. in 6. § In rupis amphractu profundum eſt terræ foramen quod in oracula patet. Vnde frigidus in ſublime ſpiritus mentes uatum in uecordiam uertit, &c. Iuſti. § lib. 24. Tul. in 1. de diuinat. car. 194. in prin. li. 2. car. 242. § quomodo inſtituta. Cælius. § lib. 2. cap. 12. § & per Carmina, § Orat. in Poet. car. 184. § dictæ per carmina ſortes. unde carmenta dea a carminibus, prius Nicoſtrata. § Plut. in problem. in med. car. 206. a ter. Herodo. ubi ſupra, lib. 1. car. 5. § Varia recitat oracula in reſponſis. & Pauſan.

Pausan. pluribi. duplicitatē continentia, Vnde Proba falconia, Nō mihi saxa loqui uanus persuadeat horror, &c. Hedera ideo utūtur. not. Plut. in problem. Cur hederā, &c. ʒ car. 218. ʒ Quæ bacchidis furoribus mulieres correptæ fuerint, ad hederam statim feruntur & manibus diuellunt, dentibus lacerant, ex quo spiritum habeant, quo mentes in furorem concitet.

Vt Democenis per oraculum Demonium respondit, &c. not. Plut. lib. de sera numi. uind. ʒ car. 4. in fi. uel. 342. in fi. Io. Leo. li. 2. histor. cap. 27. ʒ Taurorum sanguinem bibunt uatici naturæ sacerdotes priusquā descendant in specus. not. Plin. ʒ lib. 28. cap. 9. in fi. ʒ Ibi, remedia petebant, & ad consequendam ægrotis sanitatem. ʒ Plin. itē lib. 29. cap. 1. in prin. ʒ

Delphicum est templum Apollinis in monte Parnaso, ubi clarissimum est oraculum. ʒ Iusti. lib. 24. ubi plura. Tul. lib. de diuinat. car. 160. lib. 2. car. 7. fin. 242. a terg. Virg. Eglo. 6. ʒ Phœbo gaudet parnasia rupes. Antistitem cortinæ in intimam sacri specus partem dicit Valer. cap. de mirac. in Apio, & cap. quæ cuique magnifica. in fi. Pythiæ cortinæ cogit descendere, unde ut certę consulentibus sortes petuntur, ita nimius diuini spiritus haustus reddentibus extitit, &c. ʒ lib. 4. cap. 13. in med. ʒ de Carmēta uersu responsa dante. ʒ Plut. in problem. car. 206. a terg. 219. Plin. lib. 4. cap. 3. lib. 2. cap. 95. in fi. Liui. libr. 23. in prin. ʒ de Fabio pictore, Nūquam latine locutum Deum illum. Tul. ubi supra, ʒ car. 242. lib. 2. de diuinat. car. 6. fin. ʒ

Commune generis humani umbilicum orbis per Gallos spoliatum. ʒ Liui. lib. 1. car. ult. ante, & lib. 38. car. penul. in princ. libr. etiam 45. in med. car. 461. c. ʒ Originem recitat Pausan. ʒ lib. 10. uel ult. car. 3. a terg. 4. a terg. ʒ Home. in hynno suo in Apoll. ʒ car. 215. ʒ dictum dicit a Delphino.

Hammonis Iouis. ʒ Curt. lib. 4. car. 29. ʒ ubi Alex. Mag. filius salutatus, Vale. cap. Quæ cuique mag. ʒ in fi. Plin. de Asia. lib. 5. cap. 9. in prin. cap. 4. in prin. lib. 6. cap. 29. in fi. lib. ult. cap. 3. in med. ʒ Herodo. ubi supra de eius effigie plura. Arria. ʒ lib. 3. in prin. car. 3. ʒ

Trophonij Iouis. ʒ Herodo. d. lib. 8. cap. 11. Iul. obseq. lib. de prodig. num. 49. Tul. lib. 6. ad Atticum. car. 174. ʒ cum Philogenes, &c. Vt ueridicum not. Pausan. qui refert historiam. Carda. ʒ libr. penult. de subtilit. in med. car. 4. a terg. Plut. in Syllæ uita. car. 4. in prin. 150. In narrat. amat. in princ. car. 362. a terg. & in uer. Gerion. supra. ʒ

Ad Trophonium ipsum Iouis Oraculum profectus est. Pau. Aemil. Perseo rege prælio superato, Delphico regressus, ubi uidit os specus, quo ad oracula utuntur. ʒ Liui. lib. 45. in med. car. 461. d. ʒ Deum

Trophonium refert Pli.ubi de aquis & fontium proprietatibus {lib. 31.cap.2.in med. Pausan.lib.1.in med. car.41.in med.libr.4.in fi.car. antepenultima a terg.in princ.lib.9. & plura, car. antepenultima a ter. car.penul.ante.}

Gerionis iuxta Patauium Triphonij adhuc incognitum ubi,& Aretinum,de quo Gel. {lib.3.cap.3.Suet.in Tiber.Imper.car.137.} Homer.ubi supra in suo hymno,car.6.Triphonius ac Agamedes.Pli. {li. 31.cap.2.in med.} In Boetia,&c. {lib.34.cap.8.in med.}

Antinianæ, Virgilianæ, Prænestinæ } Sortes,de quibus Suet.in Tib.Impe.cap,quã uero,car. 161.in Calig.Imper.car.pen. de sibi prænuntiata morte.Lamprid.in Alexand.Imper.car.2.in fi.

Fortunæ uel Vestæ } Valer.cap.de auspic.in princ.Tul.ubi supra, car.230. 231.

Vicina urbi oracula Tyberius disijcere destitit, maiestate deterritus prænestinæ sortis, Lamprid. in Alexand. Imper. {car.2.in fi.Spart. in Adria.Imper.in prin.car.21.a terg.uel eius prima,in fi.}

Nicephorij Iouis Orac.Spart. {in Adria.Imper.ubi supra, car.1. in fi.& in Albino Imper.car.245.} In templo Apollinis Baiani.

Bacchidis Orac.Herodo. {lib.8.cap.2.cap.7.lib.9.cap.5. Pausa. libr.4.in med.car.169.} de Messenijs reducendis {libr.9.in med. car.357.in med.lib.10.car.399.in med.car.423.in prin.}

Sortiones, Apia. {lib.5.car.193.a terg.} ubi de Perusia, Sortes extenuatę, Liuius pluribi,& {libr.22.in princ. libr.21.in fi.eius. car.93.} sua sponte sortes extenuatæ sunt, unamq; excidisse ita scriptam, Mauors cœlum suum concutit.Tul. {in 2.de diuinat.car.230. Plut.in apophtheg.car.156.ante.in Fabij Maximi uita.in prin.car.65. in fi.Macrob.lib.1.Saturn.cap.23.in med.} de Traiano Imper.

Dodonem dicebat ire, ut Dei ex Quercu procera Iouis sensum audiret.Home. {lib.14.odiss.car.6.a terg. Liui.libr.8.car.5.a terg.65. Plin.li.4.in præfat.eius.in fi.} Dodonas appellant mulieres, Orphęi ac Bacchi numinibus afflatas & uaticinantes, alio nomine Mimallonas Thressasque.Plut.in Alex.Mag.uita.in prin. {car.222.in prin.} de Alexandro Epirense interfecto. Dydimei Iouis prius Brancidiarum uel Dodonei de Enno dodone, Valer.cap.quæ cuiq; mag. {car.191. a terg.Suet.in Calig.Imper.cap.opera,&c.car.180.Iusti.li.12.in prin.} de ipso Alexandro Epirense in urbe Pandosia, de Antiocho rege {li. 22.in prin.Polyb.li.4.car.171.de Aetholis pop. Claudia.libr.1.car.1.} cesserit inuentis Dodonea quercus aristis.Leand. in sua Italia,in Vmbria, {car.86.in prin.Pausan.lib.1.in med.car.43.in fi.li.7.car.2.in prin.car.etiam.275.in prin.de ipsa Quercu.li.8.car.308.in princ.Tul.

in

in primo de diuinat.car.175.li.2.epist.ad Atticum,fecisti, &c.car.50. Plut.in apophtheg.car.156.ante.Apia.li.sirio.car.6.fin.} de Seleuco rege.

Pergæ fanum antiquissimum religios.templum, unde fata petuntur. Ascon.in Verri.car.67.

Carmeli Dei in Iudæa,Sueto.in Fla.Vespas.Imper. {car.5.a terg. cap.post Neronē.ubi & de Iosepho captiuo Hebræo.duce præsagiente futura, Tacit. {lib.17.car.52.ante.plura.& car.61.}

Martis Orac.per Picum auem uel Lucus, de quo Egnat. {car.6. eius operis,uel c.21.a terg.Liui.lib.25.car.3.in prin.} Agmen Troiugena canam,&c.de quo Leand.in sua Ital.car.91.in prin.

Apollinis Clarij simulachrum,&c. Tacit. {libr.2.in med.car.44. a terg.li.12.car.3.a terg.in prin.Macrob.li.1.Saturn.cap.18.in med.} Themitem Suet.in Tiber.Imper.car.eius ult.cap.supremo, &c. Pausa. {lib.8.car.316.in med.339.in med.uel pen.} Appellit Colophona & Clarij Apollinis orac. uteretur, Sacerdos in specū digressus hausta fontis arcani aqua, ignarus plerunque litterarum & carmina ædit, responsa uersibus compositis,&c.Tacit. {lib.2.ubi supra, car.44.Liui.libr. 38.car.2.a terg.uel 209.}

In Cianeis Apollinis Thyrsei templum est omnibus de quibuscunque respondens Pausan.ubi supra. {li.7.car.etiam.276.in med.}

Vestę orac.est cum lucernis,oleo,thure,&c.not.idem Pausan.ubi supra.car.ipsa.276.in fi.}

Apollo Thorus, de quo Pausan. {lib.9.car.362.in prin.} Apollo Abas ad oppidum, Pausan. {lib.ult.in fi.car.427.in med.}

Apollinis Smirnei orac.Tacit. {lib.3.in fi.car.70. a terg. Plut. in problem.car.229.a terg.} Quis est cosietes.Milesius Apollo,de quo Lactan. {lib.4.cap.13.in med.}

Phryxi orac.de quo Tacit. etiam {lib.5.in med.} de Orode & Pharastra.

Veneris Paphiæ in Cypro, Suet.in T.Vespas.Imper.cap. Galba mortuo, Plut.in Cato.Vticen. uita. {car.5.a terg.Taci.plura. libr.17.in med.car.52.}

Amphiarai, Pausan. {lib.1.in med.car.4.in med.li.2.in med. car. 70.in med.Herodo.lib.8.cap.11.in med.li.1.cap.5.in princ. Sueto. in Tib.Imper.car.137.} Quomodo, Valer.capit.quæ cuique mag. in fi.Tul.in primo de diuinat.in med.car.180.a terg.Plut.in Aristide.car. penult.ante.

Protesilai orac.Græcorum omnium primū habetur, &c. ubi Alex. Mag.Aria. {li.1.car.22.Pli.li.4.cap.11.in fi.} de Thracia.

Auernum ad Lacum ubi Lestrigones & Sirenes, in specu erat Orac. celebre, Ditis patris.not.Ponta. ʒ lib.ult.belli Neapolit. car.antepenult.in princ. ʒ

Omphæum refert Dion. ʒ lib.41.in med.car.107. ʒ Omnibus responsa dantem de quibuscunque nisi de matrimonio, de morte, Thure apud ignem posito.

Sphargiticarum Antrum nympharum in altero Citeronis mõtis uertice, ubi responsa dari solebant, &c. ʒ Plut.in Aristid.uita, car.3.a tergo.uel.105.in fi.car.penul.ante.in med. ʒ

Amphilochi orac.refert Pausan. ʒ lib.1.in med. ubi supra. ʒ Et ueracem dicit esse, Plut. ʒ in li.de sera num.uind.car.4.fin.uel.353. ʒ ubi de Soleo qui reuixit mortuus, ex prauo probus effectus.

Erecthæum orac.not.Pausan. ʒ li.1.in med.car.30. in fi. ʒ Neptuno institutum..

Palici filij in Sicilia responsum dedere. ʒ Macrob. li. 5. cap. 19.in med.car.448. ʒ

Acreæ Iunonis phanum est, ubi Apollinis orac.&c. ʒ Pausan. li.2. in fi. car.82.in fin. ʒ

Lebadeus est etiam de quo Pausan. ʒ idẽ.li.4.car. antepen.a tergo. in princip. ʒ

Pisces annuendo responsa dare, tunc requirentibus in Medorum Lacu, not. Plin. ʒ li.31.cap.2.ad fi.eius.li.32.cap.2.in med. ʒ de mansuetudine piscium, & facilitate, euocati qui parent, fistula requisiti.

Telluris in æde Cereris est templum cum orac. ad fontem cum speculo perspicientes, an ægri tantum uicturi sint. ʒ Pausan.libr. 7.cart. 276.in princi. ʒ

Beli templum ad Babiloniam cum orac. per Chaldæos. ʒ Arian. li.7.car.308. ʒ

Latonæ omnium uerissimum habitum dicit Herod. ʒ li. 2. capit. 12.in medio. ʒ


Quia sunt ambigua dicuntur oracula, quæ si non essent non dicerentur responsa, semper dubia.not. Herod. pluribi, ut supra. ʒ & lib.1.capitu.5. ʒ in Cræsum Lydiæ regem per Lacedæmon. in Theageates. ʒcap.6. ʒ Sardi ciuitas quomodo capta. ʒ cap.8.in prin. ʒ per Cyrum regem, & de Cræsi filio, quem mulum nominat responso suo. ʒ d.cap.8.ubi supra.li.3.cap.4. ʒ de Achatana Siriæ urbe. ʒ lib. 3. cap.5. ʒ inter Argiuos & Milesios. ʒ lib.6.cap.6.lib.8.cap.2.in fi. Lactan.li.2.cap.15.cap.16.in prin. ʒ

Non ergo attendenda, non requirenda ut dicit Phauorinus Phil. de quo Gel. ʒ lib.14.cap.1. in fi. ʒ Quia prospera si fallunt miseriam afferunt,

afferunt,si aduersa frustra timentur, si prospera non habentur,longior sequitur miseria præcognita,si fœlicia spes expectantem suspensum fatigat & gaudium iam deflorabit euenientem,& ut Carda. § li. 19.de subtilit.car.764.Eras.prou.folium Sibillæ,de quo Iuuen.sat.8.car.2. § dum dicit,insanam uatem,&c.Earum ambages & incertitudinem delusoriam declarat Tul. § ubi supra.car.176. § Quamuis & sacrorum suorum antistes & professor. § Plin.li.2.cap.de Deo.Plaut.pluribi,ut notauimus in cap.de Deo,in med. § Nato redemptore Christo cessa runt omnia,corruerunt,perieruntq; orac.& ut Iuuen. § sat.6.car.antep.in fi. § Delphis orac.cessant.not.Agrip. § cap.56.de religione in fi. § Ablata est Pythij uox,&c.Cælius plura. § libr. 2. cap.12. § Sunt & certi generis demones,ut not. § bea.Hieron.de quo Platina. car.2.de pontifi.Carda.lib.19.de subtil.car.3.ante. § de septẽ demo nibus in Fatium Carda.authoris patrem. Hoĩes esse aereos qui nascerẽ tur,diu uiuerẽt, postea (ut quæq; creata,& interirent) ex Plut. etiam in proble. car.205. § Cur laribus,&c.ex opinione Chrysippi,Demonia quędam mala circumire, quibus Dij quasi carnificibus & scelerum ultoribus aduersus iniustos & impios utuntur. Sic Lares furiales quidã sunt,& pęnarum exactores,uitæ & operarum speculatores, & ibidem. § car.202.in fi. § Cur Iouis,&c. Aerem apertum Deorum ac Demonum plenum uerebantur, & ibidem. § car.219.§ Cur Opontios,& cæ.Alter sacerdotum Deorum erat,alter dæmonum sacrificia curabat, ibidem. § car.222. § apud Cretenses,&c. Dijs terrestribus hoc est Manibus. Dæmonum orac.dicit Plut. § li.de sera numi.uind.cart. 5.uel.342. § Nimphas esse & diu uiuere, notauimus § in cap. de senect.in fi.ex Pausan.li.ult.car.421.in med.Dion.li.48.car. pen.in prin. & in uer.Nymphæ.in annotat.Cælius plura.li.2.cap.3.5.10.12.§

## INDEX TITVLORVM LIBRI SEQVENTIS.

# DE DEO, QVID PER PRISCOS Ethnicos. Tit. XX.





EVM esse fatentur omnes nationes mundi, nam sublata credulitate Deorum & religione, tollitur fides & societas humana. religio est enim homini a natura insita. nullæ etiam tam feræ sunt aut barbaræ nationes, quæ Deum non confiteantur, suisque illum honoribus uenerentur, ac placare studeant sacrificijs, quod negare immanitatis est. Maius momentum posuerunt Romani in religionis obseruantia, quam in uincendis hostibus. uniuersa eorum gesta referebantur ad Deum dicit Plut. in Marcelli uita, car. 2. in princ. esse necesse est qui regat cursus astrorum, maria, terras, homines tueatur. & ut ait Plato §lib. 7. de rep. in princ.§ quem philosophorum Deum dicit pluribi Tul. Ipsum esse, qui tempora & annos tēperat, qui omnia regit quæ sub sole sunt & cęlo, qui omnium est author. §lib. 10. de legi. in prin.§ facile est ostendere hanc ueritatem, quòd Dij sint. primum quidem terra, sol, sidera, ipsumque uniuersum, temporumque ornatissima uarietas, annis mensibusque distincta. Græcorū præterea Barbarorumque omnium consensus, Deos etiam fatentium. §& infra lib. 4.§ Deus est, ò uiri, principium, finem, & media rerū omnium continens, &c. §& in Epino.§ Asseritur esse Deos, rerumque omnium maximarum simul & minimarum curam habere, &c. Ego igitur assero, §dicit inferius,§ Deum causam esse, nec aliter fieri posse impossibile esse. Terram, cęlum, stellasque omnes, & quæ in his constant moles, nisi anima singulis aut adsit aut insit, adeo requisita ratione, annis, mēsibus, diebusque circumuolui, nobisque omnibus bona omnia facere. hominē uero decet quo uilior est, eo minus de ipsis nugari, &c. arguendo a decentia, nihil pulchrum temere nec fortuito fit. fit autem adhibita concinnitate. not. & Tul. §lib. 1. Tusculan. in med.§ pulchrū esse mundū quia ex forma, colore, amplitudine, stellarum uarietate patet, &c. §Lactan. lib. 1. cap. 2. lib. 8. cap. 9. in princ. de Diagora, Iuuen. Sat. 13.§ Sunt qui in fortunæ casibus, &c. & nullo credunt mundum rectore moueri. §Tacit. lib. 5. in med.§ Trismegistus omni genere scientiæ imbutus, Deum & patrē nominat, & quia est unus, ita Deus nomine alio non eget. M. Varro, quo nemo fuit unquam

quam doctior, omnes Sibillas dicit unum Deum prædicare. ſolum mundi fabricatorem aſſerit ❴Lactan. ubi ſupra lib. 1. cap. 6. cap. 7. in prin. lib. 3. cap. 10. lib. 8. cap. 11.❵ Apollinis oraculo, uerſu reſponſum dedit, indoctus ſine matre, inexpugnabile nomen, & ſine patre, ex ſeipſo ortus & genitus. ❴ubi ſupra cap. 7. in fi.❵ ubi & de Seneca dicente, Deus ipſe ſe fecit. ❴lib. 4. cap. 8.❵ fecit autem omnia Deus ex nihilo, non autem ex chaos, de quo per poetas & philoſophos. ❴lib. 2. cap. 9. in med. car. 1. a tergo. car. 2. a tergo.❵ authore Seneca ipſo, Deus eſt ipſa natura, nã ut Deus ex materia ortus, aut materia ex Deo, quid ſit non eſt ambigendum uel inquirendum. Nihil enim eſſe poteſt quod originem a Deo non traxerit, ut ſupra car. ultima. Vnde Dantes Alig. Matto è chi ſpera, &c. State contenti humana gente, &c. ❴Cæl. li. 1. cap. 1.❵ plura de hoc. Negabat tamẽ Deos eſſe Diagoras, Theodorus dubitabat, & Prothagoras cognomẽto atheos. ❴Tul. li. 1. Tuſculan. in med. & in primo de natu. deo. in prin. Vale. cap. de neglecta religi. in fi. eius.❵ ita Socrates & Plato, de quo Plut. ❴lib. de placit. 1. cap. de Deo. car. 31. Sen. lib. de uita bea. car. ult. a ter. 142. Lactan. ubi ſupra lib. 3. cap. 10. in med. Agrippa, cap. de Methaphy. 53. in princ. Pauſan. lib. ult. in med. car. 417. in med.❵ religione enim uita cõſtat. ❴Plin. lib. 14. cap. 19. in princ.❵ priſco inſtituto rebus diuinis opera datur, ❴dicit Valer. car. 1. operis in prin.❵ omniaq; poſt religionẽ ponenda ſemper ſacris etiam imperia ſeruire, ❴ubi ſupra in Bibaculo. car. 3. cap. 1.❵ Nolueruntque priſci uiri quicquam aſſeruari quo animi hominum a Deorum cultu auocarentur. Quotidie in ortu ſolis & lunæ uel occaſu Græcos & Barbaros omnes tam in rebus aduerſis, quam ſecundis ſuppliciter adorare. Vnde non ſuſpicionem quod Dij non ſint afferre, ſed quid ſint abſque controuerſia perhibere. ❴Plato d. lib. 10. de lege. car. 2. in prin. ubi dicit,❵ Omnes natura duce, Deos eſſe dixerunt. ſolus primũ Epicurus uidit eſſe Deos, quod in omnium animis eorum impreſsiſſet ipſa natura. Quæ eſt enim gens, aut quod genus hominum quod non habeat ſine doctrina anticipationem quandam deorum, &c. Cum enim non inſtituto aliquo, aut more, aut lege ſit opinio conſtituta, maneatque ad unum omnium firma conſenſio, intelligi neceſſe eſt eſſe Deos, quoniam inſitas eorum uel potius natas cognitiones habemus, de quo autem omnium natura conſentit, id uerũ eſſe neceſſe eſt. Eſſe igitur deos confitendum eſt. ❴lib. 2. in princ.❵ Quid enim poteſt eſſe tam apertum, tamque perſpicuum, cum cęlum ſuſpeximus, celeſtiaque contemplati ſumus, quam eſſe aliquod numen præſtãtiſsimæ mẽtis, quo hæc regantur, quod ni ita eſſet, qui potuiſſet aſſenſu omnium dicere, Ennius, &c. & infra, quod niſi cognitũ ani-

mis haberemus non tam ſtabilis opinio permaneret, nec confirmaretur diuturnitate temporis, nec una cum ſeculis, ætatibus hominum inueterare potuiſſet, &c. Opinionum enim cōmenta delet dies, naturæ iudicia confirmat. Quartam cauſam uel maximam æquabilitatē motus, conuerſionem cœli, ſolis, lunæ, ſiderumque omnium diſtinctionem, utilitatem, pulchritudinem, ordinem, quarum rerum aſpectus ipſe ſatis indicaret non eſſe ea fortuita, &c. Atqui cęleſtes, omnesq; hę quarum eſt ordo ſempiternus, ab homine confici non poſſunt. Eſt igitur id quo illa conficiuntur homine melius. Id autem quid potius dixeris quam Deum? etenim ſi dij non ſunt, quid eſſe poteſt in rerum natura homine melius? in eo enim ſolo eſt ratio, qua nihil poteſt eſſe pręſtantius, &c. Tantum uero ordatum mundi, tantam uarietatem, pulchritudinemque rerum cęleſtium, tantam uim, & magnitudinem maris, atque terrarum ſituum, ac non Deorum immortalium domicilium putes, non ne plane deſipere uideare? &c. hæc ita fieri omnibus inter ſe concinnentibus mundi partibus profecto non poſſent, niſi ea uno diuino & cōtinuato ſpiritu cōtineretur, &c. cum igitur aliorū animantium ortus in terra ſit, aliorum in aqua, in aere aliorum, abſurdum eſſe Ariſtoteli uidetur in ea parte quæ ſit ad gignenda animantia aptiſsima, animal gigni nullum putare. ſidera autem æthereum locum obtinent, qui quoniam tenuiſsimus eſt & ſemper agitatur & uiget, neceſſe eſt quod animal in eo gignatur id & ſenſu acerrimo, & mobilitate celerrima eſſe. quæ qui uideat non indoctè ſolum, uerum etiam impiè faciat, ſi deos eſſe neget. Præclarè ergo Ariſtoteles, ſi eſſent inquit qui ſub terra ſemper habitauiſſent, bonis & illuſtribus domicilijs, quæ eſſent ornata ſignis atque picturis, &c. Tum cœlum totum cernerent aſtris diſtinctū & ornatum, lunæ uarietatem, hęc cum uiderent profecto & eſſe Deos, & hæc tantum opera deorum eſſe arbitrarentur. §& lib. 3.§ Chryſippus etiam uerſutus & calidus, Si eſt aliquid quod homo efficere non poſsit, qui id efficit melior eſt homine, homo autem qui in mundo ſit efficere non poteſt, qui potuit igitur id præſtat homini, homini autem præſtare quis niſi Deus? §& in oratio. de aruſpi. reſpon. in med.§ Etenim quis eſt tam uecors, qui cum aut ſuſpexerit in cœlum Deos eſſe non ſentiat, & ea quæ tanta mente fiunt, ut uix quiſquam arte ulla ordinem rerum ac uiciſsitudinē perſequi poſsit caſu fieri putet, aut cum deos eſſe intellexerit non intelligat. Qui autem omnia creauit Deus eſt; omnis nanque domus fabricatur ab aliquo. §Paul. in prima ad Hebræos cap. 3. in prin. Cęli. Rhodig. in princ. operis. Vnde & Lactan. lib. 3. cap. 10.§ Qua de re Ciceronis uera eſt ſententia, ex tot inquit generibus nullum eſt animal præter hominem quod habeat notitiam

Dei

Dei aliquam, ipsisque in hominibus nulla gens est neque tam mansueta neque tam fera, quæ non etiam si ignoret qualem Deum haberi deceat, tamen habendum sciat, ex quo efficitur, ut is agnoscat Deum, qui unde ortus sit recordetur. §Sen.epist.117.in prin. multum &c.§ non potest dubitari an quale istud sit, tale hoc sit, ut quibusdam utrũq; unum uideatur ad idem.

Dei ipsius nomẽ quattuor tantum litteris pronuntiatum per omnes gentes, ut lingua Tusca esar sig. Deus. §Suet.in Aug.car.125.Dion. lib.56.in med.car.412.a terg.Ficinus ad Plato.in arg.in Cratilum.Sene.lib.3.de benefi.cap.natura.§ quid est aliud natura quam Deus, ut supra. §& lib.de diuina prouid.in prin. quæsisti.§ superuacaneum est in præsentia ostendere non sine aliquo custode tantum opus stare, nec hunc syderum certum cursum & discursum fortuiti impetus esse, & quæ casus incidat sæpe turbari & cito arietare, &c. §Epist.95.ad fin. petis a me, &c.§ primus est Deorum cultus, Deos credere, deinde reddere illis maiestatem suam, reddere bonitatem sine qua nulla maiestas est. Scire illos esse qui præsident mundo, qui uniuersa ut sua tempe rant, qui humani generis tutelam gerunt, cæterum castigant quosdam & cohercent, &c. §Ponta.in 2.de fortu.cap.& uero.§ Neque enim ut Cicero ait, cum mundus hic omnis Deo pareat, & maria terræq; obe diant, haud parerẽt ei, aut obedirẽt, nisi illorum esset ei cura, cunctaque ipsa pariter & moueret, & moderaretur, &c. §Budæ. in pand.1. in princ. ubi de iure naturali, uidemus enim cætera, &c.§ Nulla gens inquit tam fera, nemo omnium tam immanis, cuius mentem non imbuerit Deorum opinio, multa de Dijs praua sentiunt, omnes tamen esse uim & naturam diuinam arbitrantur. §Plut.de placit.nu.7.car.310.§
2 Quomodo nominandus, §not.Lactan.lib.4.cap.7 § Nomen enim eius dici non potest ore humano Trismeg. authore, quem dicere supra hominem est §Tul.d.lib.1.Tusculan.in med.§

Quid autem sit Deus, §Plato lib.7.de rep. in princ.§ ut supra expositum est ipsum esse qui tempora & annos temperat, qui omnia regit, &c. §li.4.de legi.car.3.late li.10.Tul.in primo de Natura Deo.§ nam a natura habemus, omnes omnium gentium speciem nullam aliam nisi humanam Deorum quæ occurrit uigilanti aut dormienti. Ratio est quia, ut in Apocal. Deus hominem formauit ad imaginem & similitudinem suam. Sed inquirere formam uel effigiem eius est imbecillitatis humanæ. §Plin.in 2.ubi de Deo, capit.7.§ maximum Deum totumque mundum inquirendum non esse, nec eorũ causas, dicit Plato, §lib.7.de legi.car.ult.ante.in med.§ Sciendum etiam, dicit ipse §lib.ult.de legi.car.penul.ante.in fi.ętat.§ mortali naturæ non

esse posibile certe quicquam de ijs cognoscere. Non enim sensu, sed mente percipitur, non illorum humana forma, sed nostra diuina dicenda est. Iam de Platonis inconstantia longum est dicere, dicit Tul.d.li. primo. Qui in Tymeo car.2.a terg.in medio, patrem huius mundi nominari neget posse. In legum autem libris, quid sit omnino Deus inquiri oportere non cēseat §car.376.a terg.§ Id quale esse posit intelligi non potest, ut per Epicurum de quo Plut. §libr. de placit. philos.cap.7.in fi.§ cogitatione non sensu perspectiles,&c. sciri non potest, sed tamen cogitatione comprehendi, ex quo ut per Pythagoram est immortalis mens §lib.8.cap.11.in fi.Sen.li.4.de benefi. cap. Natura,&c.car.2.ubi de Deo.§ Illa est prima omnium causa,&c. Opicem & patrem mundi inuenire difficile, & cum inueneris prædicare, eloqui est uulgo imposibile. §Plato in Tymeo car.2.a terg.in med. Vnde Carda.lib.ultimo de subtilit.car.ultima operis.§ Deus est non intellectus, sed longe melius potentius, dignius, quem scire potest nisi Deus. Nec nomen eius proprium,&c. Si quis conspicatus Deum idipsum quod uidit intelligit, non ipsum intuitus est, sed eius aliquid ex ijs quæ sunt, & in notitiam cadunt. Cæterum ipse quod supra mentem omnem, atque substantiam locatus emineat, eo ipso quod omnino neque sciri, neque esse dicitur, & substantiale est, & super omnem mentem atque intelligentiam noscitur, præstansque illa & perfecta ignoratio eius uera cognitio est, quæ omnibus noscibilibus emersit. Dionis.areopag.epist.1.

3 Deum esse nisi unum, & ueritatem simplicisimam not.Plato. §in conui.car.3.Neque ab re, &c.§ Deum nisi unum numen intelligunt & Iudæi. §Tacit.li.21.de Hebreis.car.2.ante.§ Nulla Dis in terris templa condenda esse credebant prisci, præsertim cum uni soli quē uenerarentur uix mundus ipse sufficeret,&c. §Ascon.in pen.Verrina, car.7.uel 66.de ipsis Dion.lib.37.in prin.car.7.ante.§ Vnum enim Deum uenerantur.ratio est de qua Lactan. §lib.1.capit.3.in med.& in uer.princeps.num.13.§ Confitentur & poetæ omnes, ubi supra. §cap.5.in princ.§ Spiritu uel mente aut contineri, & regi omnia, ut per Orpheum poetarum uetustisimum, & Deorum ipsorum coętaneum & contemporaneum, qui Deum primogenitum appellat & apparentē, unde & Virg. Mens agitat molem, & Methamor. libr.1.in princ.rerum uocat opificem, ita Deus omnium qui unitas simplicisima est, actusque purisimus. §Plut.item lib.de placitis cap.7.§ Quis Deus. Pythagoras principiorum Monada quidem Deum, qui bonum quoque quæ est unius natura, mensq; ipsa, Socrates & Plato unum unigenitum suapte ipsum sponte natum, singulare uerum Germanumq; bonum,

bonum, hæc autem nomina omnia in mentem ſpectant. Mens igitur Deus, &c. §Plut. in Pelopidæ uita de Hercule in Deum & Dionisio. § Sed ſempiternus increatusque rerum unus eſt Deus, ſi modo ijs ipſis, credere uoluerimus, quæ de Deo, ſapientiſsimis iuris tradita ſunt. Deus autem qui eſt æterna mens, dicit Lact. §lib. 1. cap. præd. 30.§ Ex omni utiq; parte perfectę conſumatæque uirtutis eſt. quod ſi uerum eſt, unus ſit neceſſe eſt, poteſtas enim uel uirtus abſoluta retinet ſuam propriam firmitatem, &c. Deus uero ſi perfectus eſt, quia eſt, non eſſe debet, non poteſt eſſe niſi unus, ut in eo ſint omnia (quanto plures) tanto minores erunt. Quicquid enim capit diuiſionem, & interitum capiat neceſſe eſt, &c. § & cap. 7. in fi. § Verũ quia id fieri non poteſt quin id quod ſit, aliquãdo eſſe ceperit, conſequens eſt, ut quoniã nihil ante illud fuit, ipſe ante omnia ex ſeipſo ſit procreatus. § Alber. mag. in prin. ſui operis. Tul. item. li. 1. de natu. deo. melius, & lib. de ſomno Scip. car. ult. Cælius. li. 1. cap. 1. § Solum igitur quod ſeſe mouet, quia nunquã deſeritur, a ſe nunquamve moueri quidem deſinit, principio nulla eſt origo, namque ex principio oriuntur omnia, ipſum autem nulla ex re alia naſci poteſt. § Ponta. ẽt in Egidio dial. cap. ego Charitheæ. in fi. § Cunq; è Deo natus eſſet Deus, idem tamen eſſet, & pater & filius, perinde ut idem & Deus & homo. Eſt ergo Deus qui quæ nos gerimus auditque uidetque, quoniam oculi domini multo plus lucidiores ſunt ſuper ſolem. Circunſpicientes omnes uias hominum & profundum abiſsi, & hominum corda intuentes in abſconditas partes, &c. De cœlo reſpexit dominus, uidit omnes filios hominum, reſpexitque ſuper omnes qui habitant terram. § pſalt. cap. 32. § Deus omnia in omnibus. § Paul. in 1. ad Corinthi. cap. 15. § Talia eſſe crediderim, § dicit Plin. in ſuo paneg. ad fi. car. 385. § Quæ ipſe mundi parens temperat nutu, ſi quando oculos demiſit in terras, & facta mortalium, &c. § Home. li. 13. odiſ. car. 5. de Minerua & Vlixe. § Iupiter ipſas ulciſcatur deprecabilis, qui & alios homines inſpicit & plectit quicunq; peccat. § Plato li. 4. de legi. car. 3. ut & ſupra. § Deus eſt ò uiri principium finem & media rerum omnium continens, hunc ſemper iudicium comitatur eos qui a diuina lege deſciuerunt puniens, &c. § & li. 10. in med. § Quare nec tu, nec alius optet confidatq; ſe adeo fœlicem fore, ut iudicium hoc deorum effugiat atque exuperet, &c. § Sene. epiſto. 41. facis rem optimam, &c. § Sacer infra nos ſpiritus ſedet, bonorum malorumque noſtrorum obſeruator & cuſtos, hic ita nos ipſe tractat, prout ipſe a nobis tractatus eſt. Bonus uero uir ſine deo nemo eſt. § & epiſto. 95. in fi. petis a me. § ubi ſupra. § epiſto. 107. in medio. ubi illa prud. &c. § Optimum eſt pati quod emendare non poſsis, &

Deum quo auctore cuncta proueniunt sine murmuratione commutari. § episto.119.in fi.quotiens, &c. § Id actũ est, ut ab illo mundi conditore, qui nobis uiuendi iura præscripsit, salui essemus, &c. § Xenoph.li.5.in med.car.89. a terg. § Testor tibi Cyre Deos immortales qui & uident & audiunt omnia, &c. § & lib. de diuina prouid. in prin.not.idem Sen. § Inter bonos uiros & Deum amicitia est, conciliante uirtute, &c. § Tul.lib. 1. de natu. deo. § Quis enim non timeat omnia prouidentem, & cogitantem & animaduertentem, & omnia ad se pertinere putantem, &c. § & li.2.etiam. § Plene autem & perfecte dici existimato prouidentia deorum mundum administrari, & cæ. Nihil est autem pręstabilius Deo, nec uiget quicquam simile aut secundum, ualet ima mutare summis, & insignem attenuat Deus, obscura promens, &c. § Orat.oda.12.li.1. oda. 34. in fin. § Ab eo igitur mundum necesse est regi, etenim si concedimus intelligentes esse deos, concedimus etiam prouidentes, & rerum quidem maximarum. Sic undique omni ratione concluditur mente consilioque diuino in hoc mundo ad salutem omnium, conseruationemque admirabiliter administrari. § & li.3.in fi. § Tu qui Deos putas humana negligere, nõ ne animaduertis ex tot tabulis pictis quam multi uotis cum tempestates effugerint, in portumque salui peruenerint, &c. § Plut. in capti. cap.iam ego, in fi. ut supra. § Est profecto deus qui quæ nos gerimus auditq; uidetque, bene merenti bene profuerit, male merenti par erit. § Orat. oda.24.li.3. § Cœlo supinas si tuleris manus, &c. § Ponta.li.1.de fort.car. 3. § Moderatur autem ac regit Deus quæ existunt, cuncta igitur, & curam habet uniuersorum, cuius nutu uniuersa & mouentur, & perstant. Si genus humanum, &c. At sperate Deos memores fandi atque nefandi. § Virgi.in 1. & in 10. § Omnibus idem. § Tul. in 2.de legi.in med. § Quam multa firmantur iureiurando. Quantæ salutis sint fœderum religiones, quã multos diuini supplicij metus a scelere reuocarit, &c. Cæs. § li.1. belli Gall. § in responsione sua ad Heluetios. Cõsuesse Deos immortales, quo grauius ex commutatione rerum homines doleant, quos pro scelere eorum ulcisci uelint &c. § Hom. in 1.odis.in prin. § Qualiter iam Deos per homines culpantur, & nobis dicunt mala esse, sed ij ipsi suis improbitatibus præter fatum dolores habeant. § Et lib.3.car.3.a terg. § Quoniam non prudentes neque iusti omnes erant, propter hoc ipsorum multi malam mortem consecuti sunt. Non posse omnia. § Pli.d cap.7. Plut.cap.7.de placit.car. 311. § Penasque maleficijs aliquãdo seras, occupato deo in tanta mole, mortemque sibi consciscere non posse si uelit, factum etiam infectũ fieri, mortales æternitate donare, aut reuocare defunctos (adhuc eo loquente

quente

quènte auctore tamen prædicta omnia perfecerat Deus.) § Sene.epi sto.75.in med.epistola tua,&c.Plut.in sua consolat. in fi.Iuuen.sat.13. in med. § Si curant igitur cunctos punire merentes.

4 Sedècontra, Deum nutu omnia regere ut omnipotentem,not.Orat. § oda.1.li.3.carm. § Cuncta supercilio mouentis.&c. § Eccle.cap.23.c. § Quoniam oculi domini multo lucidiores,&c. ut supra. § Plato episto.6.in fi.li.10.de legi.in fi.& car.pen. a ter.in princi. § Ambo deos asseritis scire uidere audireque omnia, nihilque ipsos effugere posse eorũ quæ aut sensu aut intellectu percipiuntur,quinetiam mortalia cuncta uiuentia a dijs fieri possiderique, quemadmodũ & cęlum uniuersum,&c.plura. § Tul.ubi supra.li.2. de natu.deor.in med. § Nihil est autem præstantius Deo. ab eo igitur mundum necesse est regi. nulli igitur naturæ subiectus aut obediens est deus,omnẽ ergo regit ipse naturam. § Orat.li.1.oda.12.Plin.li.27.cap.3.in princi.Cælius.li.1.cap.1. § Qui mare, qui terras uarijsque mundum tẽperat horis.Vnde nil maius generatur ipso. § li.3.oda.4.descende,& cæ.& 6.car.83. § Delicta maiorum,&c.Di multa neglecti dederunt Hesperiæ mala luctuosæ.Non hæc sine numine diuũ,eueniunt. § Virgil.in 2.Home.in 5.Ilia.car.1. de Aenea & Pandaro. § Non hic sine Deo hæc facit.Discite iustitiam moniti,& non temnere diuos,quisque suos patimur manes. &c.

5 Vnde est quod Deum spernentibus aduersa omnia,sequẽtibus prospera,& diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. § Pau ad Rom.cap.8.in med. § Reuelatur ira dei super omnem impietatem & iniustitiam hominum,qui ueritatem & iniustitiam detinent. § ubi supra.cap.1.psalt.cap.1.5.7.Oseas.cap.ult.in fi.Plut.ubi supra.lib. de sera num. uind.car. 352. a terg. § Vnde omnipotens Deus ipse secundũ Chrysippi opinionem,de qua Plut. § ipse in problem.car. 205.& infra, de oraculis. § Dæmonia quædam mala circumire,quibus quasi carnificibus & scelerum hominum ultoribus aduersus impios utentur. Sic lares furiales pænarum exactores,&c. Iustitia ipsa non potest esse sine pietate & ęquitate. § Lactan.lib.5.cap. 15. in med. § Sed quorum natura generis cognitionem, & cæ. nullumque innoxium derelinquens,qui uisitas peccata patrum in filios, in tertiam & quartam generationem. § nu.cap.14.c.Cæs.li.1.Gall.car.5.a ter.in prin. § Deos immortales quò grauius homines doleant, & cæ. § Sene.libr.10. declamat.in prin.car.90. § Sunt dij immort. lenti quidem, sed certi uindices generis humani,& magna exempla in caput regesserunt,&c.Exemplum in Fabijs per Potitios & Pinarios,de quibus Liui. § lib.1.& lib. 9.car.4.fin.a ter.Plato in Critia dial.car.ult.in fi.305.psalt.cap. 36.plu

ribi.

ribi.Home.in 13.odiſ. ȝ Iupiter ipſos ulciſcatur deprecabilis, qui & alios homines inſpicit, & plectit quicunque peccat. ȝ Plato, ubi ſupra.Liui.lib. 5. ȝ de Camillo diſſerente de Lacu Albano.unde prou. de quo Eraſ.Malis ter mala. ȝ Boet.libr. 4.de conſolat. in princip. ȝ Nec ſurdum,nec Tireſiam quenquam eſſe Deorum. ȝ Iuue. ſat. 13. in fi.eius. ȝ Nec ſine pęna unquam eſſe uitia, nec ſine præmio uirtutes,perſpicuum eſt nunquam bonis præmia, nunquam ſua ſceleribus de eſſe ſupplicia,&c. ȝ Orat. Anguſtam,&c.in fi. ȝ Raro antecedentē ſceleſtum deſeruit pede pena claudo,ut ex Pindaro not.Plut. ȝ lib.de ſera numi.uind.car.3. 340. ȝ Soli ipſi definire conuenit, quomodo & quãdo ſceleſtus plecti debeat, &c. Deum ergo conſtat in noxios uindictã agere,uel & in filios.unde Vale. ȝ cap.de negle.religi. ȝ Lento enim gradu diuina procedit ira,&c. ȝ Home. in 4. Ilia. car. 3. per Agamemnonem ad fratrem Menel. ȝ Si quidem ſtatim celeſtis non perficit & tarde perficiet,tumque magnitudine dabunt pęnas cum proprijs capitibus,uxoribusque & filijs. ȝ Plin.d.cap.7. de Deo,in fin. ȝ Verum in his Deos agere curam rerum humanarum, ut ſupra. penasq; maleficijs aliquando ſeras,&c. ȝ Plato in 2.de rep.car.2. ubi de quercu fertiliſsima & apibus,& ibidem a terg.lib. 10.de legi.car. penult.ante.in fin. ȝ Iuſti enim ſi ſimus illæſi a Dijs erimus, ſed quæſtus qui per iniuſtitiam comparantur reſpuemus. Iniuſti autem diuitias parabimus, ſceleribusque patratis illos precibus flectentes a pena liberabimur. Sed enim apud inferos pænas dabimus eorum quæ hic iniuſte commiſerimus,uel nos uel nati natorum,&c. ȝ libr.4.de legi. car.3. ȝ Deſertus autem a Deo, & alios huiuſmodi nactos exultat omnia perturbans, multiſque uidetur minime contemnendus,breui tamen poſtea inculpabili punitus iudicio ſeipſum,domum ſuam, ciuitatemque uniuerſam ſimul euertit. ȝ Plut.li.ut ſupra,de ſera num.uind.car.3.a ter. ȝ Quapropter ſi tarde & lente illum flagitioſos corripere uidemus, non ideo accidit quoniam ob præproperam animaduerſionis celeritatem erroris uel pænitentiæ crimen uertatur. Sed ut a uobis feritatem ac uindictæ impetum aufferat,doceat non ira accenſos, &c. plura. ȝ & inferius ex Euripide. car. 346. a terg. ȝ Crimina ſepeliunt nati ſcelerata parentum. proinde ſi lente diuina procedit uindicta, pænaque improbis debita ſero tandem innoxios effugit haud probe iniquitatem tarditate compenſat.Sequitur & Vale.ubi ſupra.cap.de negle.relig. ȝ & inferius.car.6.fin. ȝ Ratio eſt,de qua Lactan. ȝ lib.8.cap.20. ȝ Si deus quēquam puniret,ſtatim ſupereſſet nemo, quia nemo non peccat, & ſæpe inemendabiles expectatos tandem punit & acerbius. ȝ & capit.22.in fin. ȝ de Sibilla teſtante de Deo ipſo. ȝ & cap.23. Pluta.

d.lib.

d.lib.de sera num.uind.car.3.in prin.& car. 350.352. ibidem. § inter alios Pindarus quoque testatur, peroptimum appellat artificem gubernatorem & dominum rerum omnium deum, utpote ueræ iustitiæ factorem & creatorem, & ex Plato. sententia, omniū bonorum sese Deus constituit exemplar, ut humana uirtus admodum conformis esset habere quem imitetur ita. § d.car.3. a terg. § Cræsum Lydiæ regem at taui sceleribus dedisse pænas refert Herodo. § li.1.cap.8. Pau.in epi sto.ad Hebre.cap.2.b.psalt.cap.8.Gen.capit.1.d. Plutar.ubi supra.car. 352.a terg. § Cæterum non omnia delicta in posteros Deus conuertit, sed cum ex prauo gignitur bonus, &c. Qui uero scelerata natus est stirpe hunc decet, quemadmodum in ære alieno, ita in prauitatis succedere supplicio. § Orat.oda.6.lib.3. § Nullumque innoxium derelinquens, qui uisitas peccata patrum in filios, in tertiam & quartam generationem. § num.cap.14. c. ubi supra. § Delicta maiorum, &c. § Oda.2.Angustam, &c. § Sæpe diespiter neglectus incesto addidit integrum, ut supra. § Tul.li.3.de nat.deo.car.ult. § Eam uim Deorum esse, ut etiam siquis morte pænas sceleris effugerit, expectantur eæ pæne a liberis ac nepotibus & posteris. § & in episto. ad Atticum.li. ult.car.1.penult. §

6 Quos amat Deus, hos castigat, probat, indurat, exercet. § Sen. li. de mundi gubernat.cap.de prosperit.in med. car. 137. § Hos itaque Deus quos probat, quos amat, indurat, recognoscit, exercet; Eos autem quibus indulgere uidetur, quibus parcere, moles uenturis malis seruat. Erratis enim si quem iudicatis exceptum. Sed ueniet ad illum diu fælicem sua portio. quisquis uidetur dimissus esse, dilatus est. Quare deus optimum quenque aut mala ualitudine, aut luctu, aut incommodis afficit, &c. Ratio est, de qua in uer. Boni uiri, &c. § ita Paul. in episto.ad Hebreos.cap.12.in med. § Quem diligit Deus corripit, castigat, flagellat, omnem autem filium quem recipit, & cæ. § Apocal.3.in fin. § Ego quos amo, arguo, & castigo. § prouer.cap.3. § Quem enim diligit dominus corripit, & quasi pater in filium complacet sibi. § d.capit.12.b.in med. §

7 Deos antiquos exprobrando confutat Tul. quamuis & cerimoniarum antistes & augur. § lib.de natu.deo.& in epist. sua ad Catonem. lib.15.epist.famil.Lactan.li.1.cap.15.in med.qui hoc refert, & in cap. 17.in princ.lib.2.cap.3.in princ. § intelligebat Cicero falsas esse quæ homines adorarent, nam cum multa dixisset ad euersionem religionis suæ, ait tamen, non esse illa uulgo disputanda, &c. § & lib.5.cap.21. in fi. § Qualis hæc religio, aut quanta maiestas putanda est, quæ adoratur in templis, illuditur in Theatris? &c. § lib.8.cap.10.in med. §

Statuæque Dijs ipsis positæ ligneæ aut fictiles erant tantum. not. Plin. §lib.34.cap.7.in princ.Orat.libr.3.oda.6.§ Delicta maiorum fœda nigro simulacra fumo. §Pli.item lib.12.cap.1.in princ.lib.13.cap. 5.in fi.lib.14.cap.1.in prin.§ Simulacrum Iouis exuite, §libr.15. cap.7.in fi.§ ex ebore Saturno §lib.16.cap.14.in med. li.35.cap. 11.in med.§ de Ioue per Tarquinium regem.lignea aut fictilia Deorum simulachra in delubris, &cæ. Pausan. §lib.1.in fin.car.antepen. in fi.lib.2.car.68.in med.& in fin.§ Vetustissimi Græciæ scriptores, quos imitati sunt Romani, Euhemerus, ac Ennius, eorum natales, coniugia, progenies, imperia, obitus, simulachra demonstrant,&c. & secutus eos Tul. §lib.de natu.deor.3.&c.Plin.d.cap.7.& alij,ut infra. Tul.lib.2.in med.§ ubi de Luna & Venere. Videtis ne igitur, ut a phisicis rebus bene atque utiliter inuentis, tracta est ratio ad commentitios & fictos Deos. Quæ res genuit falsas opiniones, errores turbulentos, & superstitiones pene aniles. & formæ enim sunt Deorum nobis & ætates, & uestitus ornatusque noti sunt, genera præterea, coniugia, cognationes, omniaq; traducta ad similitudinem imbecillitatis humanæ, nam & perturbationes animis inducuntur. Accipimus enim Deorum cupiditates, ægritudines, iracundias. nec uero (ut fabulæ ferunt) bellis, prælijsque caruerunt, nec solum (ut apud Home.) de quo Plato §lib.2.de rep.car.penult.a terg.in med.de hoc eodẽ, lib.3.car.2.ante.§ Cum duos exercitus contrarios alij Dei ex alia parte defendere, sed etiã ut cum Titanis & gigantibus sua propria bella gesserunt, hæc dicuntur & creduntur stultissima,&c. Quid & Deos concedere Iunonem cũ Ioue cubituram, primum a corpore sordes omnes purgauit, crines pectens manibus, capillos plicauit fulgidos, &c. reticulo desuper uelauit,&c. Vnde Horat.in poet. Nec Deus intersit fabulæ,&c. §lib. sec. epist.in prin.§ de Augusto. post ingentia facta Deorum in templa recepti. liber pat.& cũ Castore Polluix & Romulus. fragilis & laboriosa mortalitas in parte ista digessit,&c. Ideoque etiam publicæ febri fanum in palatio, orbonæ, contumeliæ, ac malæ fortunæ, & cæ. Matrimonia quidem inter Deos, puerilium prope deliramentorum est. Simulachrum Herculis per Tyrios aurea deuinctum cathena. § Plut. in Alexandri Mag. uita, car.4.in fi.Curt.lib.4.car.7. a ter.§ Dianam Pria pinã refert Plut.etiam §in uita Luculli.car.4.ante 182.in prin.§ Angenoran silentij Deam. not.Sempro.lib.de diuis.Ital. §car. antepenult.& infra.§ Sed super omnem impudentiam adulteria, suspensiones cum incudibus ad torturam. §Hom.li.15.Ilia. in prin.§ in Iunonem iurgia, odia furtorum & scelerum numina. §Plin.d.car.7. lib.16,cap.ult,in fi.Tul.in 2.de legi.car.322.§ timori, morti, risui.

§Plut.

§Plut.in Agidis uita. Pli.lib.17.cap.9.lib.10.cap.28.in prin.§ Cloacinæ item Deæ uel & stercul. Macrob. §lib.1.car.7.in med.Ioseph. lib.9.antiquit.cap.20.§ Achorem muscarum Deum. §lib.29.cap. 6.in prin.§ Venerem armatam. §Plut.in apophtheg.loco.in fi.car.antepenult.182.a tergo.§ de Spartiatis, Armatam Venerem colentibus,tres Veneres ligneæ in Thebanorum templo positæ, una celestis, altera popularis, tertia aposthrophia dicta.not.Pausan. § libr.9.car. 355.in med.§ Venerem Deum barbatum.Macrob. §lib.3.Satur. cap.8.in prin.§ ut de eius historia Lactan. §li.1.cap.20.in med.§ Iouique pistori, Deam fornacem, Deam uel mutam, Deum terminum, Deum Priapum qui asellum interemit, quia &c. §ubi supra cap. 21.§ Deam uiriplacam,Veneremq; Verticordiam. §Valer.cap.de instit.anti.cap.Quæ cuique mag.contig.§ Iunonem monetam, Aium locutium, §cap.de miracu.§ Hæres dea hæreditatum. §Ponta. in primo de aspirat.car.19.ante.§ Fortunã uiscatam. Plut. in problem.car.209.a terg.280.a terg.li.etiam de fortuna Rom.ubi de§ Venere masculina. §car.eius.7.in fi.Agrip.capit.54.§ Quid nequius, & quid ultra? §Macrob.lib.1.Saturn. capit.2.Fului.antiqu.lib.5.in in princ.car.189.ante.133.§ Dij magni,minuti,& patellarij. Plaut. in cistell.cap.credo.car.128.a terg. Cęlius.libr.2.cap.3.in Casina.cap. unica ædepol.car.119.a terg.§ Tu istos minutos Deos caue floccifacias. §Metham.lib.1.in Daphne.§ Ne de plebe deo. §de Ioue. car.3.in fi.plebs habitat diuersa locis.§ Eras.prouerb.Ollaris Deus. §Horat.lib.1.oda.10.in fi.§ in Mercurium. Superis deorum gratus & imis §lib.3.oda.23.cęlo supinas.§ Paruos coron. marino rore Deos. §Cęlius li.2.cap.3.ubi supra,§ Audaciæ & pauori. §Apia.in Lybico,Sen.libr.de beata uita car.penul.§ Si uestras allucinationes fero,quẽadmodum Iuppiter opti. maximus,ineptias poetarum, quorum alius illi alas imposuit, alius cornua, alius adulterium, alius iniquum in homines, alius raptorem ingenuorum corruptorem & cognatorum quidem, alius parricidam & regni paterni expugnatorem, quibus pudor hominibus peccandi demeretur. §Iuuen. Sat. 12. in fi.tantis digna Deis.Sat.13.car.2.a ter.§ prãdebat sibi quisque Deus, nec turba Deorum talis ut est hodie, Nouensiles deos & Indigetes. §Liu.li.8.ubi se Decius deuouit in prælio.§ Deorũ quorumcunque inductionem examinat reprobans & Lactan. §libr.1.cap.15.& cap. 17.& cap.20.lib.5.cap.21.in fi.§ Quinimo etiam meretrices eorum famosas in Deas coluerunt,Venerem,Floram,Larentiam,Faulam,&c. de quibus supra in suo cap. §Sen.epist.110.Ex momentan.§ Vnicuique nostrum pedagogum dari Deum non quidem ordinarium, sed

hunc inferioris notæ ex eorum num. quos Ouid. ait § de plebe deos. lib. suo in Ibim. § Vos quoq; plebs superum Fauni Satyriq; Laresq;, &c. Denique ab antiquo diui ueteresque nouiq;, &c. de ijs etiam Pausan. § li. 8. car. 2. uel 287. in med. §

Allegoricam eorum interpretationem, declarat Plato in Crat. Tul. § in 3. de natu. deo. late Diodo. lib. 2. & lib. 6. Macrob. libr. 1. car. 259. Lactan. lib. 1. cap. 11. plura. Cæli. lib. 2. cap. 3. §

Domitianus Imper. Aſceletarionem mathemat. ſciſcitans de fato u-trorunque ipſorum,reſpondit fore ut ipſe laceraretur a canibus, quod treprobaturus Impe.ipſum iuſsit interfici & diligenter ſepeliri.Sed repẽ ina tẽpeſtate deiecto funere, ſemiuſtum ca d auer diſcerpſerunt canes. § Suet.in eo. cap.denique. §

Veſpaſiano reſponſum fuit eſſe in fatis, ut eo tempore Iudæa profe-cti rerum potirentur. Item oriturum quandoque ex Hiſpania principẽ dominumque rerum. § Suet.in Galba.cap.per octo annos, & in Ve-ſpaſi.cap.Claudio principe.car. 318. §

Antigonum Ariſtoboli regis fratrem per templum tranſire miratus eſt Eſſeus diuinator,quum præuidiſſet iam ad Stratonis pyrgum eſſe pe-riturum inde diſtantem, ſed ſubinde tamen nuntiatum fuit alium ad lo cum Stratonis pyrgum iuſſu regis per inuidiam cædi iuſſum ipſum An-tigonum. § Ioſep. lib.1. belli Iud. cap.8. §

Herodi puero prædixit Manaemus Eſſenus, eum regem Iudæorum fæliciter futurum,ſed ſeruum. § not.Ioſep.li.15.antiqu.cap.10.in fi.

Ninam urbem nunquam capi poſſe progenitoribus reſponſum da-tum,niſi cum Fluuius urbi hoſtis fuiſſet, obſidione biennium perſeuerã te per Arbacem in Sardanapalum imbribus excreſcente flumine, par-tem urbis inundante,& murorum partem deijciente,urbs capta. §Dio do.lib.3.car.4. in fi. §

Biſantium capi non poſſe niſi per Angelum, Mirtillo Imper.dictum fuerat,unde per Francos & Venetos claſsibus oppugnatum & captum per Turrim Angelum continentem. § Aemil.in Phil.2.Franc.rege,an no.1200.car.268. §

Vitellio expoſitum eum diu imperaturum ſi matri ſuperſtes extitiſ-

ſet,

ſet,per Catham mulierem. ʒSuet.in eo.cap.pronus. in fi. ʒ

Anton. Caracalla Imper.per Maternianum requiſitum de ſeipſo animaduerſus Macrinum inſidiantem medio tollendum, litteris anticipatis & prælectis in curia Imper.tunc aurigantem, Vnde interfectus ipſe. ʒ Herodia.lib.4.car.pen. ʒ

Dioclitiano prædictum,Imperator eris cum Aprum occideris, per Druyam mulierem in Gallia,interfecto Apro præfecto prætor.cognitũ fatum. ʒ Vopiſ.in Carino.car.227.Pompo.Let.lib.1. in prin. ʒ

Federico Barbaruſſæ Imper. prædictum ſibi moriendum ad mare, ſed aquam cidnum pertranſiens paruam,corruente eius equo deturbatus perijt. ʒ Blon.lib.16.car.4.a terg.Corius.car.71.Machia.libr.1. car.16.hiſtor. ʒ

Federicus ſecundus Impe.per ſpiritum obedien.cognouit,in Florentino ſe moriturum, apud Luceriam morbo deceſsit in Florentino oppidulo. ʒ Blon.lib.17.car.127.in fi.Colenut.lib.4.car.101. ʒ

Henricus ſecundus cognomento Barbanigra, de quo Blon. ʒ lib. 13.car.5.in princ. ʒ Conradi Imperat.filius tunc natus, interfici iuſſus,deliteſcens nutritus, iterum per litteras ab eo delatas trucidandus, alterata per ſacerdotem commiſsione, in litteris filiam deſponſandam iuſſus ad imperium euaſit. ʒ Cori.in Imperat. car.antepenul.in Conrado Sueuo. ʒ

Ezzelino de Romano Lombardiæ tyranno dictum fuit per ſpiritum obed.eum moriturum ad Aſſanum,quod fuit Caſſanum non autem Baſſanum,ubi & prælio fuſus,uulneratus,captus deceſsit. ʒ Cori.libr. 2. car.117.ex Blon.lib.18.car.3. ʒ

Antari ueneno ſublato Agilulphus dux Taurin.electus per Theudelindam in maritum & regem fato pronuntiante permittentibus Longobar.ducibus. ʒ Blon.lib.8.in fi.car.4.fin.Cori.lib.1.car.15.in prin. ʒ

Athilæ Hunnorum regi potentiſsimo aduerſus Etium ducem ſolertiſsimum dimicaturus cognouit ſciſcitans, ipſum in exercitu hoſtes inductorem detrimẽtum paſſurum,&c. quod in Theoderico Gothorum rege contigit euenire. ʒ Pau.Diaco.lib.15.car.2. ʒ

Liſandro(ut Plut.in eius uita.car.ult.a ter.) dictum fuit,Iubeo te deuitare ſonantem Armatum, &c.

Pelagum Epaminundæ duci acerrimo deuitandum prędictum, ſed non mare aut nauigia, ſed ſaltum eius nominis. ʒ Pauſan. libr.8.cart. 298.in prin. ʒ

## DE VIRIS FELICIB.

Fælix habitus præter Syllam & Gigem, Athenienſis Thellus,de quo Herod. ʒ lib.1.cap.3. ʒ Vbi de Creſo rege Solonem interrogan-

te, Quem ipso feliciorem qui filios & nepotes educauit maxima prospe ritate, uictoriamque de hostibus obtinuit dimicans, interfectus solenni ter sepulturæ traditus. Cleobis inde & Bicon qui matrem ad sacra pie pertraxerunt, &c. ubi supra. de Aglauo. § Plin. lib. 7. cap. 46. §

## DE FIDVCIA.

Fiduciam præsetulit Africa. Scipio prior, qui speculatores captos ad se perductos Tribunis milit. traditis, omisso metu, omnia uisere permisit per castra, speculatisque quibuscunque liberos abire iussit. § Liui. libr. 30. car. antepenul. ante. Apian. in lybico. car. 246. a ter. Dion. lib. 50. in prin. car. 5. §

Octauius pariter Mesium Antonij hostis speculatorem & condemnatum & captum lustrari omnia permisit & liberauit, ubi supra. Nummos argenteos expresit nota Syderis Capricorni ad Imperium successurus per Theogenem mathemat. sibi prædictum. § Sueto. in eo. cap. & quoniam. in fi. § Militarem seditionem cõpescuit. § Apia. lib. 5. car. 182. uel 6. §

Xerxes item in Græcos. § not. Plut. in apophtheg. car. 2. uel 123. § speculatores sine iniuria liberos permisit abire.

Lucium Antonij Triumuiri fratrem bello pressum, ad eum deprecandum peruentum, in congressu sese illius permittente arbitrio, uti reum solum & aduersarium admisit, liberauit, & legiones deditas accepit. § ubi supra. car. 190. §

Alexan. Mag. milites. 13. seditiosos inermis, duxit ad supplicium. § Iusti. lib. 12. car. 2. in fi. Curt. lib. 10. car. 149. ante. Arria. lib. 7. in prin. car. 293. §

Alex. item Rom. Imper. Seuerus, exauthorata legione seditiosa, authores cædi, & interfici coram iusit. § Lamprid. in eo. car. 132. in fi.

Iulius Cæs. nunquam tumultuantibus cesit, sed obuiam semper iuit, legionemque ad Placentiam cum ignominia missam fecit, cum Pompeio tamen bellum persequens. § Suet. in eo. cap. seditionem. car. 40. Dion. lib. 41. in med. car. 103. Apia. lib. 5. car. 182. §

Auidius Imper. in seditione exercitus procesit nudus inermis, & milites compescuit. § Volcat. in eo. car. 234. §

Tigranes Iuuenis cum Pompeio non ualens bello contendere, supplex ad ipsum profugus, ad quem & pater ipse omnia eius fidei permittens, ueniam impetrauit. § Apia. in Mithrid. in fi. car. 7. fin. §

Emericus Bela rege Vngar. patre defuncto, succedens in regno, Andrea fratre bello contendere adnitente, inter acies hostiles & certaturas, solus regio amictu procedens, improperans obuios, adeo est operatus, ut Andreas frater a suis obtruncatus fuit. § Blon. lib. 16.

in

in med. car. 6. ante. §

Tucia uirgo Vestalis incesti accusata immærens fiduciæ plena, cribro aquam ex Tiberi haurire non dubitauit. Vesta Dea ad hoc implorata. § Valer. cap. Infames rei.

Coriolanus Martius exul patriæ factus, ad Tullum Antidium Volscorum principem se contulit incognitus Rom. hostem se illi dedens, offerens in patriam quæcunque acturũ, &c. § Plutar. in eo. car. 4. in prin. In apophtheg. car. 123. Liu. lib. 2. car. 15. §

Laurentius Medices Florent. primarius, inuidia laborans in conciues 1479. ad hostem Alfonsum Neapolit. regem profugit ignotus, cum quo se ipsum reconcilians, & urbem seditione liberauit, & cum rege hoste amicitiam inijt. § Ponta. lib. de prud. 5. car. 4. in prin. Guizard. lib. 1. car. 54. a ter. §

Otho ex Neronis familiaribus, repetundarum reus, ante impetratam absolutionem, senatui gratias egit. § Sueto. in eo. car. 2. §

Nerua coniuratis gladios obtulit. § Dion in eius uita. car. 2. in prin. §

Anton. Philos. Imp. Innocentiæ innixus, Templum Eleusinæ Cereris adijt, in quem intrare non audebant noxij. § Capitol. in eo. car. 50. ante. §

Domitius L. Scipionis legatus, in Antiochum regem hora uespertina recusans certare, mane sequenti prælium inijt, & uictoriam obtinuit. dicens, hora non sufficit, &c. § Plutar. in apophtheg. car. 144. in fi. §

Seuerus Imp. furentibus militibus ex seditione fugere, persuasus a suis occurrere maluit, sperans animos placaturum. Vnde non pallidus, non supplex illis uerba fecit, aliquosq; reuocauit, cæteri interfecti fuerunt. § Herodia. lib. 2. car. 6. §

Sergius Pontif. Ludouicum German. regem nimis ferocientem, re dargutum admisit dicens, Si pacatus ades, patebunt fores, &c. § Aemil. in Carolo 2. rege Franc. 25. car. 118. ante. §

Nicolaus Picininus Perusiam intrauit hostilem, magistratus salutauit, pecuniam impetrauit, exactores præposuit. &c. § Blon. lib. ult. car. 4. fin. §

Ferdinandus Neapol. rex cedere coactus regno Carolo octauo Frãcorum regi, Isclam insulam intrans, arcem petens, Iusto præfecto renitente, uerbis appellans blandis, solum admitteret, admissus, gladio cæteros uultu regio fiduciæ pleno admittendos coegit. § Iouius li. 2. histor. car. 53. a ter. §

Fortitudo animi, not. in uer. Animi moderatio.

Fortitudo Corporis, in uer. Qui fortiter infra.

## DE GRAVIB. DICTIS.

Grauiter dictum fuit Trasibuli per coniurationem interfectis tyrannis Athen. triginta, qui respondit, Dij faciant ut quantas ipse illis debeo gratias retulisse uidear. § Valer. cap. de piet. in patriam. §

Si huius consilij mei tunicam interiorem consciam esse sensero, eam continuo cremari iubebo. De Cecil. Metello Valer. etiam § cap. de stratagem. Plutar. car. 160. & in apophtheg. car. 148. a ter. Plin. lib. de uiris Illust. num. 61. §

Iulio Cæsari dixerunt milites, si bonum feceris pęnas dabis, si malũ, diu regnabis. § Dion. lib. 43. in med. car. 142 a ter. §

Alex. Imp. Rom. obiectum quod potestatem Imperij molliorem & contemptibiliorem fecisset, respondit, At securiorem & diuturniorem. § Lamprid. in eo. car. 119. Valer. cap. de animi moderat. in fi.

Pereant liberi mei si magis amari merebitur Auidius quàm illi. Respondit Verus Impera. in irritantes contra Auidium sibi amicissimum. § Volcat. in eodem. Auid. car. 2. uel 233. §

Hircanus Iudæ. rex, Sacerdot. princeps de se per inuidiam male audiens respondit: Scitis me uelle recta uia omnia agere Deo & uobis placita, si me autem peccantem uideritis & deuiantem reuocate atque corrigite. § Iosep. lib. 13. antiqu. cap. 17. in med. §

## DE HVMANITATE.

Humanitate nitens Iulius Cæs. per siluestre iter comitantem Opiũ subita ualitudine oppressum & correptum diuersorio cessit unico, iacuitq; ipse sub diuo. § Suet. in eo. cap. amicos. car. 41. ante. § Quæ autem sit humanitas proprie. § notat gel. lib. 13. cap. 16. §

Augustus Antonio superato, & Cleopatra, filios uictor conseruauit, & eos pro conditione cuiusque fouit. § Sueto. in eo. c. Ab actio. in fi. car. 62. §

Audaciam cuidam auxit dicens, quasi Elephanto stipem. § capi. Domini. car. 92. § Cinnam ex coniuratis conuictum reconciliauit in amicum &c. § Sen. lib. de clem. 1. cap. Diuus Augustus. car. 93. ante. lib. 3. de Ira. car. antep. a ter. in prin. 133. §

Timagines histor. Scriptor mordax, admonitus, moderatior ut esset, perseueranti Domo interdixit tantum.

Pompeius Tigrani superato & procumbenti, diadema reposuit in caput. &c. § Plutar. in eo. Eutrop. lib. 6. car. 58.

Persea debellatum procumbentem ad pedes, non admisit Pau. Aemil. Cons. uictor, sed in sella apud se collocauit. § Plutar. in ipso. Eutrop. lib. 4. car. 47. Plin. lib. de uiris Illust. num. 56. §

Alex. Mag. Darij regis debellati hostis fortunam lachrimis prosecutus est, uxorem defunctam, fletamque solenniter humauit. Captiuasque filias ut reginas habuit, eas consolatus, omnia quæ ex Dario imperante insignia dignitatis assecuturas, militem torpentem adiuuit. § Iusti.lib.11.in med.lib.12.Plutar.in eo.car. 4.ante.in med. Curt. lib. 3.car. 13.lib. 8.car. 108. in fin. Arria. lib. 3.car. 135. §

Traianus Imper. amicorum conuiuia frequentabat, quatuor uix comitantibus, & sine Satellite diuertebat. § Dion. in eo. car. 3.in fi.

Adrianus Imp. præter humillimam uestem &c. amicos frequenter uisitabat. § Spart. in eo. car. 25. in med. §

Xerxes, quamuis superbissimus fleuit super turbam milit. quod infra centum annos esset futura nulla. § Sen.lib.de breuit. uitæ. car.3. in fin. Valer.cap.de cupid.uitæ.in fi. §

Vespasianus Imper.hostis Vitellij filiam maritauit & dotauit splendidissime. § Suet.in eo.cap.offensarum.car.324.a terg.Ponta.lib. 1.de sermo.car.pen.de alijs talibus. §

Totilas Gothorum rex Neapolim expugnatum ingressus, neminem malo affecit,cibo laborantes adiuuit,& ciues,& milites abire desiderantes permisit,& nauigia concessit. In suos etiam obseruans seueritatem cum ipsa humanitate. § Blond. libr.6.car.1.a tergo. § Obsidione pressos bestijs ad eorum sacra perficienda donauit.

Antiochus Soter Syriæ rex amplissimus in Iudæos, propterea dediderunt sese,quibus etiam benignitate usus est,&c. § Plut.in apophth. car.133.a terg.Iosep.lib.13.antiqu.cap.15. §

Balduinus Hierosoly.rex primus,Arabia uastata, gregibus abactis, Philarchi uxorem grauidam in captiuis ducens parituram in itinere suffragatus est. § Aemil.in Phil.1.Franc.rege.38.car.2.uel 195.in fi. §

Alfonsus Neapol.rex & Carolus Nauarræ princeps } procumbentem asinum in ceno & rusticum,adiuuit Senem ipsemet & subleuauit,sordidis opem ferre hominibus non dedignabatur. § Ponta. libr. de benefic.car.antepen.a terg.120. in fi. § Conseruandam humanitatem,& in Seruos senio confectos ,uel equos, uel canes præcipit Plutar. in Cato.super. § car.2.in prin.uel.110. §

## DE HVMILI LOCO NATIS.

Humili loco nati clarissimi euaserunt etiam, Q. Pompeius, L.Fimbria, Aemi. Scau. P. Silla, C. Marius, C.Cælius,& ipse Cicero,Lælius, Sultanus,Mutius,Sfortia,Maximinus, Tamburlanus,Maumethus, &c. de quibus infra.plures refert,& not.Plut. § lib. de fort. Roma.car.3. uel 276. Tul.in ult.eius Verr.in fi.car.267.in fi.in oratio.pro Murena. c.129.Ponta. libr. de fortu.cart. 267.283.276.298. libr.12. de rebus celest.

celest.car. 278. uel quarta. §

Agatocles patre figulo natus Siciliæ tyrannus factus est, meritoriam egit pueritiam, Latrocinijs inde deditus & seditionibus, piraticam exercuit. primates ciuitatis interfecit, urbem occupauit, per Carthaginenses obsessus grauiterque pressus, temerario conatu, sed necessario, in Africam traiecit, cum exercitus portione in Hannonem Carthag. ducem confluxit, quem prælio superauit, & iterum uicit. Superatus & ipse Siracusas profugit, &c. § Iusti.lib.22.23. §

Agrammes potentissimus rex ad Gangem flu. Tonsoris filius fuit, exercitum regens equitum.20.mill. peditum. 200.mill. Elephantos.3. mill. necatis regis pueris, se regem constituit. § Curt.lib.9.car. 3. §

Arnulphus obscuro natus loco in regem Franc.assumptus, deposito Carolo ex desidia, in quo cessauit imperium post annos centum a Carolo Magno amplissimo Imperat.anno Christi. 895. § Blond.libr.12. in med.car.76. §

Aurelianus Imper. Syrmij natus uel in Dacia, aut Mæsia, humillimo tamen loco, per militiæ gradus ad imperium euectus, multa gessit prælia, Zenobiamque Odenati uxorem prælio acerrimo superatam cepit, &c. § Vopis.in eo.car.1.in fi. Eutrop.lib.9.car. 77. §

Basilius Macedo, ex captiuo ad Imperium euectus est. Cuius nec patria est cognita. Saracenos tamen prælio nauali superauit pridẽ uictus, post annos.20. eius imperij, per ceruum in uenatione ictus occubuit. § Blond.lib.12.car.66.a terg.in med. Egnat.in Imperat.nu.89.car.28. a terg. § Is fuit qui D. Venetis bello adiutus, titulis illustribus ornauit, donatus & ipse Cãpanis duodecim, tunc primũ uisis in ipsa Græcia.

Bonosus Imper.ex trig.tyrannis ultimus, de quibus Spart. § cart. 274.a ter.§ Homo fuit Hispaniensis Britannus, rhethoris filius uel pedagogi, duxit ordines milit.& Ducatum. Bibacissimus fuit & securus a uino, &c. Imperium occupauit, tenuitque quandiu, &c.

Castrutius Castraca. incertis parentibus natus quia expositus, altus, & educatus, in magnum Italiæ ductorem sui temporis euasit. Lucæ dominus factus, & Pisarum ex captiuo, & aliarum Ciuitatum. Florentiam pressit obsidione, fatigatus denique morbo perijt. § Blon.lib.19.histor.car.4 fin.& car.ult. Machia.lib.2.histor.car.50. 52. & libr.de eius uita. Cori.lib.3.car.204.205. §

Catamelata furnarij filius in Cotignola Narniæ, tunc armis deditus, maximus euasit dux in rebus Italiæ, & Venetorum Impera. præclara ædidit facinora in armis. § Ponta.plura, ubi supra de fort.1.car.267. lib.12.rerum celest.car.4.a ter. Blon.lib.de Ital. Illustr.car.129.a tergo lib. 28.in fin. 29.car. penul. Machia.lib.5.histor.in prin. §

C.Cælius

C. Cælius item per summas inimicitias & labores est adeptus amplissimos honores. § Tul. ubi supra,& in oratio. pro Murena.car.5.pro Sylla.car.5. §

Cicero ipse Arpinas, ut Marius, litteris deditus & patrocinio amicorum, consulatum adeptus est, quo pater patriæ declaratus solus ex Togatis propria industria & labore. § Flo.lib.102.Plutar.in eo.plura.Salust.in Catili.Dion.lib.38. § Patriæ & eloquentiæ pater dictus. § Iuuen.Sat.8.car.ult. §

Curtius Ruffus gladiatoris filius, Africæ Procons. creatus, ut sibi muliebri spetie prædictum fuit, Tu es Ruffe, qui hanc in prouintiam uenies. quæsturam, inde præturam adeptus, Consulare Imperium, Triumphi & insignia, Africam denique sortitus est. &c. § Tacit. lib.11.car.3.Plin.lib. 7.Epist.27.in prin. §

Christophorus Pontif.121.sine cognatione,sine patria pontif. creatus inde & deiectus. § Dion.lib.48.cap.254.

Dauid de pascuis sequens gregem assumptus in regem Israel. § li. 2.reg.cap.7.b.cap.2.b. Iosep.lib.6.antiqui.Iuda. cap.9.& cap.ult.li.7. cap.1.cap.4. §

Euripides Poeta primum gerulus,filiusque olera uendentis, inde inter athletas uictor in ludis Olympia.Tragedus euasit maximus. §Gel. lib.15.cap.20. §

Herodes plebeius in regem Iudeorum assumptus. 37. regnauit annis maximis abusus diuitijs. § Iosep.li.17.antiqu. cap.10.li.14.cap. 20.in fin.lib.1.cap.ult.in fi.belli Iud. §

Iephthe golaadites, § de quo libr. Iudic.cap.11.in prin. § meretricis fil. fuit,uir fortissimus,acerrimus pugnator, a filijs pulsus,inopes congregauit,& latrocinātes, quorū dux creatus plura perpetrauit.

Ioannes.19.Pontif. 147.nullius etiam fuit cognationis aut patriæ, Pontifex tamen.

Iphicrates Sutoris fil. omnibus contēptui erat,hostē uulneratus correptum transtulit in Triremem suam, unde clarus euasit,dicens obiurganti suam ignobilitatem, meum genus a me incipit, tuum in te desinit. § Plutar.in apophtheg.car.135.ut Cicero in Salustium. &c.

Mandrones Imperatoriam est adeptus dignitatem ex nauiculario. § not.Eras.prou.700.§ fuit & Mandroni ficulna nauis.

Mauritius primo notarius,post & comes excubitorum, Inde Cæsar,& Imperator Constantinop. factus. § Blon. libr. 8.cap. antepenul.a tergo. §

Macrinus Opilius post Caracallam arripuit Imperium humili natus loco, omnibus odiosus ac etiam deformis, libertinus & seruilis ui

ræ uenalisque, foro operam dedit & causis, uenator fuit, inde tabellio & aduocatus fisci, præfec. prætor. Imperium denique assumpsit. &c. § Capitol. in eo. car. 2. & 3. §

Maximinus Trax matre Gothica & Alana, fuit primum pastor, inde latronum insidiator, Corpore magnus, decorus facie, asper moribus & superbus, Lixas. 16. superauit uno actu, cursu strenuus, Lucta septē fortes superauit, Seueri Imp. stipator factus, inde Tribunus, post & legionem accepit erudiendam exercendamq;, Ducatum accepit etiā, post & Imperatorem se constituit interfecto eius fraude Impera. Alex. Mammea Optimo Principe. § Capitol. in eo. car. 1. sec. &c. §

Maximus cum Balbino in Maximinum Imp. hostem iudicatum ob sæuitiā in omnes Imperator assumptus est, faber primo ferrarius uel uectarius, Tribunus milit. factus, inde prætor proconsulque in Bithinia Græcia & Narbone, Sarmatas & Germannos bello presfit, præfectus urbis lectus denique & Imper. § Capitol. in eo. car. 2. & 3. §

C. Marius Arpinas, ut & Cicero, pauper & mechanicus, post aliquot repulsas septem consecutus est consulatus, reipu. columen aduersus Cimbros, & Teutones. Inde pernities in ciues crassans ab immensa sæuitie. Africam subegit, Iugurtam cepit prælio fusum, Barbaros dissipauit, proscriptus ciues proscripsit. § Tul. in Verr. ult. car. antepe. in fin. Flor. lib. 66. 67. 68. 69. in Epitho. li. 1. cap. hoc deerat unum. Iuuen. Sati. 8. c. ult. § Solus trepidantem protegit urbem, in Cimbros certans. & Marius alius ex 30. Tirannis septem de quibus § Spartia. car. 255. § faber primum ferrarius triduo tantum imperauit & occisus est, fortis corpore fortissimum quemcunque uno tantum affligebat digito. &c.

Mutius Sfortia Cotiniolæ natus, sordido ex uiro, solertissimus euasit militiæ ductor. § Ponta. lib. 12. rerum celest. car. 4. a ter. §

Nicolaus Picininus Lanionis fil. (ut & Varro cons. in clade Rom. ad Cannas fusus per Annibalem) uirtute se extulit bellica, ut præcipuus fuerit illius temporis in Italia ductor sub duce mediol. præsertim, perusinus brachianæ factionis. § Blon. lib. 22. car. 2. Cori. in eo. Ponta. lib. 5. de Sermo. car. antep. in fi. lib. 2. de fortit. car. 80. & lib. 12. ubi supra. car. 4. §

Nicolaus quintus Pontif. max. 216. Ex infima qualitate creatus, sed uirtutibus clarus, modestus, nulla ambitione uexatus, se dignum præstitit tanto principatui.

Numa Pompi. ex Sabinis ortus, in regem accitus, & precibus hortatus per oratores Rom. § not. Plutar. in equita. car. prima. & lib. de fort. Alex. car. 2. Liu. li. 1. car. 3 supra cap. Qui coacti. a tergo. §

Paulus Aemil. paupertate pressus, repulsas aliquot æquo animo passus, plures obtinuit dignitates, consulatus, ac uictorias in hostes, & in Persem Macedo. regem, quem prælio fudit, insecutum cepit, & in Triumphum duxit, cum immensis opibus & præda abactus, ex quibus in nullo ditior factus est. § Plutar. in eius uita, car. 1. lib. de fort. Roma. car. 276. Valer. cap. de abstin. §

Paulus Nouæ dux Genuæ creatus, serici tinctor, infimæ plebis. § Guizar. lib. 7. car. 361. §

Pertinax lignario patre Imp. creatus, natus in uilla mortis, præfectus cohortis factus, inde diuidendis alimentis præficitur, inde uexillis regendis, consul post designatus Mæsiam rexit utranque, & Daciam, Syriam, & Britanniam, proconf. Africæ factus ad Imperium accitus est per Letum & Electum. § Capitol. in eo. car. 2. § Pius sec. Pontif. creatus ex pedagogo Senensi. § Plati. in eo. Cori. lib. 6. car. 406. §

Q. Pōpeius pluribus consecutis magistratibus consulatu & censura, in controuersijs uilibus, iussu & opera Pompeij magni interfectus est. § Tul. in d. Verr. 7. in fi. car. antep. Flor. lib. 59. 77. Valer. de ui & sedit. Apia. lib. 1. in med. car. 22. ante. §

Prothagoras sophistarum acerrimus ligna primū baiulans & onera ad mercedem, in studijs doctissimorum egregium nactus est nomen, de quo Plato pluribi. § Gel. lib. 5. cap. 3. §

Ptolemeus Gregarius miles in exercitu Alex. mag. post eius mortem diuisis inter ipsos prouintijs Aegyptum obtinuit Africæ Arabięq; partem cum Alexandria. Vnde breui magnas parauit opes. § Iusti. lib. 13. in fi. Plutar. in eius uita. §

Pupienus ignobilis genere præfectus tunc urbis, plurimas gessit dignitates, uirtutibus clarus aduersus sæuitiam Maximini cum alijs creatus Imp. § Capitol. in Max. car. antep. §

Renatus ex comite Narbon. uirtute bellica regiam adeptus est dignitatem, & Neapoli regnauit, picturæ semper deditus. § Ponta. d. libr. 12. car. 4. lib. de fort. ubi supra. Colen. li. 6. in prin. car. 181. Blon. li. 28. in princ. car. 220. Cori. car. 257. Aemil. in Carolo 7. rege 53. car. 465. §

Sandrocottus humili genere natus, maiestate numinis ad regnum impulsus, Leone ipsum lambente dormientē, mortuo Alex. Mag. ad Babiloniam urbem, quam liberauit post & subiecit sibi, Latronibus solicitatis, dux factus, insignis euasit, & Indiam possedit, &c. § Iusti. lib. 15. in fine. §

Saluidienus Ruffus, primum pastor, inde Senator creatus, per Cæsarē consul designatus, insidiarum reus, interfici iussus. § Dion libr. 48. in med. car. 254. §

Sfortia

Sfortia Franc.Mutij fil. de quo supra, ex Cotiniola,in tantum creuit re bellica,primus sui temporis ductor, ui & astu Mediolanum occupauit,diuque rexit potens & formidabilis. § Blond.& alij ubi supra. in patre. §

Sultani in Aegypto regnarunt adhucusque, creati seruili ex genere, non per succesionem sed uirtute bellica,donec Solymanus Turc.Imp. max.subactos deleuit,pluribus tunc prælijs. § Ioui.late.li.17.histor. Cambi.in eo.Ponta.d.lib.12.car.4. §

Tacfarinates in Numidia magnus euasit. § not.Tacit.li.2.car.43.

Tamurlanus uel Tamerlang.miles primum gregarius, & pede claudus,re bell.maximus euasit, plures subegit reges & nationes, Baiasith regem Turc.obuium fudit,cepit,& ludibrio diu tenuit. § Aemil.li.10. car.448.Egnat.in eo.de Imperat.in Carolo 6.rege 52. §

Turceminius ex Volone Imper. regumque rex magnus Sultanus effectus. § Aemil.lib.7.car.307.in Lud.9.rege.43. §

Viriatus Lusitanus ex pastore latro,inde dux exercitus,annis.14.arma Rom.uexauit,summa gloria & uirtute, donec ueneno per fraudem sublatus,uictor sæpius quam uictus. § Flor.lib.52.54.Iusti. libr.15. Eutrop.in eo.car.55. §

Virgilius figuli Mantuani fil.poetarum ex Latinis supremum tenens locum,per cuius uersus responsum reddere dignatæ sunt Sortes. § ut in cap.Oracula,supra notauimus.Ponta.lib.2.de fort.car. 298. §

Vrbanus nonus Pontif.1261.humili in Tricassibus loco natus,patre sutore ueteramentario,sed indole magnus. § Aemil.in Ludou. 9.rege.43.car. 312. §

## DE INDOLE.

Indolem declarauit Prothagoras, § de quo cap. præced. § Abderita philos. qui puer ligna baiulans, miro ligata modo, perspectus a Democrito philos.eius conterraneo,abductus,institutus,acerrimus est habitus sophista. § Gel.lib.5.cap.3. §

Nemo enim ad rerum summam peruenit,qui non a prima ætate gradibus uirtutis ascenderit. § Vopis.in Aurel.Imper. car. 192. in Probo.car.214. §

Mirum est robustissimum morum hominum robustissimam esse prolem, summorum ingeniorum sobolem tandem hebetescere.Ita indolē stirpium incrementa habere & consenescere. § Aemil. in Car.3.rege 30.car.127.a terg.& supra in uer. Clariss. § Ex fortibus creantur fortes. § Orat.lib.4. oda. 4. in med. § Ex studijs suis intelligitur puer si munda & recta sint eloquia sua. § prouerb.cap.20.b. § Protinus apparet quæ plantæ frugiferæ. § Eras.prouer.3113.& prouer. Cum

paruula

paruula eſt,bona uidetur ſpina. § car. 262. a terg. § Quæuis & excellentia non ſine maximis naturæ adiumentis ac præſidijs prouenit. § Ponta.lib.1.de magnanimit.car.244. §

Cotta eodem die quo Togam ſumpſit uirilem, reum Carbonem iudicio afflixit, quoniam eius patrem damnauerat. § Valer. de piet. in parent. §

Craſſus Carbonem etiam, Cæſar Dolabellam, Aſinius Pollio Catonem, Caluus Vatinium adoleſcentes agitarunt, orationeq; preſſerunt. § Tacit.lib.de orator.clar.car. antepenul.in fi.car.12.a ter.Sueto.in Cæſa.cap.3.car.3. §

Caligula Iuliam Druſillam infantem dilectione proſequebatur,quia ex ſimili ſæua natura oculos puerorum inceſſebat digitis. § Sueto.in eo.cap.matrimonia.car.183. §

Areopagitæ econtra puerum damnarunt naturæ talis,quia cothurni cum oculos eruebat per iocum.Quintilia. §lib.5.de quo Budæ.lib.1. in pand.car.89.in fi. §

Adoleſcentẽ triſtem ſe malle quam hilarem dicebat Ariſton, de quo Sen. §epi.86.in med.Amicum tuum, &c. § de Druſo Orat. §li. 4.oda.4. § Quid mens rite, quid indoles nutrita fauſtis ſub penetralibus.

Alex.Mag.pubeſcens Aſiam eſt aggreſſus. §Plut.Arrian.Curtius, Iuſtinus. §

Iul.Cæſar ſacerdotium adoleſcens petijt,piratas uindicauit. § Sueto.in eo.& Plut. § Pompeius Mag.annonam urbis adiuuit, pluraque perpetrauit facinora, iuuenis Syllam iuuit improuiſus. § Plut. in eo. car.1.Ponta.lib.de magnanimit.1.car.245. §

Homerus omnes ſui ordinis adoleſcẽtes facile præuertit,&c. §Halicar.in eius uita. § Cicero etiam,& Ponta.miræ apparuerunt indolis in eorum pueritia,&c.

## DE INFA. REIS.

Infames aliquot rei damnati ſunt, quia Catonem repudiauerant Iudicem,innocentiæ ſuæ diffiſi. § Plut.in Vticen.uita.car.4.fi.a terg. §

Seruilio Iſaurico aſſerente ſibi prętori iam obuium tunc reum,equo deſcendere neglexiſſe,condemnarunt iudices. § Vale.cap.de teſtib. §

Capitolinus compellato tantum Marcello adoleſcente,delatus,condemnatus etiam ſine teſtibus ex rubore Iuuenis. § Plut.in Marcello, in prin.car.76.a ter. §

Scantinius Trib.pleb.& ſi ſacroſanctæ poteſtatis,accuſatus quod ſtupri appellaſſet Marcelli filium,damnatus eſt. § Valer. cap. de pudic.

Cornelius Haſpali fil. ſed tantum quia ſocors condemnatus eſt. §Valer.

§ Valer. cap. de seuerit. §

Saltatorem uirum quæstorium & gesticulatorem Senatu mouit Domitianus Imper. § Sueto. in eo. cap. Ius diligent. &c. §

Agrum sordescere patientem puniebant Censores } Gel. lib. 4. cap.
Equum habentem etiam strigosum gracilentumve } 12.

Vxorem habeo, sed non ex animi tui sententia, Censori respondens quidam damnatus est.

Alterque sonore nimis oscitans. § Gel. lib. 4. cap. ult. §

Duronius Trib. pleb. senatu motus est quia legem abrogauerat conuiuiorum cohercendorum. § Valer. cap. de Censo. nota. Gel. lib. 17. capit. ult. §

Vespasianus Imper. adolescentem unguento fragrantem præfectura priuauit tunc impetrata dicens, Maluissem allium aboluisses. § Suet. in eo. cap. Talis tantaque. car. 322. §

Ita per Philippum in capillos barbamq; infectum. § Plut. in apophtheg. car. 128. de eo. §

Tremelius mulctatus quod cum Pontifice max. cōtenderat. § Flo. lib. 47. §

Roxana Curtij filia in Vestales damnata, & Cato urbe bānitus quod præcoquem uuam ex Danubio Romam receperat, amore percitus senex. § Geu. in uita Aurel. Imp. car. 234. §

## DE INGRATITVDINE.

Ingratitudinem & sæuitiam declarauit Tyberius Imper. in piscatorem. § de quo supra. cap. de crudelit. in ipso. §

C. Caligula Imp. Macronem cum uxore ad mortem compulit, imperij consequendi auctorem. § Dion. lib. 58. car. 7. §

Galba Imper. Germanicam dimisit cohortem prætoriam sine stipendio, & ut in cap. auaritia. supra.

Scipio Nasica uir optimus ab omnibus iudicatus, bis repulsam tulit, & in patria sibi non contigit mori, ut & Socrates oraculo iudicatus sapientissimus. § Plin. lib. 7. cap. 34. §

Xantippus Lacedæm. uictoria in Romanos eius opera consecuta, requisitus per Carthaginenses, donatus, domi remissus, clam præcipitari iussus in mari. § Apia. in Lybico. car. 2. Valer. de perfidia. §

Demetrius rex Antigoni fil. Athenienses liberauit, defendidit, prælio postmodum superatus ipse ab hostibus coniurantibus in eum regibus, in ciuitate non admissus. § Plutar. in Demet. uita. car. 6. a tergo, uel. 290. §

Pausanias Philippo regi gratus, ob militarem fortitudinem naufragium passus, acceptus, adiutus, liberatus, donatus ab amico, eiusdem bo

na a rege beneficium acceptum ignorante impetrauit, iniuria cognita & ingratitudine in amicum rex, bona domino restitui iussit, militem in famia notauit. § Sen. lib. 5. de benefi. cap. Philippus. car. 110. a terg. §

Ingrati in hominem habentur Mures, Hirundo, Musca. § Plin. li. 8. cap. 56. lib. 10. cap. 45. Plut. lib. de conuiual. car. 462. §

Pythius Athis fil. ditissimus, maximum ausus donatiuum largiri Xerxi, tanti exercitus regi, ut Dario etiam regi eius patri dederat prius, Thesaurumque conditum sibi dono dare obtulit, quod Xerxes non accepit, sed amicitiam secum percussit, ex tanta liberalitate, offerens sibi plura, & beneficentiā suam. Vnde fretus unū ex quinq; eius filijs cum rege militantem etiam requisiuit, quod & impetrare sperabat. Rex econtra, filium a patre requisitum, diuidi iussit, in exemplū seueritatis suæ. § Herodo. lib. 7. cap. 4. car. 211. §

Philippus Vicecomes in arce Papiensi degens, principatu pulsus, Beatricem Facini Canis max. pridem Italię ductoris ditissimi uxorem sibi hæredem, institutam, duxit uxorem, unde principatum recuperauit, pecunia adiutus. Oblitus beneficij insimulatam adulterij perpetrati, decapitari iussit. § Blon. li. 30. car. 2. Machia. lib. 1. histor. car. antepe. Cori. car. 306. §

Selymus Imp. Turcarum, patre ueneno sublato, fratribus & nepotibus interfici iussis, asserto sibi Imperio, Mustaphā de se benemeritum in ipso Imperio consequendo, insigne beneficium, cui par gratia reddi non poterat, exitio compensauit, inauditum enim interfecit. § Ioui. lib. 14. in med. car. 268. §

Basilius a Michaele ad Imperium Constantinopo. assumptus, consortem ipsum interfecit. § not. Egnat. in Imperat. car. 28. in Michaele. car. 31. §

Amalasunta Theodorici regis filia, Eucario uxor data, mortuo rege cum filio Athalarico tunc puero, fæmina prudentissima, cuius uirtutes plurimæ fuere, Theodatum acciuit in regnum, qui tamen eam relegauit, subindeque interfici passus est. § Blon. lib. 3. car. pen. Leand. car. 63. Aemil. in Clodou. rege. car. 15. In Childeper. car. 27. §

## DE INCESTO.

Incesti crimen perpetrauit Clodius Ciceronis inimicus præcipuus, qui propria cum sorore, immo tribus cum sororibus rem habebat. Vnde Tul. in Epistolar. § lib. 2. Famil. § Qui non pluris fecit Bonam deam, quàm tres sorores. § & in oratio. pro domo sua. car. 231. in oratio. pro Sestio. car. 14. pro Cælio. car. 47. 48. In oratio. pro Milone. car. 118. Sueto. in Iulio. car. 5. 42. Sen. Epist. 97. de eius sacrilegio. §

C. Caligula Imp. quoque tres eius sorores ipsas Agrippinam, Liuiā,

Drusillam uitiauit, coram presertim prostitui gaudebat. § Sueton. in eo. car. 182. cap. cum omnibus sororibus, cap. pudicitiæ. Dion. lib. ulti. car. 453. 466. a terg. § & sororis filiam. § Eutrop. lib. 7. car. 66. §

Commodus Imp. sororem Lucillam, & cæteras compresit. § Lamprid. in eo. car. 58. §

Ptolomeus Aegypti rex, sororem duxit uxorem. § Iusti. lib. 38. Valer. cap. de lux. car. 194. Pont. in Aegid. car. 169. lib. 12. rerum celest. car. 293. a terg. §

Incesti crimen euasit Nero Imper. pater, cum Lepida sorore, mutatione temporum. § Sueto. in eo. cap. ex Antonia, car. 238. in fi. §

Nero Imp. ipse matrem proditur uitiasse, maculis uestis significantibus.

Nausimenis fil. cum sorore deprehensus a matre, &c. § Valer. de miracul. § Cimon etiam. § de quo Plutar. lib. de sera numi. uind. car. 5. uel 342. §

Tamar Dauid filiam per uim stuprauit Annon eius frater. § li. 2. regum. cap. 13. Iosep. li. 7. cap. 8. in prin. de antiqui. Iud. Vnde prouer. de quo Eras. num. 2144. § Caunius amor.

Anton. Caracalla Iuliam nouercam duxit uxorem. § Spart. in eo. car. ult. 89. §

Sigismundus Malatesta Roberti pater, præcipuus in re militari ductor, ex filia prolem suscepit, &c. § Ponta. lib. de immanit. car. 322. §

Io. Paul. Ballionus, &c. § not. Guizar. li. 13. car. 198. a ter. §

Naurani apud Scythas fas ducunt coire cum matre. § Curt. lib. 8. car. 4. in fin. §

## DE INSTITVTIS ANTIQVIS.

Institutum fuit Romanorum & priscorum, comam portare & barbam, pulchros nanque facit coma decentiores, deformes formidabiles. § Plutar. in Licurgo. car. 26. in apophtheg. car. 138. in prin. de Licurgo etiam. 173. Tul. in oratio. de aruspi. respon. car. 253. in prin. § P. Clodius a mitra, a coma, soleis & mulieb. &c. Quis est istorum qui non malit Rempub. suam turbari quam comam. § dicit Sen. li. de breui. uitę. a ter. Epistol. 5. in prin. § Intonsum caput, & negligentiorem barbã. § Epis. 115. Nimis. &cæ. § Nosti complures Iuuenes barba & coma nitidos. § & alibi annotauimus in uer. barbam ferre. Orat. oda. 15. lib. 1. pastor. § pectes Cæsariem, &c. § Pontà. li. de prud. car. 148. in fin.

Vir si nutriat comã, ignominia est illi. § Pau. in prin. ad Corinth. cap. 11. c. § idest studium ponat in ea conseruanda. § Apia. lib. 4. car. 136. ante. § hanc in uertice ligant soli Germanorũ Sueui. § Tacit.

cit.in Germ.car.4.in fin. § Saluium crinibus deprehensum attraxit, caputque illi abscidit.

Personandi se morem habebant, ut nunc. § Sen.Epistola.24. solicitum &c.in med. § Vnde prouerb. hæredis fletus sub persona risus est. § Herod.in Anton.Imper. car.9.in fin.Dion.lib.48.car.ult. ante. Orat.in poet.car.antepe.a ter. § pueri si personatos etiam sibi cognitos, uident, expauescunt tamen, personis enim tecto capite uariaque uelatis ueste, &c.peruncti fœcibus ora, post hunc personæ pallæque repertor, &c.Omnibus ludendi licentia permissa, sic ut personas induant ad libitum, & ad similitudinem alicuius. § & in annotat.in uer. persona, & in cap.de ludis, in uer.Manducones. §

Faciem colore fricant mulieres, & tingunt palpebras, ac etiam adolescentes. § Plaut.in pen.cap.Negoci.car.239.in fi. § Poliri, fingi, pingi. § In trucul.cap.Quis ille, &c. § Istas buccas tam belle purpurissatas habes, buccas, rubriceta omne corpus intinxit. § Plin.libr.11. cap.37.in med.de oculis. § mulieribus infectæ palpebræ, ut tingantur etiam oculi. § Sen.lib. de consolat.ad Albi. cap.non est, &c. car. pen.a ter.uel 151. § non faciem lenocinijs aut coloribus polluisti. § Plutar.in præcep.connubi.nu.30. § non faciem fuco delinire existimetur. § Vnde prouer.de quo Eras.nu.2662. § Simia fucata, de Iezabel. § lib.regum.cap.9.f. § depinxit oculos suos stibio, & ornauit caput. § Plutar. in Alcibi. car. ulti. in fin. § Timandram uidit per somnium, uultum sibi muliebre liniamentis coloribusque pingentem, Sardanapalus rex de quo Diodo. § libr.tertio, car.4. § Veste indutus molli, stola insuper muliebri faciem totumque corpus in modum pellicis fuco componens, &c. Heliogab. Imperat. de quo Herodi. § libr. 5. car. penul. § procedens in publicum pictis oculis, genisque purpurissatis, faciem formosam indecoris coloribus inficiens. § Ita & Lamprid. in eo. car. antepenulti. 110. § Vt de sacerdotibus Cybelis Deæ notat Blond. § libr.1. de Roma triumph. car. 85. §

Britanni etiam de more corpus pingunt, Glastoque conficiunt, nudi procedentes bellicosissimi, &c. § Cæs. lib. 5. gall.car.5.uel 103. § ut aspectu sint magis horribiles. § Herodi. li.3.car.penult.de Seuero Imp.Plin.lib.22.cap.1.lib.6.cap.30.in med. § de Hiporeis, qui atri coloris corpora rubrica illinunt. Indicæ quoque gentes, & modernæ, de quibus Io.Leo histor.Hispanus § li.2.cap.38.39.68.99.108.134. 297.322. §

Vexilla portari solita per milites supina nō erecta ex hostibus capta. § Spart.in Seuero Imp.car.3.uel 77.&c. Virgi.in Palantis morte li. 11.

car.2. § & uersis Arcades armis,&c. § Colenu.lib.5.car.141.a ter. fracta ex morte in luctu delata. § not.de Nerua Imper.Geu.libr.2.in fin.car.430. §

Ipsa offendere turpisimum habetur in milites. § Iou.libr. 16. histor.car.336. § Vexilla, arma, rostraque nauium in templo affigi solita ex hostibus prelio capta,notauimus § in cap.exercitus,& in Ver. Duces.nu.11.in fi. §

Domum ingressurus,fores pulsabat prius,pensilibus malis uel circulis. § Plutar.lib.de curiosit.car.2. § rationem reddit de filiabus M. Ambusti,Liuius § lib.6.car.antep.in fin. § Forem,ut mos est,uirga percuteret, unde insueta altera cum expauisset, &c. Ianuam pulsant qui & in primas, & in secundas admisiones digeruntur. Vnde Gracchus primum,deinde Liuius Drusus instituerunt segregare salutantes, &c. § Sen.lib.6.de benefi.cap.Sed ut me, Apud nos,&c. Plin. lib. 7. cap. 30. § Posidonij summi uiri domum intraturus Gn. Pompeius, confecto etiam Mithrid.bello, fores percuti de more a lictore uetuit, &c. § Plutar.in uita Public.car.4.in prin.uel 32. § intus fores pulsare sint soliti,ut eo sonitu significent illas aperiri,&c. § Et in Pelop. car.2.in fin.3.in prin. § Quum uero nuntius Ianuam pulsasset, ac minister domus accurrisset, &c. Quum clausis foribus se quieti dedisset, &c.de Dione ad Theodorum. § Valer.cap.de animi moderat. §

Infantes ulnis agitare ad quietem consequendam. § Plato. lib.7. de legi.car.1. a ter. § illosque uocis modulatione mulcent ut & hodie matres uel nutrices. Infra tertium diem ipsorum nomina profitentur & accipiunt. Obseruant & D. Veneti in suis nobilibus, not. Egnatius in suis annotat. § car.66. In Anton.Phil.Impera.Capitol. car.5. a ter.uel 42. § Vnumquemque ciuium natos liberos profiteri intra tertium diem nomine imposito. Nero die lustrico cum infanti quod uellet nomen daret,&c. § Sueto.in Nero. car.4.cap. Nero natus est. Blon.lib.8.de Roma triumph.car.290. § Anno decimo egrediebantur ad erarium,ubi denotarentur in libris Elephantinis. Lustricum dies, quo lustrantur infantes, & nomen accipiunt,in maribus nonus, fœminis octauus. § Macrob.li.1.Saturn.cap.16.car.ult. Budæ.li.in pand. 1.car.260.a ter. § profiteri quid,ubi plura de hoc. Auorum nomina renouanda in nepotes censet Plato, præsertim si fuerint moribus illustres,& uirtute monstrabiles,in Laches.in prin.Auito nomine Tucidides.Item & Aristides. § lib.1.de rep.car.2. in prin.præsertim in Critia.car.1. in fin. § quapropter filijs suis posteri quodam amoris affectu,&c. § car.303.in fi.unde Virg.lib.12.in med. § nomine auum referens,animo manibusque parentem. Vnde & Iuuen. § Sat.9.car.2. in fi.

in fi.§ Scire uelim,&c.quod tibi filiolus,'&c. remedium fuit & in infirmos institutum a Cleophanto medico, de quo Plini. § libr. 26. cap.3. §

Arma per Vrbem portare cuique uetitum erat. § Dion.lib.42. in med.de M.Anto.car.124.lib.44.car.6.a ter.car.pen.a ter.in morte Iulij Cæs.lib.53.car.6.in prin.li.57.in fi.car.6.fin.lib.ulti. in med.c. 473. Sueto.in Aug.Imp.cap.pleraque.car.76.in fin.Tull.in Verr.7.car.2.§ de L.Domitio in pastoré in Sicilia apro interempto, & in morte Gracchi utriusque Clodio etiam interfecto prohibuit Pompeius', ullum telum esse in ciuitate. § Plin.ubi de ferro.lib.34.cap.14.Herodi.lib.3. car.40. § de arrogantia Plautiani, qui ensem portabat ipse tantum.

In mensa ad conuiuia deartuabantur aues, incidebanturque carnes. § ut notauimus in cap.prandia.Home.lib.4.odis.car.2.lib.15. car.3.in fi. § Carnes incidebat & distribuebat partes.talis dicitur Chironomōta, de quo Iuuen. § Sat.5.in med.§ Volanti cultello, deartuatus sum miser. § Plau.in Capti.cap.Quo illum.car.92.93.cap.inijcite.§ Dl lacerauisti, deartuauistique opes, potis esset deartuari. § in miles glor. cap.rem omnem.Sen.episto.47.Libenter,&c.in prin.§ Alius prætiosas aues scindit, & per pectus & clunes certis ductibus circunferens in frusta excutit. § Pontan.libr.4. de sermo. car. 230.cap.Dictorum. § Conuersus ad eum qui pullum deartuabat incoctum,&c.

Fortunæ uel Mineruæ aureum signum moriens Imper.in successoris domum deferri iubebat. § Capitol.in Anton.Pio Imperat.car. ult.in Anton.Philos.Imper.car.4.eius.in Seuero Imp.car.ult.a terg.Pompo. Let.in Iustinia.Imp.car.49.Tacit.in Nerone lib.14.car.2. a terg.§

Vestem sibi lacerare ex Iracundia & excessiuo mærore, Augustus dictaturam sibi oblatam respuens, inuidia laborans, uestem lacerauit,&c. § Dion.lib.54.in prin.eius. § Obtruncatis in Germania legionibus, duce Varrone Augustus ipse sibi uestes lacerauit, conquerens, & cæt. § lib.56.in med.car.409.Herodia.lib.1.car. 12. § in oratione ad Cōmodum Imper. Fadillæ sororis, de Cleandro imperium affectante.

Marius destitutus ab omnibus, laceratis comis, ad adipiscendam misericordiam aliquot millia militum collegit, & Cinnæ socius factus urbem obsedit. § Apia.lib.1.in med.car.23.in fi.lib.5.in med.car.199. in fi. § de Conspiratione in proscriptos, ob hæc Pompeium uestem discidisse aiunt, quasi ab illis proderetur. Marcus Euang. in passione domini nostri § cap.14.g.Mathe.cap. 6.g.lib.2.regum.cap.1.b.§ de Dauid pro Saule inimico pridem interfecto. § cap.3.f.cap. 13. f.§

DE IVRE TRIVMPHANDI.

Ius triumphandi obseruatum in Lentulo procons. per Senatum, ut

ouans tantum intraret urbem, quum Dictatori Consuli Prætoriq; tantum triumphare liceret. § Liui.lib.31.car.3.a terg. in prin. §

L.Manlius proconſ.ex Hiſpania triumphum meritum non eſt conſecutus, quia exercitum non deportauerat, non prouinciam perdomuerat. § Liui.libr. 39. car.4.a tergo.in med. § Vel rem gerens alieno exercitu. § libr.31.ubi ſupra. car.ult. a tergo. in princip. § Adeſſent etiam Legati, Tribu. milit. Centuriones & milites, uictoriæ teſtes. § ubi ſupra.a terg.in med.d. libr.31.in fin. Gel. alia libr.5.cap. 6.in fin. § Pompeium nondum conſulem aut Senatorem bis triumphaſſe iuuenem not.Plut. § in eius uita.car.2.a terg.car.4. in prin.& per alios in eo. § Plura inſtituta not. Blon. § lib.de Roma triump. 10.car.356.357. §

Triumphalia ornamenta,& ſtatuas concedi ſolita per Impera. notat Plin. § lib.2.epiſt.7.in prin.& in uer.Conſul.ornam.& cap. de Conſule ſupra.§

Iuſtitiæ exempla not.in uer.Seueritas.infra.

## DE LIBERE DICTIS.

Liberè dictum fuit,& impunitum, in Senatu per Centurionem, qui conſulatum Octauio poſt Aug.iuueni concedendum petijt, uerentibus dixit, hic faciet enſis ſi uos non feceritis. §Suet.in eo.cap.magiſtratus car.70.Apia.lib.2.car.9.in fi.uel 51.de Iulio ipſo Cæſare idem not.Plutar.in Pompeio.car.218.a terg.car.4.fin.a ter. Dion.lib.46.car.6.fin.§

Noctuam captam quia Octauio Cæſ.infeſtam dimiſit miles non tamen caſtigatus.Macrob.lib.2.car.4.in fi. §

Cui uerba facienti in curia reſpondit quidam non intellexi. Alter etiam, Contradicerem ſi locum haberem. § Suet. in eo.cap. in ſenatu. car.93. § Qui legiones etiam miſſas fecit. § Apia.libr.2.in med.§ poſt prælium.

Lucius M.Antonij frater triumuiri,ad Octauium ipſum ſupplex profectus, quia ſuperatus, uerba ſibi fecit fiduciæ plena & fortis animi, unde uitam ſeruauit. § Apia.lib.5.in med.car.194. § Mecenas etiam in Octau.reos quoſdam liberare cupiens, iudicio preſſos, chirographo ſibi miſſo dixit,&c. § Dion.lib.55.car.4. §

Tyberio dubitare ſimulanti imperium ne acciperet, ut immenſi ponderis, reſpondit unus, Aut agat, aut deſiſtat. § Suet.in eo.cap. principatum. car. 141. a terg. § de lingua latina per Capitonem repræhenſus ſuper uerbum edicto ſuo prolato. Ex quo iuriſditionem haberet maximam ſuper mortalibus, non ſuper latina lingua. § Dion. libr. 57.in med.car.431.a terg. § de Cleme reo. § & in uita Imperat.Adriani de

de Phauor.Philoſ.car.1.in fi.uel 27. §

Inuiſurum aliquem magiſquam imitaturum dixit Zeuſis pictor, de quo Plin. §lib.35.cap.9.in fi. §

Ludis Apollinarib. Diphilus Tragedus in Pompeium dixit, Noſtra miſeria tu es ma gnus millies coactus eſt dicere.Itẽ, ueniet tempus cum grauiter gemes.Valer.hic, & etiam § Tul.in epiſto.ad Atticum. lib. 2.Multa me,&c.car. 67. §

Cato etiam in Pompeium tunc a Cæſare ſuperatum dixit,Si credidiſſetis.P.C.nec unum nunc timeremus, nec in uno ſpes noſtras haberemus. § Plut.in Vticen.car.4.fi. uel 256. §

Stenno in Pompeium de Mamertinis,quos euertere deſtinarat, culpam totam in ſe aſſumens, pœnam in ſeipſum ut auctorem expoſcens, eos liberauit,& ſubinde in ſe humanitatem impetrauit. § Plut.in polit.car.22.in fi. ut de Epaminunda.infra.§

Mithridates in fidem Roman. deditus, Romam adductus, Claudio Imp.dixit,Non ſum remiſſus ad te,ſed reuerſus, uel ſi non credis dimit te & quære.Tacit. §lib.12.car.3. §

Capua per Annibalem accepta in deditionem ductus in uincula Magius Decius, non ceſſauit obiurgare uictoris perfidiam dicens, Habetis libertatem Campani quam petiſtis,&c. § Liui.li. 23.car.2.in fi.§

Caligulæ Imper.Herculem præſeferenti reſpondit Gallus quidam, Stultitia magna eſt tua. §Dion.lib.58.in med.car.469.in fin. §

Claudius Imp.cum ſibi obijceretur,fælicem ſeruum intollerabilem, & ſic Polybiũ eius liberum,in neminem animaduertit tamen. § Dion. ubi ſupra.car.488. §

Gallus quidam Caium deludens Impe. ad Tribunal eius uocatus requiſitum a Caio quem eſſe exiſtimaret, ſtultum reſpondit, non tamen caſtigauit. §Dion.lib.ult.in med.car.489.in fi. §

Caractacus Britan. dux impiger prælio ſuperatus ab Oſtorio propræt.captus,& Romę in Triumphum ductus cum coniuge,fratribus & filia,ad Tribunal Claudij Impe.conſtitit intrepido & conſtanti uultu, ſibique dixit,Præſens ſors mea ut mihi informis,ſic tibi magnifica eſt,ſi uos omnibus imperitare uultis, ſequitur ut oẽs ſeruitutem accipiant,ſi ſtatim deditus traderer nec mea fortuna neque tua gloria inclaruiſſet, ſi incolumem ſeruaueris æternum exemplar ero clementiæ,unde tributa uenia liberatus cum ſuis per ipſum Claud. Imper. § Tacit.lib. 12. car.4.in fin. §

Nero Imper. de interfecto uindice duce tunc ſeditioſo, oratione exclamans,ſceleratos pænam daturos,conclamatum eſt ab omnibus, Tu facies Auguſte. § Suet.in eo.cap.ferebatur.car.273.§

Vespasiano Fla. dixit bubulcus, negata sibi gratuita libertate, Vulpē mutare pilum non mores. Diuite causam dicente ad Vespas. ipsum auaritiæ obnoxium, Saluius patronus dixit, Quid ad Cęsarem si Hipparcus diues est. § Suet. in eo. cap. Amicorum. car. 324. cap. sola est, &c. §

Adriano Impera. dicenti ad mulierem conquerentem, se ocium audiendi non habere, statim sibi mulier respondit, Noli ergo imperare. § Dion. in eo. car. 15. in prin. Plutar. in rege Demet. de ipsomet. car. antep. a ter. in med. in Demet. uita. & in Phil. rege Alex. Mag. patre. Plut. in apophtheg. in ipso Phil. in fi. car. 128. §

Darium primum statuam suam præponere uolētem, Sesoostri Imp. Max. prohibuit sacerdos, &c. § Diodo. lib. 2. car. 8. in fi. Herodo. li. 2. cap. 7. §

Pelopida in carcerem constitutus per Alex. Phereum sæuiss. tunc tyrannū, sibi nunciari iussit, Absurdum esse ciues innoxios interficere quā plures, se autem seruari tantum, qui liber factus patriam uindicabit in usum. § Plutar. in eo. car. antep. in fi. §

Iuliano Imp. de Imperio dubitanti Seuero ęmulo præpotente dictū fuit, Nō debere imperare, qui armis aduersarios non ualeat reprimere. § Spart. in eo. car. 3. §

Gorgia Leontino de concordia orante inter Græcos, sibi obiecit Melanthus, eum cum uxore & Ancilla tantum non habere. § Plutar. lib. de præcept. connubial. car. 53. ante. §

Cato uisa legatione tali dixit, eos non caput, non cor, nec pedes habere. § Flor. lib. 50. Plutar. in Cato. Apia. in mithrid. car. 326. a ter. §

Alter nihil habet, Alteri nil est satis, dixit Scip. Aemil. de quo Valer. § cap. grauiter dicta. § Item dixit se omnia gesturum, si ciues sibi collegam dedissent, aut non dedissent. ubi supra.

Mirum cur matrimonium non consumarit, qui patrimonium tam cito consumpserit, &c. § Ponta. lib. 1. de sermo. ubi plura. §

Qui non potest ab uno interfici, a multis occiditur, dictum fuit Imp. Maximino. § Capitol. in eo. car. 149. §

Phil. Macedo. regi respondit Demochares Atheniensis orator, gratā ipsis rem facturum se profitenti, Suspende te. &c. § Sen. lib. 3. de Ira. car. antep. ante. §

Dalmatę rebelles facti requirentibus causam Romanis responderūt, Quia custodes misistis, non pastores, non canes, sed lupos. § Dion. li. 56. car. 8. a ter. lib. 55. car. antep. in fi. §

Epaminundas Thebanorum dux morti condemnandus quia diutius Imperium tenuerat aduersus legem, requisiuit, nil de se deprecans, nisi sepulchro suo inscribi Leuciam uictoriam, ipso auctore. § Appia. li.

Sirio

Sirio in med.car.295.a ter.Plutar.in apophtheg.car. 141. in fi.Pausan. lib.9.car.354.in med. }

Phalaris Agrigentinus Tyrannus,Epistola sua pen.Peristheni declarat,uxorem unius ex coniuratis in ipsum confessam coram & redargutam,non modo consciam in mortem tyranni,sed sociam se oblatam,unde morituram seruauit,cognita eius constantia,& libertate donauit.

Meuius Centurio Octauiani ab Antonianis captus,militibus ad Antonium perductus ,ut Antonianus esset,requisitus respondit, Iube me iugulari, quia miles Augusti non desinam nec tuus esse incipiam, qui constantia liberatus est,& commendatus ab Anto. {Vale.cap.de constant.car.2. }

Athenienses quid rectum sit sciunt, sed facere prætermittunt & negligunt respondit legatis Lacedæm.unus, qui senem admiserant ad sedendum. { Vale.cap.de uerec.}

Megabyso inepte loquenti de pictura irrisit Appelles,de quo Plutar. {lib.de tranquil.animi.car.10.uel 266.}

Alex.Mag.se Diogeni offerente,respondit,Interim uelim a sole mihi non obstes. { Vale.cap.de abstin.Plutar.lib.de exilio car.254. uel antep.Arria.lib.7.car.1.in fi.}

Idem castra Philippi ingressus,captus, ad regem ductus, ut speculator insimulatus,dixit,Tuæ auaritiæ & dementiæ speculator ueni,&c.

Alex. ipsi dixit Timoclia Thebana matrona tunc captiua, uindicta perpetrata de Tracum rege, interroganti, Theagenis se fuisse sororem Imperatoris aduersus Phil.eius patrem,qui pro Greciæ libertate in acie ceciderat. { Plutar.in eod.car.2. in fin.Ponta.lib.de magnanimit.1. car.ult.254.} Et Legati Scytharum de quibus Curt. {li.7.in med. car.97.}

Tu qui te gloriaris ad latrones persequendos uenire, omnium gentium quas adisti latro es, Lydiam cepisti, Siriam occupasti, Persidem tenes,&c.

Similia sibi respondit Diomedes pirata, de quo Agrip. { cap. de nobilit.in med.} Qui captus,ad Alex.productus, morti condemnatus respondit,Ego qui uno latrocinor nauigio dicor pyrata, Tu qui id classe agis, Imperator uocaris, &c. Vnde liberatus, & corporis custos constitutus.

Dandamis Sophistarum magister,ad Alex.uocatus cum eiusdiscipulis,respondit,neque uenturum neque missurum,quia se iactaret Iouis filium,& populos subigeret,ipse autem nihil expetere, nec perdere posse,&c. { Arria.lib.7.car.2.ubi & de Calano discipulo. }

Pyrrho apud Tarentum in cõuiuio per quosdam uerbis lacerato, respondit

ſpondit unus eorum accerſitus ad regem, Si nobis non defeciſſet uinũ, &c. § Vale.cap.de humanit.Plutar.in apophtheg.car.133. de Dioniſio,& cap. de animi moderat.& in eius uita.car.2.in fi.de Philiſtrato ſimile not. § Sen.lib.3.de Ira.car.131.§ De ſimili remiſsione.

Clemes,qui ſe Agrippam aſſerebat,captus arte Saluſtij, interrogatus libera reſpondit uoce,ut infra. § cap.de ſimilitud.formæ. §

Herodes Iudæorum rex conſtitutus, Antonianas partes ſecutus, in Octauium proinde uictorem ad Actium, nunc Preueſam, ad ipſum Octauium profectus lęto uultu,re ſua diſcuſſa, libertatem,regni confirmationem,& amicitiam impetrauit. § Ioſep. lib.15.antiqu.cap.7.in fi.cap.9.in fin.lib.1.belli Iud.cap.27.car.2. in prin. §

Adriano Imp. § de quo ſupra hic, § Phauorinus philoſophus reſpondit reprehenſo de uerbo minus latino in ſocios, Non patimini illum doctiorem me credere,qui triginta etiam legiones habet. §Spar. in eo.in med.car.27.in med. §

Methon Pyrrho,per Tarentinos uocato in urbe ſua ludibundus uti ebrius in concionem dixit, viri Tarentini bene facitis, qui iocari & ludere uolentibus dum licet permittitis, ſed hac licentia fruemini antequam Pyrrhus adueniat,quia tunc arbitrio ſuo uiuendum erit. § Plutar.in Pyrrhi uita.car.3.a ter.

Nicephoro Imperat. Conſtantinop.in Bulgaris Cruno rege pacem petentes dixerunt, Nicephorus es,utere omine nuncupationis tuæ uictoriam ferens,da ſupplici æquas leges fęduſque. § Aemil.in Carolo Mag.car.109.in fi.§

Boemi ad Carolum cognom.Magnum ſe dedentes ei dixerunt,Non uirtus noſtra,ſed fortuna tuę cedit,utere dum licet cæli beneficio. Dux fælix fortiſsimos uiros in deditionem accipe. § Aemil.in Car. Mag. rege 23.car.107.a ter. §

Lodronio duce milites ad prælium cohortante in Turcas,fugam deteſtando,reſpondit ſibi miles ueteranus, Neq; uero dux optime turpis fuga apud te uideri poteſt, quum nobiſcum equo euectus circumſpectare,&c. § Ioui.lib.36.hiſtor.car.4.fin.55.§

Sergius Pontif.Max.Imperatorem redarguens(ut & de Greg.Ponti. in Henricum Imp.etiã habetur) Lotharium de fide obſeratis templi foribus ſibi dixit,Si pacatus ades patebunt,ſin ſecus, pendet e celo in hoſtem enſis,ualuas caue ne tetigeris.unde Imperat.poſita ferocia præcedenti, templum pius inijt. § Aemil. in Carolo 2. Caluo rege. 25. car.118. §

Selynius Turcarum Imp.Sopho Aegypti Impe.prælio ſuperato maxima utrinque ſtrage, fame, & labore preſsi eius milites Ianizeri mili-

tiam

tiam detrectantes pro illo, hibernico sequenti tempore, minis protestarunt alium ducem se requisituros, uel eius filium, &c. §Cambi. in eius uita. lib. 4. car. 61. §

Pet. Caponus dictator Florent. ad Carolum Francorum regem profectus pro rep. Conuentionum capitula ut immoderata recitari sentiẽs, lacerauit coram iracundus, dixitque regi, Si Tubæ uestræ in nos clangorem dabunt, in uos Campanæ pulsabunt nostræ. § Guizar. lib. 1. ad fi. car. 60. Ioui. lib. 2. car. 36. in fi. §

## DE LIBERALITATE.

Liberalitate usa est in Romanos Acca Larentia meretrix, quæ quæsitum quæstum dono dedit, propterea sibi fuit institutum publicè sacrificia fieri. § Gel. libr. 6. cap. 7. & alibi in cap. de Meretricibus. Gel. ubi supra. §

Taracia Vestalis Campum Martium uel Tiberinum pop. Romano donauit, propterea sibi honores plurimi habiti, ut testari posset, & testificare, & nubere.

Quid est quod nihil petis dicebat amicis Alex. Imp. Romanorum, de quo Lamprid. § in eo. car. 129. §

Sylosontis clamis, uel amicula. § prou. de quo Eras. nu. 984. §

Alfonsus Neapol. rex<br>Philip. Mar. Mediol.<br>Alfonsus Ferrar. dux } Ponta. lib. de liberalit. car. 113. in lib. de obedien. cap. eademque. lib. 4.

## DE LVXVRIA.

Luxuriam facilius est accusare quam uitare, Libidini enim & timori non potest imperari. Nã Iulius primum Cęs. Posthumiam Loliam Tertulli, Mutiam Pompeij, Seruiliam Bruti matrem adulterauit, cui margaritam mercatus est, &c. Tertiamque eius filiam deduxit, Eurem Maurã reginam, & Cleopatram Aegypti adamauit, muliebria iuuenis & ipse passus a Nicomede rege. § Suet. in eo. car. 32. §

Augustus ut effæminatus per Sex. Pompeium insectatus est, & cæ. § Suet. in ipso. car. 100. §

Caligula Imper. profusissimus fuit, qui & margaritas aceto liquefactas obsorbuit prætiosas, panes in conuiuijs apponi iussit ex auro, dicens hominem frugi esse debere, aut Cæsarem. § plura not. Sueto. in eo. cap. Nepotinis. car. 149. § Centies sester. cænauit. § Sen. libr. ad Albinam. cap. Emetiamur. cap. libet, ubi & de Apitio, qui plurimas dissipauit opes. § Ponta. lib. de mag. car. 125. 142. de conuiu. lib. de immanit. car. 323. § de cæna Vitellij per Sueto. § in eo. car. 310. § Res gulæ præcipuas. § not. Gel. libr. 7. cap. 16. § Pauum e Samo, gruem Mellicam, &c.

Repræhen-

Reprænhenſor talium fuit Imper. Tyberius, qui grauiter quæſtus eſt. 30. millia nummum uenijſſe tres piſces Mullos. § Suet. in eo. cap. Ludorum. car. 144. Tul. in oratio. in Catili. 2. car. 3. car. 108. 110. & in oratio. ad Senatum. car. 4. Gel. lib. 7. cap. 16. §

Nero Imper. in Tiridate rege Parthorum excipiendo plura nummũ millia erogauit, nullam ueſtem bis induit, ſoleis mularum argenteis uſus eſt, uaſtiſsimam domum ædificauit auream dictam, ſtagnum, rura, cænationes, balneas, piſcinam, ſumptu conſtituit ampliſsimo. § Sueto. in eo. cap. Diuitiarum. car. 258. § Mulas auro calciatas per Popeam eius uxorem not. Plin. § lib. 33. cap. 11. in prin. §

Vitellio appoſita fuerunt lectiſsimorum piſcium duo millia, auium, &c. § Suet. in eo. cap. Sed uel præcipue. Ponta. li. de conuiu. car. 142. Gel. lib. 7. cap. 16. plura. §

Polixenus gruis collum habere peroptabat ad comedendum. § Gel. lib. 19. cap. 2. §

Anton. Geta Imp. prandia ſibi parari obſeruabat per litteras alfabeti. § Spar. in Cæſar. car. 251. §

Heliogabalus Imp. miſſus omnes faſianorum aut pullorum tantum exhibebat. § Lamprid. in eo. car. 111. §

Otho Imperat. munditiæ mulieb. uulſo corpore (ut Iul. Cæſar, ut Auguſtus) quotidie barbam raſitabat, &c. § Suet. in eo. c. 299. §

Commodus Imper. mentulatum ultra modum ditabat, &c. § Lamprid. in eo. car. 60. 101. §

Heliogabalus Impe. naſatos etiam perquirebat, per cuncta caua corporis, &c. § Lamprid. in eo. c. 101. 102. § in uictu condita abſumpſit calcanea camellorum, criſtas gallorum, linguas pauonum, cerebella phænicopterum, oua perdicum, &c. Currui iungebat quattuor ingentes canes, uel quattuor fæminas pulcherrimas, & uehebatur plerunque etiam nudus per nudas, uel per. 8. caluos, uel luſcos, uel podagroſos, ſurdos, nigros, longos, pingues, &c. car. 109.

Aurelianus Imperat. in triumpho ductus fuit per quattuor ceruos. § Vopiſ. in eo. car. 199. a ter. §

Ad Babiloniam fæminæ nobil. in conuiuijs ſeſe denudant ſaltantes, &c. § Curt. lib. 5. car. 3. car. 4. in prin. §

Semiramis ad Babilon. etiam milites ſelectos in luſtrationibus, ad coitum uolebat, ſaturata interfici iubebat. &c. § Diodo. libr. 3. car. 16. in princip. §

Tunica manuleata uſum P. Gallum reprænhendit Africanus inferior, de quo Gel. § li. 7. cap. 12. §

Luxuriæ talis quæ fuerit inuentrix & quomodo. § Plato libr. in conuiu.

conuiu.car. 173. ante. ℥ Virilitati plurimum conferre.

Proculus Imper. decem uirgines una nocte, centum infra. 15. dies ini uit, &c. ℥ Spart. in eo. car. 274. in Tiran. ℥

Hester in inceſſu perſonam ſuſtentabat ſuper miniſtram, & per alteram ueſtimenta defluentia portabat, ut & hodie per princip. fæminas, ℥ lib. Hester. cap. 15. b. lib. 4. regum. car. 7. in prin. de rege. ℥

Matereus ancill. menſtrua, &c. conſul tamen factus fuit. ℥ Sen. lib. de benefi. 4. cap. excuſare. car. 109. ℥

Mæcenatis molliciem refert Sen. ℥ lib. de prouid. ſed iam procedente. car. 136. epi. 114. Quare quibuſdam, &c. ℥

Saxa immania tranſuecta, unde mira ædificia. ℥ Plin. libr. pen. cap. 15. & in paneg. car. 358. ℥

Aeſopi fil. Tragedus, uniones aceto liquefactas exorbebat in conuiuijs, & cæ. Luſcinias magno coemptas pretio obliguriens uorabat. ℥ Orat. Sat. 3. lib. 2. car. 290. Plin. lib. 35. cap. 11. lib. 9. cap. 35. libr. 10. capitu. 51. ℥

Demades Athenienſis, de quo Ponta. ℥ libr. de magnifi. car. 125. ante. ℥ pecunias & opes omnifariam prodigebat, lege prohibitus, peregrinos centum ſaltantes in ſcænam produxit, & ſoluit pœnam drach. centies mille.

Muleaſſes Africæ rex, pulſus per Barbaruſſam Archipiratam, pauonem, faſianoſque duos, centum aureis impenſam tuliſſe not. Ioui. ℥ li. 44. in med. car. 516. ℥

Bernabos Mediolanenſis gubernator ſubditis alendos diſtribuit canes quinque mill. ℥ Corius in eo. car. 191. ℥

DE MAIESTATE.

Maieſtatem præſe tulit, ſibique magnificum contigit (quod nomen peruulgate reputationem dicunt hodie) Iulius Cæſar, cui faſces. 120. affuerunt eodem tempore in Italiam ſe habenti ex Gallia, ubi conſ. bellum gerebat. ℥ Apia. lib. 2. car. 48. a terg. ℥

Scipioni Afric. anteriori, euenit, ut not. Plin. ℥ li. 2. epi. 3. & ſupra. cap. Qui ætate ſua clariſſ. Liui. lib. 38. car. ult. a ter. ℥

M. Opius Aedilis pauper a perſonatis pecunia adiutus per populares, moriens delatus in Campo Martio, ciniſque ibi ſepultus, &c. Dion. ℥ lib. 48. car. ult. ante. ℥

Seuerianus ab Adriano Impe. ut optimus ſibi ſucceſſor electus, &c. ℥ Dion. in eius uita. car. 18. in fi. ℥

Germanicus maieſtate enituit, ita ut omnibus fauorabilis quocunq; in publicum prodiret, præ turba occurrentium, aut ſubſequentium uitæ diſcrimen adierit, e Germania reuertenti legiones prætorianæ obuiã

prodierunt

prodierunt iniussæ,&c. § Suet.in Calig.eius filio. car. 2. §

Otho Impe.pater statua per senatum decoratus in palatio, per Claudium Imp. laudatus est, ut dixerit se liberos meliores non etiam optare. § Suet.in eo.car. 1.a ter. §

Liuiæ defunctæ Aug.uxoris per Tyber.fil.illaudatæ, Arcum Triumphalem constituerunt Senatores,quod aliæ nemini tuncusq;. § Dion lib.57.in med.car.436.a ter. §

T.Liuij fama commotus Gaditanus quidam, & gloria, Romam ad eum uisendum profectus est,& statim recesit. § Plin. lib.2.epi.3. §

Vergilij uersibus in Theatro auditis, Populus Rom. surrexit uniuersus,& præsentem ueneratus est quasi Augustum. § Tacit. in dial. suo car.3.Plin.d.lib.7.cap.30.in med. §

De Aristotele Philippus rex,de quo Gellius § lib.9.cap.3. § Filium mihi genitum scito.unde dijs habeo gratiam,quia præsertim natus est tempore uitæ tuæ,&c. § Plin.li.7.cap.29. §

Euthimus poeta Olympiæ uictor,Callimachusq;,Iouis iussu uiuētes, Dij habiti. § Plin.lib.7.cap.47. § de Amphiarao. § Valer. capit. Quæ cuique max. in fi. §

M. Varroni uiuēti erecta statua in bibliotheca & in palatio uti sapiētissimo,ut de Pontano Iouio Asulan. § lib.de obed.car. 1. not. Plin. lib.7.cap.30.§

Ouidij patriam Sulmonem oppugnatione euertere non sustinuit Alfonsus Arago.rex uicto Anto.Caldora sibi hoste,&c. § Ponta. li. de Principe. car.90. §

Pindari item poetæ,de quo Arria. §lib.1.car.20.§ Eius tectis ac stirpi pepercit Alex.Magnus. § Pausan.lib.9.car.361.in fi.de oraculo.de pluribus not.Plin.lib.7.cap.29.30.37.38. § de Homero, Pindaro,Archilocho,Sophocle,Lisandro,Platone,Eschine,Tucidide,Menandro,Posidonio,Carneade,Ennio,Virgilio,Varrone, Prothogene, Tullio,Socrate,Solone,qui Tabulam auream sibi donatam uti sapientissimo, & per alios sapientiæ principes Græcos restitutam, dedicauit in Templo. § Valer.cap.de animi moderat. §

Decebalus potens, Daciæ rex, Traiani cesit auctoritati tantum. § Dion.in eo.car.34. §

Alex.Imper.Rom.seueritate maiestatem retinuit, iussa legione integra, arma ponere exautorata. § Lamprid.in eo.car.131.in fi. §

Gordiano Imper. puero uiso tantum, milites pacati ex seditione in amicitiam reuertere. § Capitol.in uita Maximi Imp. car. 165. §

Boemundus Roberti Guiscardi fil. Apuliæ ducem, Antiochiæ præfectum, omnibus præditum uirtutibus, Pyrrhus Antiochenus, præstans

ciuis,

ciuis,fama rerum gestarum allectus, illum uidere & alloqui uoluit, urbemque Anthiochiam sibi subijcere pollicitus est. § Blon.lib. 14.histor.car.2.in fi. §

Rex Francorum obtruncari iussus per Sultanum, coram perductus, decumbens etiam,maiestate oris,dignitate uultus,iram cohibuit, prætio redemptus,liber factus. § Aemil. in Ludo.9.rege.43.car.307. in prin. § simile habetur per Saul in Agag hostium regem captum. Iosep.lib.6.cap.8.in prin. §

Petro Lauredano authoritatem interponente, sedata seditio perniciosa, & exardescens in Vrbe Veneta neglectis magistratibus. § Machia.lib.3.discur.cap.22.in fi. §

Consaluus Ferdinandus conuenientibus in unum regibus Franc. & Aragon.ad Sauonam, admiratus ab omnibus, propter eius perpetrata belli facinora,unde Magnus cognominatus, commendata in bellis eius celeritate,astutia,constantia,& oris præsentia & grauitate. Ex quo sibi socium conuiuam in mensa uoluerunt reges ipsi. Francos enim pluries uicerat,ad Barletum,ad Cirignolam,ad Gariglianum. § not.Guizar. lib.7.in med.car.372.& infra.in cap.Qui coacti,&c. §

## DE MIRANDIS.

Miranda,quæ stupidum legentem possunt reddere,sed talia,quæ indies uisuntur,cognoscuntur ut ueracia, & ex authoritate plurium idem scribentium & asseuerantium. ut sic habeantur paralella.

1 Hominem ex fæmina factum Aristonem, refert Plin. § li. 7.cap. 4. § & de Casinate puero, de L. Cossutio, de Ceneo Thessalo diuina ui effecto è fæmina in marẽ. not.Plato, § li ult.de legi.car.1.a ter.§ quod pro uero asserit Ponta.etiam § lib.10.de rebus celest. in medio, cap.Saturnus, &c. § Exponens Gaietanam fœminam piscatoris uxorem, Antonij Panhormitæ summæ tunc authoritatis in regia Neapolitana uiri amici(qui & rem asserebat cognitam & ueram) anno eius. 14. in marem transisse, exorto sibi uirili pene, unde in monasticam uitam uerecundia se contulit, quod a Plinio expositum asserit Gel. § lib.9. cap.4.in fi. eius. § se uidisse & scire.Liuius etiam § libr.24.car.3.in prin.ubi de prodigijs, § Mulierem Spoleti uirum factam recitat. Aemilia item Antonij Spensæ uxor,post duodecimum nuptiarum annum, in hominem euasisse,quæ & uxorem duxit.Rusticula proinde filium enixa ex uiro uir effecta est adeo,ut Tiresias Thebanus potuit utranq; habuisse naturam,de quo Home. § lib.10.odis.car. antepenul. in fi.lib. 11.car.3.Ouid.in 3.metham. § Et de Cæno. § li.12.car.4.§ de Hiena. §lib.15.in med. § de Iphi. § lib.9.car.ult.§ Androgini quippe uisuntur quandoque,ut & hodie Alex. pontif. tempore,Plin. lib.

§lib.7.cap.3.in med.lib.1.cap.49.§ de equabus Hermaphrod.carpẽ to Neronis Imp.Leander & ipſe refert in deſcript.Sannij. §car.penu. 245.§ in confirmatione prædictorum,quæ pridem refellebat & ipſe, nunc aſſerit, Puellam uiro nuptam iucunditate ludorum allectã & ſalta tionum, uirum ſtatim effectam, quod & aſſerere dicit Volateranum in ſuis Cõmentarijs pro re ſibi comperta.alia not.in uer. Androgini.in an notat.noſtris.

2 Genitio prætori cornua in capite emerſiſſe refert Valer. §cap. de piet.in patriam.§ De Moſe habetur Exo. §cap.34.d.§ Vt timuerint Aaron & alij propius accedere,Chriſtianus negabit quis? Cœ lius. §lib.3.cap.23.in med.§

3 Piſces homines abſolutæ ſtaturæ Nereidasque fæminas etiam uaſtæ magnitudinis, quos Priſtes & Tritones & Tynnos dicunt, quibus etiam ſacrificauit & Alex.Mag.not.Arria. §libr.ulti.in fin. car.352 Pauſan.lib.2.car.1.a ter.Plin.lib.9.cap.5.cap.15.lib.10.cap.49.§ cõcha canentem marinum hominem. §lib.32.cap.ulti.in prin.§ De homine & Elephantis marinis in Oceano,Iuuenal. §Sat. 14.in fin.§ Iuuenes uidiſſe marinos,formam Tritonum ponit Pauſan. §libr.9. car.359.in fi.§ Alexan.ab Alex. §libr.3.cap.8.§ Fæminam piſcem uel Sirenem in litore Neapolitano diu examinatam, marique reſtitutam,reducem,hominemq; etiã captum piſcem, Io.Leo Hiſpan.hiſtoricus. §libr.2.cap.88.in fin.§ De Cola piſce effecto,qui puer erat Siculus litteris imbutus, & ſic hominem tranſiſſe in piſcem,ferunt, qui ſine ulla reſpirandi uice,maria perpeti ſoliti ſint, dicit Sen. §lib. 2.de Ira.cap.utilis,in med.unde Alcia.fab.113.Sirenes,&c.Alex.lib.2. cap.21.in fin.Ponta.lib.de Immanit.car.1.a ter.lib.4.de ſtellis.car.79. in fin.hæc Piſtris,&c.Petrar.lib.de pontific.in Greg.nono, Nicolaum piſcem nominat.Calanum dicit hunc Carda.li.11.de ſubtilitate.car.4. fin.§ Qui plurima de maris proprietate, de ſcopulisq; retulit,aliasq; difficultates ipſum requirentibus Nauarchis. De Siluestri etiam homine & ſatiris not.Plin. §lib.7.cap.2.lib.8.cap.53.lib.x.cap.44.in fin. Plutar.in Sylla. car.151.§ marina monſtra in humanam effigiem uiſa,tempore Sabini Pontif.67.refert Platina in eo.Io.Leo de quo ſupra §libr.2.cap.78.c.88.Macrob.lib.1.Saturn.cap.18.c.263.Nereidum nomina Home.lib.18.Ilia.car.2.§

Magnarum nauium corpora æquantes piſces in Oceano refert Cur. §lib.10.car.2.Plin.d.lib.9.cap.5.Arria.lib.8.car. antepen.§

Herbarum quandam nomine centum capita raram inuentu, cum effigie humana eſſe affirmat Plin. §libr.22.cap.8.§ Alterutrius ſexus. Talem nos ipſi radicem uidimus marem & aliam fæminam an-

no.

no. 1545. cubitali ſtatura, cum membris quibusque, capillisque longioribus.

4 Magnetis quædam eſt ſpecies præter relatas a Plin. § li. pen. cap. 16. § Talis & proprietatis ut abſque dolore uel leui, quiſque ſibi brachium transfigat, acu uel ſtilo, quem Guaſcus Mediolan. medicus corã attulerat. Idẽ affirmat in ſeipſum ſe expertum eſſe abſq; aliquo dolore, Cardanus medicus. § lib. 7. de ſubtilit. car. 5. in fin. §

Vulnera item excipientes Aethiopũ gentes quædam, de quibus Diodo. § lib. 4. car. 2. a ter. § Conniuentes patientiſsime non diffugiẽtes uulnera, immoti ſtantes, uel & ſi filij, aut uxores percuterentur in eorum conſpectu, Indi de quibus Io. Leo, de quo ſupra. § lib. 1. cap. 21. 41. § Interficiuntur & manducantur inter ſeſe inuicem patienter, ſine obſiſtentia aut quærimonia ut & pecora uel ueruece. Ardens oleum ſuper brachio compatiuntur inconniuentes. § Carda. lib. 12. in med. car. 456. §

5 Iãbolus de quo Diodo. § lib. 3. car. ult. § Litteris prius deditus, inde & mercaturæ, in Arabiam tranſiens, ad aromata comparanda, ſpe lucri captus, ſemel & iterum in Aethiopiã, ad inſulas Oceani perductus (retulit poſt & redux) eſſe ibi homines, qui oſſa habent, quomodocunque flexibilia & tractabilia, qui uaria & utuntur loquela, & auium uoces ſimulãtes, ſciſſam habẽt linguam uel duplicem, qua binos alloquuntur eodem momento perfecte, & reſpondentes, diſputantesq;, quid magis mirum?

6 Bornea eſt inſula Indica, producens arborem, cuius folia ſi cadunt gradiuntur & ſerpunt, ut not. & Plegafeta conciuis Vicetinus in ſuo itinerario, & Io. Leo, de quo ſupra. § lib. 2. cap. 95. §

7 Tyberius Imp. noctu ſomno ſolutus, aliquandiu cernebat optime, legebatque ut & die. § Plin. li. 11. cap. 37. ubi de oculis plura, Dion. lib. 57. car. 2. a ter. Sueto. in eo. cap. corpore. car. 162. a ter. § Digito malum terebrabat, Talitro pueri caput uulnerabat.

8 Merlinus Vates Incubo natus in Britannia, ſpiritu prophetico multa prædixit, quædam etiam quæ Be. Ioachinus abbas ab Henrico Imp. ſuper filij conceptione, qui Federicus ſecund. poſtea fuit, patri ſucceſſor ex Cõſtantia uxore dubitabundo, declarauit, & interpretatus eſt, ut notauimus & in uer. Diuinatio. notat & Cælius Rhodig. § lib. 2. cap. 6. faſcic. tempo. car. 37. anno Chriſti. 1434. Colenu. lib. 4. c. 2. § Vt de Angelis not. Ioſep. § lib. 1. antiqui. Iud. cap. 5. in prin. § Nam multi Angeli dei mulieribus coeuntes, &c. de Corocoto fæminis ſe immiſcente not. Io. Leo in rebus Indicis. § lib. 2. cap. 27. §

9 Arcades duo ſocij, de quibus Cicero § li. 1. de Diuinat. car. 168.

refert & Valer. ulti. in exemplo, de ſomnijs. § Megaram profecti ſimul, alter ad hoſpitium, alter ad tabernam. Vnde interfici conſtitutum erat. ſomno ſocius requiſitus & excitus ad tabernam properauit, re nõ cognita, quia non perfecta, regreſſus ad cubiculum, ſomnum reiterans, uidit ſocium confoſſum, & interfectum deprecantem ſaltem de ultione iudiciaria, in Cauponam plauſtro Cadauer cum luto educẽdum mane, unde ſocius re magiſtratibus delata, aperta, cognita, & uindicata, in Cauponem ſceleris perpetratorem.

10 Pelignus in oppido imperitans auare admodum & ſuperbe, ſubditum qui ſibi canem quo oblectabatur percuſſum interemerat, in carcerẽ conijci iuſsit, diligentiq; cuſtodia uinctũ obſeruabat, & diu tenuit in cõpedibus. Vnde in deſperationẽ carceratus, adductus, Demonẽ inuocauit liberatorẽ, qui uinculis & carcere eduxit, aſportauit in baratrum, proiecit præcipitem in terræ uiſcera. Vbi Pontificũ, regum, principum, hominum & mulierum pœnas uidit eiulãtium, ſociumque agnouit, qui ſibi ſecretam rem declarauit occultiſſ. præcepitque domino exponeret oppidi, niſi mores mutaret in melius, ſedem ſibi paratam, mõſtrauit, ad quem ſocium nimis imprudenter adhærens, manus uſtulatas ægre detraxit, remouitque. Inde reſtitutus eſt, detentus ipſe in carcere, in uinculis, in compedibus poſt abſentiam tridui, hoſtio clauſo, nihil diſrupto. Vnde cibum requirens a cuſtodibus, Domino requiſito, retulit iuſſus, commiſſa cum coniecturis, ut dominus ſtupens, cum cuſtodibus, de egreſſu, & regreſſu, de recitatis, de horrida rei facie, de uſtulatis manibus & immutato corporis habitu. Vnde & poſt non diu uiuens exceſsit, dominus mores mutauit, & uitam digeſsit in melius. § Alexand. ab Alexan. lib. ult. cap. 21. § Vnde minus mirum, quod refert Plin. § libr. 7. capit. 52. § de Hermotinio Clazomenio, cuius anima errare ſolita erat, relicto corpore, multaque nuntiare de longinquo, quæ niſi a præſente dici poterant, & de Gabieno, Vt de Baſilide refert Tacitus, ubi de Veſpaſiano Fla. § libr. 20. car. ulti. Sueto. in eod. cap. ſuſcepto igitur, &c. §

11 Soleus bona diſsipauit propria, omnia prodigendo. § not. Plutar. lib. de ſera nu. uind. car. 5. fin. § Vnde ſceleſtus factus, quomodocunque nitebatur acquirere, nil prætermittens induſtriæ. Reſponſo cognouit Amphilochi, Melius eum acturum quum e uita migrauerit, decidens ex alto extinctus eſt. Triduo poſt elatus, reuixit, magnamque exinde morum mutationem faciens, ciuiliter uixit recte ſe gerens. de Pãphilio ſcribit Plin. de quo & Valer. § cap. de miracu. § Prælio interfectus, poſt decem dies rogo impoſitus reuixit. § car. 27. a ter. §

12 Ariſtæus ad Cizicum Vrbem defunctus, non repertus, poſt annũ ſeptimum

ſeptimum apparuit, Arimaſpæos compoſuit uerſus, & receſsit. § Herodo.lib.4.cap.1.in fin. § Vt de Hero Armenio, Plato. § libr. 10. de rep.car.pen.ante.in med. § Qui uiſa retulit.

13 Elephas belluarum prudentior habitus, proximiorque humanis ſenſibus, ut & ſimia. § Tul.lib.1.de natu.deo.& epiſt.1.libr. 7.famil. car.90.Plin.lib.11.cap. 38. § funambulus uiſus. § lib. 8.cap.1.& 2.ubi plura.Sue.in Galba cap.honoribus,&c.Arria.plura li.ult.in med. Carda.lib.10.de ſubtilit.car.4. § De Elephanto, qui in auribus bina tenebat cimbala, quæ alternatim promuſcide pulſabat, percutiens ad rithmum, ſaltans ratione, Iunioribus alijs & ipſum imitantibus. Porum regem & dominum ab Alex.Mag.ſuperatum prælio, & uulneratum defendit Elephas eius,&c. § Curt.lib.8.in fi. § Alium refert Cælius. § lib.3.cap.10. § ſcribere edoctum.alia mira not.Plin. § d.cap.2. §

14 Pſitacum inſtitutum eſſe optime recitare totum ſimbolum Credo,&c.propterea & comparatum magno tunc pretio per Cardin. Aſcanium. § Cæl. libr.3. cap. ult.in med. § De luſcinia, de turdo, de ſturno, de coruo. § Plin.de quo Budæ.car.121.129.lib.10.cap. 42. 43. § De cornice, & luſcinia, Macrob. § lib.2.Saturn.cap.4. in fi. §

15 Delphinus in mari habitus uelociſs. ut aquila in æthera, puerum ad Putheolos ſibi inſidentem leni meatu portare aſſuetum per plura etiam ſtadia illęſum, ſibi prædilectum fuiſſe conſtat, ex quo tota ibi cõfluebat Italia ad tale ſpectaculum, & Roma ipſa, quo morbo defuncto, tabuit delphinus ipſe & exanimatus eſt mærens. § Plin.libr. 9. epiſt. 33.lib.9.cap.8.in med.Gell.li.7.cap.8.Pauſan.li.1.in fi.car.ult.a ter. § De Arione. § Herodo.libr.1.cap.2. Plin. d. cap.8.in med. § De Manato piſce Indico familiari & manſueto ſcribit Io. Leo hiſtor. § libr.2.cap.41.Plin.lib.32.cap.2. in med. § De piſce mirum refert Gallus. § lib.9.rei ruſticæ. car.2. § De Pantera in hominem itinerantem accepto beneficio mire gratitud. § Pli.li.8.cap.16. § Et de leone ferociſsimo in ſeruum Androdũ ſibi iam ſocium agnitum. § Seneca lib.2.de benefic.car.100.de quo Gel.lib.5.cap.14. §

16 Aquila per uirginem educata, præda interdiu uiuens, in cubiculo regrediens quotidie. defuncta puella, auis etiam ipſe in rogum conflagrari uoluit. § Plin. libr.10.cap.5. Ponta.libr.de obed.4.car.prima, in princ. §

17 Anguis aſsidue uiuens ſub menſa domini domus in Aegypto lædens neminem a nemine laceſsita, enixis catulis, eorum unus domini filium morſu offendit unde ſecuta mors, iniuriam cognoſcens & noxam illatam aſpis, natum in conſpectu domini interfecit aſpidulum, nec ultra uſquã comparuit. § Plin.lib.10.cap.pen.in fi. cap.17. lib.8. § ex

ponit a dracone Thoantem seruatum a se puero iam educato & tūc uoce cognitum.

Anguis etiam qui & Draco dicitur. Plin. § li.8.cap.11.12.13.14. lib.10.cap.4. § Cubitorū triginta in Aegypto per uenatores aggressus, unum ore interceptum deglutiuit statim, alium inuoluit cauda, unde spe lucri a Ptolomeo rege propositi, ualido rete in cubili constituto adactus, canum uenatorum equitum & tubarum pluriumque persequentium strepitu pressus, captus, excussus dentibus, fame placidus factus, eductus, regi dono ductus. § Diodo.libr.4.car.4.a ter. § Serpens igitur ad Bagradam balistis interfectus a militibus Attilij Reguli cons. esse potuit etiam pedum.120. § Flor.libr.18.Gel.lib.6.cap.3. Valer. cap.de miracul.in fin. Plin.d.cap.14. § Multis militibus ingenti ore correptis, pluribus cauda elisis. § Eutrop.lib.2. § Cubit.50. in scena & pro comitio eductum anguem per Augustum, not. Suet. § in eo.cap. spectacula.car.85.in fin. § Draconem manu Tyberij Imper. cibare solitum, notauimus supra in cap. de Augurijs, in Tiberio. Draco in Ethruria biceps pedum.85. longitudinis, sęuiens fulmine interfectus. § Dion.lib.50.car.4.in fi. Pausan.libr.2. in fin.car.87. in med. Plin.lib.8.cap.11.de elephanto, & cap.12.in fin. 13. 14. §

18 Canis nomine Durides, accenso Lisimachi Domini rogo, se etiam iniecit in flamma. § Plin.lib.8.cap.40.de canibus. § Canes transfugisse ab exercitu Gallorum Nouariam in urbem ad Heluetios uictoriā consecuturos. § Ioui.li.11.in med.car. 170. § futurum præsagientes, ut de Aristodemo, Pausa. § libr. 4. car.6.uel 153.in prin. § De Ciconijs ad Aquileiam ab Athila Humnorum rege diu obsessam transmigrantibus. § Diaco.li.15.car. 2.a ter. § Araneas domo fugere, ruinam prænoscentes. § Carda.lib.17.de subtilit.car.635.ex Plin.li. 8.cap.28. §

Canis item in hominum conuentu domini interfectorem, sciente adhuc nullo, aggressus latratu & laniatu, reum declarauit, qui deprehensus, pænam subijt. § Plin.ubi supra. Apia.lib.Sirio, car. antepen.a tergo plura. §

T. Sabino ex proscriptis interfecto Canis in Tiberim etiam proiectum, & scalas prius in gemonias, se socium ad mortem exhibuit. § Plin.ubi supra. Dion.lib.57.in med.car.436.a terg. Eras. prouerb. § Canis uindicta. § car.97. Cælius.lib.5.cap.8. § De Berezillo in pręlio acerrime pręliante not. Io.Leo. § lib.2.cap.44.cap.62.in fi.cap. 65. § De Leontino filio.

Scedasus item peregre profectus, domum regressus, filias binas nusquam uidens in domo, omnia tamen salua offendens, incertus diu stās, de

de filiabus nil præsentiens, catella ad puteum cursitante pluries & ad ipsum dominum, indicium dedit, in puteum puellas clam proiectas, quas & repertas cognouit per hospites duos pridem Iuuenes per eum uiolatas in puteo proiectas, ne scelus aperiretur. Vnde uindictam requisiuit & uidit. ʒ Plutar. lib. de amator. narrat. car. eius. 3. uel 364. Pausan. libr. 9. car. 352. ʒ

Canem a cane interfectum & deuoratum refert Dion. ʒ libr. 50. car. 5. in fin. lib. 47. car. 234. a ter. & in prodigijs. ʒ

19 Equum cursorem in Halanis pop. repertum, captũ bello & Imp. oblatum Probo, animal agile pernix aptum in dies quosque milliaria centum, & in dies decem decurrere solitum mill. mille, refert Vopis. ʒ in eo. car. 216. in prin. ʒ Hominem similiter toto die currentem, non lassum, not. Io. Leo histor. ʒ lib. 2. car. 46. in med. ʒ

Equum Iulij Cæs. Dictat. fuisse pedibus humanis, not. Sueto. ʒ in eo. Dion. lib. 47. car. antep. a ter. Plin. libr. 8. de equis, cap. 42. Plutar. in eo. car. 2. Gel. lib. 5. cap. 2. de Bucephalo. ʒ Carolo 8. regi Franc. post prælium in Italia ad flum. Tarrum anno. 1495. Franciscus Marchio Mãtuæ Venet. exercitus tunc Imper. insecuto & salutato ad Vercellas, equum dono dedit eximiæ agilitatis, ad sessoris nutum uel in girum undequaque uel cursu uel satibus quod plurimum delectauit regem. Numidæ habentur iaculatores optirai equitandi peritissimi, sic ut equos, & infrenes uirga tantum moderentur. ʒ Herodi. in Gordiano Imp. lib. 7. car. 4. fin. ʒ

Equum fluuiatilem not. Arria. ʒ lib. 8. car. 4. in fin. Pausan. libr. 4. car. antep. 177. lib. 9. cap. 3. in fi. Plin. li. 8. cap. 21. in prin. 25. in fi. Dion libr. 51. in fin. car. 4. fin. Diodo. lib. 1. car. 5. Quales. ʒ

Equos pennatos, quos pegasos dicunt not. Plin. ubi supra hic.

Equas fauonio uento concipere in Lusitanis, & pernitiosissimos gignere pullos non diu uiuentes, dicit Varro efficacissimus author. ʒ li. 2. cap. 1. de re rust. lib. 8. cap. 42. in fi. de equis. ʒ Pro uero asserit Pli. & affirmat, pro fabuloso Iustinus ʒ lib. ult. ʒ de Hispanis & eius opibus, ex Homero ʒ lib. 20. Ilia. car. 4. in prin. de Achillis equis. lib. 16. car. 4. de eiusdem equis ex zephyro. ʒ

20 Muscam, formicamque e marmore fabrefactam refert Plin. ʒ li. 7. cap. 21. lib. 34. cap. 8. in fin. lib. 36. cap. 5. in fin. ʒ Quæ quadrigam contegebat cum rhedario uel aponario, & Nauem, Musca cum alis, quę difficillime & per paucos conspici acutiores poterat. ʒ Plin. ubi supra. Carda. car. 616. lib. 17. de subtilit. ʒ

21 Annulum similiter cum incluso horologio horas monstrante, & pulsante, digito portatilem fabrefecit Georgius Caputblancus aurifex

Vicetinus,anno.1533.Quē Illustris.Duci Vrbini dono dedit.Vidimus nos ipsi plerique omnes.refert eum Carda.ipse,non autem satis explicite. § lib.2.car.101.lib. 17.car.616.§ Magis composite memorat & uerius §Pet.Aretinus in suis litteris.quod,& uberius,alibi annotauimus in re Vicetina. §

22 Pateram uitream in frustis actam restituit in integrum artifex qui per inuidiam a Tyberio Imper.interfici iussus est. § Dion. in eo.libr. 57.in med.car.434.Plin.ubi de uitro, unde & Biringut.Senensis. §

23 Linum,quod uocatur uiuum, quia incombustibile nascitur in India,ex quo mantilia conficiuntur, quæ igne immisso purgantur sordib. Ob eius breuitatem difficillime regitur & conficitur. § Plin.libr.19. cap.1.in fi.lib.28.cap.7.in med.Carda.li.3.car.221.hunc refert & Pausan.li.1.in med.car.31.in prin.Volater.libr.27.car.857.§ in Italiam uisum affirmat, & habitum.

24 Piralis animal ut musca,quandiu est in igne uiuit, exiens moritur, § Plin.lib.11.cap.36.in prin.§

25 Auem in aera semper stantem, uiuam nunquā uisam nisi morte delapsam sine pedibus,pennis pulcherrimam, Manicodiatam dictam, refert in rebus Indicis Carda. § lib.10.aliter Io.Leo lib. 2.cap. 95.car. 144.§ Hanc nil comedentem sine alis Manuchem nominari dicit de alijs Plin. § lib.11.cap.47.§ Simile refert Plut.in Artoxer. §car. penul. § Nascitur in Persis auicula adipe plena,Rinthaces dicta, rore tantum & uento uiuens in ipso æthere.

26 Puerum itinere fessum in specu septem & quinquag.dormisse annis,refert Plin. § lib.7.cap.52.in med.Corius lib.1.car.8. § Septē dormientes in Bulgaros repertos dicit, tempore Decij Imp. per plura secula Epimenides Gnos. de quo cap. de senectute, in spelunca somno pressus annis.40.obdormiuit.Pausan. § lib.1.in med.car.17.25. §

27 Puellam nil comedētem, & nisi haustu aquæ uiuētem in ulteriori Hispania refert Albertus Mag. § lib.7.de animal.not.Ponta.lib.4.rerum celest.car. ult. § quæ tunc erat annorum. 22.Vt de Olimpiodoro affirmat Aristot.de quo Marsil.ad Platonem, § in Phedo. de anima.car.ult.eius argu.ante, in med. § uidisse ait se hominem,qui solo aere & sole uiuebat, & nutriebatur. Scocensem uidimus & nos ipsi per has transeuntem ciuitates anno.1535. de quo nomen erat ipsum nil comedere,quod examinatum cognitumque Romæ fuit, ut & pro uero refert Carda. §lib.11.de subtilit. car. antepenul. § ipsum stare solitū ad.30.dies sine alimento, ubi & de Leonarto Pistori. qui semel tantum n ebdomoda erat solitus comedere. Paulutium Arimin. nil comedentem diebus quadragesimalib.totis refert Corius. §li.3.car.216.a ter.

&

& in uita Ludou. Imper. car. 5. fin. § Puellam Tolossanam, de qua supra, triennio nil comedentem. § Corius car. 551. ante. § Asiũ nunquam potum hausisse refert Pont. § ubi supra. car. ult. § Chameleon solus animalium, aere tantum uiuit, non cibo, non potu. § Plin. libr. 8. capitu. 33. §

28 Ariston ex asina suscepisse dicitur puellam honestißimam, ex equa eponam Stellus. § not. Plut. lib. paralle. car. 104. nu. 54. 55. Herodo. lib. 6. cap. 5. §

29 Antonia Mutinensis peperit filios quadrag. duos, decesitque anno eius ætatis. 40. tum ternos, tum quinos pariens. § Petr. lib. pontifi. in Nicol. 5. pontifi. anno. 1277. § ut de Serapia ergo Alex. minus mirum sit, quæ septem peperit uno partu in Aegypto, & de Euthichea per uiginti filios elata. § Plin. lib. 7. cap. 3. §

Algimundus Humnorum rex, de quo Corius § lib. 1. car. 8. § infantes septem uno partu enixos deprehendit in piscina eiectos, unumque tunc etiam uiuum extantem domum ad suos deportari iusit, nutriri, educari fecit. Quẽ Lamisium nominauit, & in regno instituit successorem. Algimundus idem deprehendit & dormientes septem, de quibus supra. in Decio Imp. 30.

30 Infantem in utero matris clamasse Io triumphe, refert Liuius § lib. 24. car. 3. in prin. in prodigijs. § Infantem alium in utero matris exerentem brachia, regressum esse, quod omen fuit de Saguntinorum exitio. § Iul. obseque. libr. de prodigi. Eutrop. lib. 3. car. 41. Plin. lib. 7. cap. 3. § Alius cum nasceretur, aue dixit. § Iul. prædic. num. 39. § Tamar uidua de Socero semen suscitans geminos ędidit Zaram qui primo brachium protulit & retraxit se, Pharamq; inde, qui primus est natus. § Genes. cap. 38. in fi. §

Aquam fontanã haberi diximus in annotationibus nostris, ex Petro Martire auctentico scriptore Indicarum rerum, de quo Carda. § lib. 2. de subtilit. in med. § apud Bornicam insulam noui orbis in montis uertice. quæ senem restituit in Iuuentam (si credi fas est.) § Ioan. Leo lib. 2. histori. cap. 45. § Quod saluator noster inter tot & tanta miracula per eum operata nunquam fecisse legatur, quod si uerum est, effectum sequi & progressum est uerisimile, Quintæ quam dicunt essentiæ, de qua Carda. § ipse lib. eodem. 2. ubi supra. car. præced. § quia excrementa separat, & naturalem instaurat calorem ita temperatum, ut effectum faciat, productionemque uitæ prædictam.

Echenis est pisciculus, ut gudus Venet. Limachæ similis, alio Latino nomine Remora ab effectu dictus. potentiam habere asserunt sistendi naues uentis etiam acerrime agitatas, gubernaculo adherens, notat quã

pluribus § Plin. cap. 1. lib. 32. § Vbi & de Torpedine in uirum etiam fortisſimum & uiroſum, deque lepore marino, qui tactum aut uiſum tantum interimit, & econtra tactus ab homine moritur.
31 Rheda iter facere ſolitus legitur Iulius Cæſ. conſ. milliaria centũ in dies ſingulos, Tiberium poſt Imper. caſu fratris Druſi in Germania præclaras expeditiones faciente in hoſtes, ducenta millia horis. 24. emẽſum fuiſſe, nulli cedit exemplo admirationis. de quo notauimus alibi in uer. uehicula. Admiranda ſuperat omnia quod de Liburnica ſcribit Iuuen. Sat. 3. in qua uelociter currente poterat quis legere, ſcribere, dormire. Quamplura ex antiquitate renouata ſunt, hæc nullo ueſtigari modo poſſunt ad hucuſque. Diues & ingenti curret ſuper ora, liburno, atque obiter legat, uel ſcribet, uel dormiat intus. Niſi reputemus fuiſſe, ut de ſede qua uſum fuiſſe Carolum. v. Imperat. pridem nouimus diebus noſtris, refert Carda. § lib. 17. car. 7. § Vt quocunque ſitu conſtitutus immobilis, inturbatus, commoduſq; dum uehitur ſederet, ut de Lucernis ita confectis, & de Ianello Cremon.
32 Ad Danubium in Germania uitem eſſe pro cõperto aſſerit Alex. ab Alex. § li. 4. cap. 9. § quæ hiberno tempore ob rigorem frigorum, & ex alta niue ſub terra ſeruantur, quæ in uere producunt palmites, ſed aureos modicum afferentes uinum. Cuius aurei palmites principibus ſummiſque uiris dono mitti ſolent, ut uiſu mira, & hoc pluribus in locis regionis tantum illius. Vel quia uenæ ibi aureæ hanc forment operam, ubi ſupra habetur etiam.
33 Britanno in littore ad Oceanum nauigia uetuſtate diſrupta, putrida facta humore, & ſole, fungos in littore producere, qui poſt certum tempus mouentur, agitantur, & alis formatis uolucres effecti, conchulis uictitant maritimis, quibus auibus ueſcuntur finitimi, habentque in quottidiano uſu, ibi non mirum, apparet, ut Bombices in Italia qui ex ouis, milij grano minoribus, coloris nigricantis uermiculos producuut uerno tempore enaſcentes, Mori folijs tantum ueſcentes, bimeſtri tempore, perfectæ formæ, tali repleti cibo texturæ dediti ſericum efficiunt nobiles ad conficiendas ueſtes, & in uarios uſus, ut annotauimus in uer. bombices alibi ex Ariſtot. de quo Plin. ubi de Coa puella, quæ artem inuenit ſericeam.
34 Superat omne aliud miraculum hominis arte ueſtigatum, uentorum rectorem Aeolum Neptuni præfectum, aula profectum ſua, qui maria uertit, Claſſes agitat, quatit, diſſipat, datis manibus obſequentiſſimum factum, accepto freno, domini ad libitum augere ac minuere Euri & Zephiri tantam uim, in antro hippici uel ſemiſtadij magnitudinis, arte compoſito & inſtituto, in uico Cuſtozię Vicetinæ ditionis, pro

pe

pe illud maius & amplissimũ, de quo in nostris annotationibus in Ver. Antrum, quod est ualidi exercitus capax, clariss. saluberrimoque cum fonte, ut obstupescant omnes tantam perspicientes, cognoscentesque obedientiam, obsequentiam, iucundissimamque in æstu sedando seruitudinem. per uiscera enim meatusque montis illius oberrans frigidissimus ipse uentus, benignus tamen ibi tantummodo non importunus, eo magis ualidus, quo foris plus æstuat calor. Adeo quod Vina ibi deposita in Cuppis, subindeque peregre exportata aut translata triduum conseruent iucundissimam frigiditatem ibi pridem perceptam. Ibi composuit Cryptoporticũ, exornauitq; D. Franciscus de Tridento preclariss. Iur. peritus, fabricis, dyetis, & cænationibus, ut ait Plin. in Epist. Amaui curam, &c. frequentius auras quam uentos habet, &c. ad libitum etiã domini per foramen introducentis acrius aut leuius, ut eo peruenti hospites, putent se alio esse seculo, uel hemispherio. Quies ibi & ociũ, placida omnia & quiescentia, regio saluberrima, cælum purum ad conseruandam sanitatem, uel & consequendam, perduciturque uentus ipse de cænaculo in cenaculum, uel de loco ad locum per ipsa foramina, ut deriuantur riuuli per prata, hominis arbitrio. Ibi & diu per æstum seruantur ædulia quæque quotidiana per conciues quosque, ut quilibet uiuendi cupidus, ibi demorans, implendi seculum dubitare non debeat, optima cum ualitudine & hilaritate.

35 Pullos nasci absque gallinarum incubatione quantitatis maximæ refert Diodo. de rebus Aegyptijs. § lib. 1. car. 11. in prin. Plin. lib. 10. cap. 54. de gallinis. Iouius in rebus Aegypti, lib. 18. histor. car. 377. Carda. lib. 2. car. 82. lib. 12. de subtilit. cap. 459. Io. Leo in 7. parte Africæ. car. 93. Spart. in Saturn. car. 272. in fi. § Qui dixit de Aegyptijs ipsis, Opto, tantum ut suis alantur pullis. § Constant. in lib. 14. capi. 18. § rei rusticæ.

36 Homines funambulos & mulieres uidimus, ac Elephantos legimus ut supra num. 13. & non rari uersantur in ipso ludo, & qui præcipiti cursu e turre per funem corpore uolantes descendunt. ut Iuuenal. § Sat. 14. car. pen. § Turcam uero anno 1548. & hodie. 1564. Carnispriu. tempore, in ciuitate Venet. astante Illustriss. Dominio ipso, nobilibus ciuibus popularib. ad centũ mill. quod à seculis nunquam prius auditum fuit, lectumque tale factum. pedibus enim super erecto fune obliquo ad Campanas altissimæ Turris, & firmato, profectus est ascendens, ut per scalam, per duo stadia itineris, animo intrepido, stupentibus quibuscunque ad summum Turris euasit, præmioque donatus est decenti. Aemulatus Angelum per scalam ascendentem ad Cęlum usque. de Iacob. § lib. Gen. cap. 28. plura Carda. lib. 18. car. 2. de subtilit. rerum. §

DE MORTIBVS NON VVLGARIBVS.

Morte non uulgari perijt Drusus Pomp. Claudij ex Messalina filius, qui Piro per Lusum in sublime iactato, & oris hiatu excepto strangulatus est. § Sueto. in Claud. cap. liberos. car. 227. §

Darius Ochus dictus, ex septem coniuratis in magos constitutus, rex, ciues somno sopitos, in locum cinere repletum, feruidum, positos, cadentes necauit. § Valer. cap. de crudelit. §

Ochus alter Artaxerxes Ocham sororem Socrumque uiuam capite defodit. Item & Alex. Phaler. Tyrannus in noxios. §Plutar. in Pelop. car. pen. §

Perseus econtra triumphatus per Paul. Aemil. cons. coniectus in carcerem, somno prohibitus, miserrime confectus. § Plut. in Aemi. Cós. in fin. car. 126. §

Phalaris Agrigentinus Tyran. Cleombrotum Tauri Aenei inuentorem ad excruciandos homines inclusum, ipsum primum morte præmiauit. § Valer. ubi supra. Persi. Sat. 3. in med. Phal. ipse in Episto. sua ad Thimandrum. car. 32. §

Annibal Nucerinos balnearum fumo, & in fide acceptos necauit. § Valer. cap. de perfidia. Liui. lib. 23. car. 3. a ter. car. 2. ante, de campanis. Apia. in lybico. in med. car. 252. §

Lignorum fumo excruciatum quendam Viridium not. Tul. § in 3. Verr. car. 83. §

Alexanderq́; Imp. Rom. in fumum uendentem, not. Lamprid. § in eo. car. 124. a ter. §

Carbonibus aũt accensis Catulus, de quo Apian. § lib. 1. car. 26. §

Portia Catonis filia, Bruti uxor, mori prohibita, post mariti mortem prunas hausit ardentes. § Vale. cap. de amore coniug. Dion. lib. 47. car. ult. in fin. §

Tyberius Imper. larga potione oneratos reos, deligatis ueretris, urinæ tormento discruciabat. § Sueto. in eo. cap. Duxit. car. 160. §

Athila rex Humnorum potentiss. nocte cubans cum noua alia sponsa, sanguine per nares fluente, ad os apertum, suffocatus est. § ad Plutar. in Athila, in fin. Blond. libr. 12. car. 10. a ter. Pompo. Let. in Valent. car. 43. In Alex. Imper. Constan. Egnat. car. 29. de simili morte. §

Lætitia uel merore. § Liui. libr. 22. car. 2. a ter. Gel. lib. 3. cap. 15. de Diagora Phil. § Aenet. quinquertio de quo Pausan. § li. 3. car. 125. in fin. Plin. libr. 7. cap. 53. cap. 32. de Chilone. § Rausciacus Sueuus, de quo Ioui. § lib. 39. car. 6. fin. § Filio in prælio uiriliter interfecto, mira uirtute se habito, in eius cóspectu, incognitus & inscio patre stupidus, nil effatus, rigentibus oculis interijt. § lib. 45. in med. car.

car.577. § Pomperanus item, de quo Ioui. ipse. § li.26.car.127. §

Sinas Bassà captiuum filium sibi per Barbarussam recuperatum, perductum, restitutum, uidens reducem, gaudio expirauit repẽtino. § Ioui. ubi supra. Carda. de eius amita. libr. penul. car. Dion. libr. ultim. car. 7.458. §

Herodes post egregia per eum crudelia gesta in suos quosque, putredine testiculorum uermiculos germinante, contractus omnibus membris decessit. § lib.17. antiqui. cap.8. Iosep. libr.1. cap. ult. belli Iud. car. ult. § Vt & Arnulphus Imp. de quo Blon. § li.12. car. antep. §

Sylla etiam de quo Plin. § lib.7. cap.43. lib.11. cap.33. Plutar. in eo. car. ult. ante. & etiam § Pipinus de quo Aemil. § in Dagob. rege. 18. cap.56. § Cassander Alexandri Mag. progeniei euersor. Pausan. § lib.9. cap.4.347. §

Christianos belluarum pellibus coopertos canibus obijciebat laniãdos Imper. Nero, de quo Tacit. § in eo. libr.15. car.4. fin. &c. Suet. in Calig. car.186. in prin. Plutar. in Pelop. uita, car. pen. in prin. car.75. § De Alex. Phalereo Tyran. de quo supra.

Domitius Imper. igne per obscena immisso, distorsit homines & necauit. § Sueto. in eo. cap. Erat autem. car. 346. a ter. §

Masius Baresa Ferdinandi regis Neapolit. Ductor homines secabat & uiuos necabat. § Ponta. lib. de Immanit. car.316, lib. de bello Neapol. car.285. ut de Imp. Caio. §

Caligula, de quo Suet. § in eo. cap. Sæuitia &c. car.185. §

Clodius Pulchri fil. abdomine deuorato ex luxuria, spiritum emisit consumptum. § Vale. de ijs qui degenerarunt. §

Plinius Senior montem Vesuuium aspiciens caligine suffocatus. § Plin. Iunior. lib.6. epi.16. §

Pherecides seruus copia serpentium e corpore erumpentium necatus. § Plin. lib.7. cap.51. §

Absalon Dauid fil. & hostis profugiens in prælio capillatior arboris pendenti ramo implicitus, insecutus, interfectus. § Iosep. libr.7. antiqui. cap.10. §

Macrinus Imp. duos adulteros duobus exertis bobus capitibus inseruit. § Capitol. in eo. car.94. §

Aurelianus Imper. adulterum etiam inflexis duobus arboribus discerpsit, Disfendomena dicunt.

Auidius ex 30. Tyrannis longum stipitem, uel materiæ struem, reis opposuit, ignemque supponi iubens fumo, flamma, mærore consumebat. § Vulcat. in eo. car.2. a ter. uel 283. §

Stipiti infixos fugitiuos seruos necauit Octauius superato, & priuato

Lepido

Lepido socio. §Dion.lib.49.car.6.a ter.§ Vt per Turcas in Christianos hodie.

Crucibus & affecti tales. §Plin.li.pen.cap.15.in prin.Valer.cap.de discip.milit.de Afric.super.car.43.Liui.lib.22.in med.car.98.ante,lib.28.car.antep.ante.libr.40.car.ult.a tergo.in med.§ Romani in crucem sublati.

Arrius Heresiarca Max. corpus exonerans, animam simul emisit. §Pompo. Læt.in Iuliano Imp.lib.2.car.34.in fin.§

Germanus quidam spongiam ligno alligatam præuenturus mortem instantem, farsit in gulam. §Sen. epistol. 71. in med. post longum, &c.§

Attilius Regulus Carthaginem reuersus, fide data ad captiuitatem, in arca lignea inclusus, clauis adacta. §Tul.in Parad.Plin.libr. de uiris Illust. nu. 40.Gel.lib.6.cap.4.Vale.cap.de cultura deorum.§

Metrodorus per Artaxerxem scaphis duabus inclusus, per dies decem excruciatus. §Plutar.in eo.Artaxerse.

Lucta congressus(ut de Antheo per Herculem) Carolus ex filijs Ludouici regis Franc.per Albinum acriter pressus, inter manus sublatus, expirauit. §Aemil. in Ludou.2.car.122.§ Vt Mantuæ Aethiops Caroli.5.Imper. pedisequus,per Gonzagam cognomento Rodomontem.1532.anno Christi.

Per talos traiectus ad currum religatus Bessus Alex. Magn.iussu (ut per Achillem Hector,de quo Home. libr.pen.)tractus circa urbem per equos. §Curt.libr.4.in med.car.27.§ Aliter ac supra hic Plutar.in eius uita. §car.229.in prin.§

Nauarrus in Francia libidinis intemperans,medicamentis decubãs, &c.flamma concepta combustus perijt. §Aemil. in Carol. rege. 52. car.438.§

Rex personatus nocturnis in ludis,pice ac lino delibutus,in ferã formatus hispidam,flamma,cõcepta,plures ambusti uix ipse euasit. §ubi supra.car.445.§

Carus Impe.Tonitru Max.exanimatus perijt. §Vopis.in eo.car. pen.in fi.224.§ Garotum uocant Hispani genus supplicij,de quo Io ui. §lib.37.car.93.§

## DE NEGLECTA RELIGIONE.

Neglecta fuit & uiolata religio per Iulium Cæsarem,qui templa spoliauit in Gallia.e Capitolio furatus est etiam tria millia pondo. §Sueto.in eo.car.33.37.45.48.Dion.lib.43.car.149.a terg.lib.41.car.103. in fi.lib.42.car.4.fin.§

Augustus Apollinẽ se fecit cum alijs in cænatione. §Sueto.in eo. car.

car.102.lib.51.in med.car. 12. §

Caligula se Iouem fecit Latialem,adorandumq; se præbuit. § Sueto.in eo.car.180.car.200.a terg.Dion.libr.58. car.3.uel.469.a tergo. car.471. § Seipsum in Deum sacrificauit,eius equum sacerdotem constituit secum.

Germanico extincto Lares familiares per quosdam abiecti, partus expositi,templa lapidata,subuersæ aræ. § Suet.in Calig. car. 170.Iusti.lib.1.plura. §

Nero Imper. Vestalem Rubriam uitiauit per uim. Simulacra ex auro conflauit & Penates, matre interfecta, furijs agitatus & uerberibus. § Sueto.in eo.cap.Verum ut spes.cap.matrem ducta.car.263.§

Vitellius Imper.nondum creatus in urbano officio, donis ornamentisque templorum detractis, pro auro & argento stannum & auricalcũ supposuit. § Suet.in eo.cap.Trium itaque.car. 304.§

Domitianus Imper.Dominum & Deum nostrum se appellari iussit, &c. § Sueto.in eo.cap.principatum.car.348. §

Commodus Imp.Herculem Iouis fil.se iussit appellari. § Herodi. in eo.car.13. §

Heliogabalus Imper. Vestalem incesto coinquinatam duxit uxorem, & repudiauit,connubia deorum celebrauit,&c. § Herodo. in eo.car. 61.in med.Lamprid.car. 101. §

Maximinus Imper. Templorum donaria statuasq; conflauit. §Herodi.car.75. §

Cleomenes cum Argiuis hostibus fœdus percussit per aliquot dies. Sed noctu fallens cæcidit & cepit. a mulieribus pulsus seipsum furore percitus interemit. §Plutar.in apophtheg.Lacon.in Cleom.car.166. a tergo. §

Crassus contra Parthos cum exercitu proficiscens in Iudæa templũ ditissimum a Pompeio uictore non tactum spoliauit fide fracta.aurea talenta. 8.millia cum Trabe etiam aurea ingentis pretij asportans, & cæ. not.Iosep. § lib.14.antiqu.cap.14.in prin. §

Diocletianus Imp.adorari se uoluit,& pedes exosculari. § Pomp. Læt.& alij in eo. §

Antiochus in Siria Dodonei Iouis templum spoliaturus,cum militibus interfectus est ab incolis. § Iusti.lib.32.in princ. Tul. in 3.Verr. car.83.a ter.alia refert ad hoc. §

Constantinus quintus Imper. Orient. coronam lapidibus pretiosis, & Carbunculis refertam in Sacrario Sanctę Sophiæ seruatam capiti suo imposuit,& per urbem portauit.Vnde mortem consecutus est. §Blõ. lib.11.car.antep.in fi. §

Federicus

Federicus sec.Imper.præter eius sæuitiam & plura eius nefaria, uasa etiam argentea Casinensis monasterij, & aurea conflauit, & in nummos redegit,&c. § Blon.lib.17.in med.car.7.in princ. §

Scipio Pompeij nomine in Templo Dianæ Ephesiæ pecunias iam depositas tolli iussit,& statuas Deæ.recedere statim iussus, a rapina destitit. § Cæs.lib.3.ciu.car.11.in prin.341.car 4. fin. a ter. §

Sylla pecuniæ ad bella indigus, Donaria prætiosissima ab Epidauro, ab Olympia,a Delphis iussit ad se deferri, quod religiosum habentes, Caphis & ministris respondit, Non indigentis sed exultantis indicium esse, sonitum Citharæ auditum, propterea confidentius accipienda, & cæ. § Plut.in Sylla.car.3.ante.Ponta.de liberalit.car. 4. a ter. Lactan. lib.2.cap.4.Ioui.libr.3. car. 8. § Caieta expugnata per Gallos, nauis recedēs cum spolijs onusta apud Circæos perijt, naufragio fracta, & in litus eiecta.

Quas scelerum pœnas non tribuit Deus in perpetratorem,non differt in filium uel nepotes,ut de Dionisio,supra. Ita in Solomone Dauid filio Hierosol. rege amplissimo,qui mandata Dei spernens in regem sapientia refertum legit, Deos colens alienos muliebribus inquinatus de litijs tribus,decem rebelles fecit,& bellis implicitas grauibus. §lib.3. regum.cap.7.12.Iosep.lib.8.antiqu.Iud.cap.3. §

Balthasar qui & Nabcar Babiloniȩ Imperator potentissimus,quia uasa templi Hierosolym.sacra ibidem asportata per Nabuchdonosor eius auum captiuatis etiam Iudæis omnibus, & ad usum domesticum cum suis concubinis requisiuerat. Irritato Deo in urbe obsessus per Cyrum Persarum regem,& Darium Medorum, prædicente Daniele Dei seruo & propheta expugnatus,captus,abductus, imperium cum ciuitate uastatum & usurpatum. § Iosep.lib.10.antiqu.cap.13. §

Antonius Triumuir Græciam exhauriens bonis,Dionisium se iussit appellari nouum,Pallademque duxit uxorem,&c. §Dion.lib.48.car. 8.fin. §

Alex.Mag.Gordium gladio ruptis loris oraculi sortem elusit uel impleuit,Asia potiturum significantis. § Plut.Curtius,Arrianus. §

Ebroinus dux egregius,bellicis artibus clarus,perfidus tamē, Diuos eludens,periurijs execrationibusq; sæuiebat, donec ab Ermenfredo interficeretur per insidias & ipse. § Aemil.in Theodor. rege. 151.car. 53.in princ. §

Saturnini uxorem Paulinam specie pulcherrimam pudicissimamq; in templo Isidis Romæ constuprauit mundus adolescens datis miriadibus in præmium sceleris sacerdoti prodenti sub nomine Anubij Dei. patefacto scelere Tyberij Imp.in sacerdotes animaduertit, & templum iussi-

iusit euerti. § Iosep.lib.18.antiqu. cap. 10. §

DE NECESSITATE.

Necessitas uictoriam inducit sæpe aduersus persequentes, & uirtutem auget. Vnde prou. fugientibus argento sternendum esse pontem. § Aemil.in Chereb.rege.8. car.33.§ de prælio inter Saxones & Sueuos uictos. § lib.9.in Ioan.1.rege.50.car.402.in prin. §

Casilinates impulit herbis uesci & muribus, scutorumque pellibus & loris. hæc tamen sæpe uictoriam pepererunt. § Liui.libr. 13.car.4. in fi.Leand.car.194. § Petelini etiam aduersus Annibalem. § Liu. ubi supra.car.6.lib.eiusdem. §

Cambises in Aethiopia cum exercitu belligerans, post frondes, & coria mollita, decimumquemque ipsorum militum cæteris præbuit alimentum. § Sen.lib.3.de Ira, car.133.in prin.Polyb. libr.1.in fin.car. antepe.a ter.§

Amilcar dux Carthag.in auxiliares desciscetes fame coactos, ut suis inuicem corporibus uescerentur compulit, & in Crotognati oratione in Gallos, de quibus Cæs. § lib.7.Gall.car.5.fi.a tergo.§ Corporibus, qui ætate inutiles ad bellum uidebantur, uitam tollerarunt.

Panes pabulo conficiebant Cæsariani milites aduersus Pompeium, tunc obsessum. § Sueto.in Iulio, cap.Ingresso.car.40.Cæs.ipse. li. 8. gall.car.4.fin.de Vxeleduno.c.234.lib.3.ciui.car. 355. libr. Africo 5. car.7.uel 452. § Arundinum radicibus equos alerent, & elota alga. § Flor. in Epitho.li.4.de bello inter Cæs.& Pompe. § Siti ad deditionem compulit, & inferius fames extorsit Antonio, &c. § Apia. lib.2. in med.car.64.& lib.5.in prin.car.188. § Perusina fames.

Numidæ plerunque herbis pro pane uescuntur. § Apia.in lybico. car.4.in prin.car.12.fin.269. in prin. § mansuefecit & nationes plurimas Numidarũ præcipue Masinissa rex ipse, quę ob agriculturæ negligentiã pabulo assueuerant. § Salust.in Iug. car.39.a ter. § De ijsdẽ in diuisione orbis, & in Manlio Consule. § Apia. in mithrid. in med. car.337.§ Iumentis omnibus absumptis, coria, bursasque decoquere, excrementa assumere, cadaueribus humanis uti, &c.a Sylla presi. & de rege Deiotaro § ibidem.car.351.a tergo.§ Fuere qui intestinis barbarorum more uescerentur. Vnde peste carpebantur, &c. de Celtis Apia. § lib.celt.car.230. § Pabulum in necessitatibus pro cibo habent. Cadaueribus infidelium nonnulli ex Christianis in expeditione Orientis fame opprefsi uescebantur. § Blon.li.14.car. 4.a ter. Iosep. lib. 15.antiqui.cap.6.in fin.Herode uictore.§

Belisarius cum Rom. obsessus a Gothis duce Vitigite, fame pressus erat adeo, ut mater filium fame defunctum comederet. § Blon. li. 4. car.

car.penul.obſeſsi etiam ſe Totilæ dedidere Gothorum regi. § Blon. libr. 16. car. 4. uel 113. § Inteſtinis ueſci, pabulo etiam plenis, aut equis interfectis. § Ponta.lib.4.car.ult.belli Neapol. §

Romæ inopia talis erat,ut multi animam trahentes,capite obuoluto ſeſe in Tyberim præcipitarent. Vnde Spurius Melius regnũ inſtituit affectare. § Liu.lib.4.car.3. §

Aquileienſes obſeſsi,neruis deficientibus ad arcus, mulierum crinibus uſi. § Capitol.in Balbi.Imper.car.166.149.Cæſ.lib.3.ciuil. car. 3.a ter. Apia. in lybico, de obſeſsis Carthaginenſib.in med.ubi de ſitu Carthag. ipſius. § Flo.in epitho.lib.3.car.47. §

Mediolanenſes obſeſsi ex ſepulchris molarios lapides conſtituerũt, & Bernabouis tempore Ouum gallinac. ueniebat den. ſex. § Cori. car.192. §

Liſimachus inter Scythas ſiti confectus, ſeſe cum exercitu dedidit. § Plutar.li.de tuen.ualitud.car.404.in apophtheg.in Liſimacho ipſo in Thracia ſuperato.car.132.a ter.lib.de Sera num.uind.car. 345. a ter.li.de narrat.amator.car.365.§ De bello inter Thebanos & Boetios ad extremam ſitim redactos. § Arria.li.4.car.3.uel 154. libr. 6. car.274. § Sed nihil æque quam ſitis fatigabat.de Sabino in Thraces Tacitus § lib. 4.in med.car.89.a terg. Athenis captis a Sylla Tyrannus ſiti preſſus,ſeſe dedidit. § Plutar.in Sylla,car.3.a ter. §

Chriſtian. exercitu in Saracenos agente Saladino eorum Imper. ſiti confecti,recedere coacti ſunt,& ciuitates tunc uſque captas reſtituere. § Blon.lib.16.car.2.a ter.Simile not.Ioſep.lib.15.antiqui.cap.6. in fi.

Ioram Iudeor.rex,obſeſſus ab Adezer Aſsiri.rege,neceſsitate uictus maxima preſſus, quia matres comedebãt filios proprios,fimumque columbarium,deo auxiliante liberatus. § Ioſep.lib.9.antiqui. cap.4. §

## DE OCIO.

Ocium quandoque oportunum. Auguſtus tantus Imper. animo remiſſo cum pueris ludebat ad pilam,folliculumque,talis, nucibus ocellatis,&c. § Sueton.in eod.car.114.Sen.libr. de breuit. uitæ,car.159. a tergo. in prin. §

Cato ludebat pila etiã in repulſa tũc accepta,remiſſo animo. § Sen. epiſt.104.in fi.In momentaneum, &c. § Quomodo utendum ocio. § epiſ.69.concilio,&c. § De Socrate,Catone ipſo,Scipione. § lib. de tranquil.uitæ. in fi.cap.ult.a ter.Plutar.in Demetrio.car.4.a terg. § de pluribus& principibus bello acerrimis,qui rebus minimis ociantes, delectabantur Tybijs,pictura,coruo, lucernis, nauibus, Telorum cuſpidibus. § Geu. libr. 1. car. 15. a tergo plura, Plato in Gorg. car. 141. ante. §

Anton.

Anton.Philos.Imper.picturæ indulsit, luctationibus,cursui, aucupationi,pilæ,uenationique. § Capitoli.in eo.car.3.in prin. §

Similis Adriani Imp.amicus,impetrata uacatione, septennium ruri degit,quietæ deditus uitæ.Sepulturæ inscriptum habuit,Similis iacet, cui ætas multorum annorum fuit, septennium tamen uixit tantum. § Dion.in Adria. Imp.uita,car.19.a ter.§

Varia nimium ociosus autem prou.causam dedit, Varius solus scit uiuere. § Sen.epist.55.in med.A gestatione, &c.

Agesilaus cum pueris colludebat arundine & equo. § Plutarc. in apophtheg.car.160.a ter. §

Alex.Imper.etiam musicus,matheseos peritus,aruspex,pinxit, cantauit Lyra, Tibia, Organo,Palæstrita,&c. § Lamprid.in eod.car.121. in fin. §

Arsacides Bactria.rex, componendis retibus ad pisces deditus erat ocians. § Geu.lib.1.car.15.§

Artaxerxes fila nectere,Artabanus mures capere,ranas Bias, Ludou. rex,Domitianus Imp.muscas capiebat. § Sueto.in eo. §

Socrates fidibus tractandis quandoque deditus. § Vale.cap.de studio & indust. §

Laurent.Medices Floren.primarius,cum filijs ocium transigebat ultra quam tanto uiro & reipub.occupato decebat. § Machia.lib. ult. histor.car.ult. §

## DE PATIENTIA.

Patiētia fulctus & fortitudine animi,cruciatibus in corpus propterea sponte perpetiendis Attilius Regu.fuit,de quo Tul.in Parad.2. §Sen. pluribi.Valer.cap. de crudelit.§

Mutius Sceu.item,de quo.Liu. § li.2.car.2.Flor.li.18.§

Agesilaus Themistoclis frater,de quo Plutar. § libr.parallel. car. 97.nu.3.nu.4.§

Barbarus in domini uindictam,interfecit Asdrubalē, Annibalis sororium,captus,cruciatus,laceratus, superante lætitia dolores,ridentis speciem præbuit. § Liu.in præfat.deo.3.in fi. §

Theodorus Hieron.Siciliæ Tyranni interfector captus,de seipso cōfessus,nullis cruciatibus socios nominans, amicos regis proposuit ut interficiendos in uindictam suam,Thrasonem præsertim & alios. §Liu. lib.24.car.2.ante.111.§

Alex.Mag.spiculo uulneratus in prælio dum curandus esset,se contineri non curauit, sed sine motu Medico præbuit corpus. § Curt. lib. 9.in med.car.134.a ter.§

Marius pluries cons.ambobus laborans cruribus,uaricibus plena ha

bens, medico inligatus inter medendum se præbuit, nec se mouit, non suspiria emisit. Alterum tamen crus admittere non uoluit. Plutar. in eo. car. 2. in prin. in apophtheg. Rom. in eo. car. 148. a terg. Plin. li. 11. cap. 45. § Varices sibi stanti, &c. § Tul. in 2. Tuscul. car. 4. fin. §

Alfonsus Arago. rex } Sine ullo pere sensu candens chirurgi ferrũ
Ioannes eius successor } tulit. Pont. li. de fortit. 2. in med. c. 80. ante.

Mica Philodemi filia, stuprum in Tyrannum pati renitẽs, nudata plagas accepit, nullum nec gemitum ædens quousque iugulata cæcidit. § Plutar. lib. de clar. mulier. cap. 82. a terg. §

Socrates ab aurora ad auroram inconniuens, stabat philosophans. § Gel. lib. 2. cap. 1. §

Leæna meretrix Tyrannicidas excruciata non prodidit. § Plin. li. 7. cap. 23. lib. 34. cap. 8. in med. Alcia. fab. 13. Cecropia, &c. §

Georgius gladiator prædonum dux sæuiss. prelio uictus, captus, cruciatus, laceratus, non gemens, non horrescens, in frusta secatus, &c. § Ioui. lib. 13. car. 7. uel 228. histor. §

Pueri Lacones totum diem scuticis cæsi gestiebant. § Plut. in apophtheg. car. 183. §

Pharisei Hebræorum, de quibus Iosep. § libr. 2. cap. 2. belli Iud. in fin. § Neque deprecari suos tortores, in medijs cruciatibus subridentes, eosque constanter illudentes cum hilaritate.

Arria Cecinæ Peti uxor, defunctum filium ægro tunc marito dissimulans, uultum componebat mira constantia, & doloris patientia. § Plin. lib. 3. epist 16. car. 82. Annotasse, &c.

Gladiator Cæsarianus uulneribus acceptis, dum a medicis exsecabatur, ridere solitus fuit. § Gel. lib. 12. cap. 5. in fi. §

Aethiopum gentes quædam, de quibus Diodo. § li. 4. in prin. car. 23. a ter. § firmi stantes, patiuntur conniuentes uulnera, in ipsosmet, in filios, in uxorem, &c.

Indorum gentes nudæ, rigori gelido durantes, flammis sine gemitu obijcientes sese, &c. § Valer. cap. ipso de patient. in fi. § Inter se mactatos manducant. Ardentem lintheum oleo super brachio inconniuentes tolerant. § Io. Leo. histor. li. 1. cap. 21. in fi. car. 41. Carda. lib. 12. de subtilit. car. 456. de fæminis Indicis. §

L. Pisonem Hispan. citerioris prætorẽ, obuius agrestis, uulnere confecit, profugit longius, persecutus, præhensus, quæstori datus, in socios nihil prodidit, se proripiens a custodibus persecutus, saxo caput afflixit, & exanimatus est. § Tacit. lib. 4. in med. car. 88. a ter. §

## DE PARSIMONIA.

Parsimoniæ fuit notab. Augustus, ut priuatæ uix elegantiæ modum

excesserit

excesserit in supellectili, in lectis, mẽsis, &c. uestibus, calciamẽtis. § Sue. in eo. cap. instrum. cap. cibi. cap. 106. 108. supra, cap. 1. hic. §

Alex. Mag. cultu, habituque paululum a priuato abhorrens, militaris uigor, &c. § Curt. lib. 3. car. 8. a ter. §

Alex. Imp. Rom. in conuiuijs aurum aspernatus est, cum amicis familiariter uixit, ut communis esset consessus, &c. § Lamprid. in eod. car. 2. a ter. §

Pertinax Imper. dimidiatas lactucas, & carduos amicis mittebat. § Capitol. in eod. car. 69. a tergo. § Cum plurima administrasset sub Imper. Commodo, erat tamen omnium pauperrimus. § Herodia. lib. 2. in prin. §

Iulianus item Imper. huius successor, porcel lum seruabat triduo, & leporem, oleribus sæpe, leguminibusque contentus, cænans quandoq; sine carne. § Spart. in eo. car. 2. §

## DE PERFIDIA.

Perfidia irritatus Tarquin. rex priscus, tutor relictus, regnum usurpauit. § Liui. lib. 1. in med. Plin. lib. de uiris Illust. car. 1. §

Hercules Iphitum hospitãtem interfecit. § Homer. in 21. li. odiss. car. 1. §

Perseus Philippi regis fil insimulato Demetrio fratre legitimo, & neci tradito, regnum ambiens amplum bellum gessit aduersus Rom. qui per Paulum Aemil. Cons. prælio uictum persecutus est, & per Oroandẽ & Antosionem sibi fidos, proditus, captus, & in triumphum ductus, & in carcere necatus fame. § Plut. in eo. car. pen. & ult. §

Cinna Syllam a quo prius libertate donatus fuerat (Mario etiam proscripto) iuramento Deos precatus, se amore & beniuolentia prosecuturum, &c. inito consulatu, acta Sillæ rescindere studuit. Trib. pleb. Virginio diem dixit, &c. § Plutar. in Sylla. car. 2. in fin. §

Tyberius Impe. Voconium Persarum regem Antiochiam profugũ, gazis spoliatum iussit interfici. § Sueton. in eod. cap. procedente. car. 153. §

Galba prætor Lusitanos in fidem acceptos interemit. § Vale. cap. Infa. rei. Suet. in Galba. car. 2. Flor. lib. 49. § Ex quo Viriatus ad bellum irritatus.

Galba Imper. ipse creatus ciuium tot millia deditorũm trucidari iussit urbem ingressus, not. Tacit. § libr. 17. in prin. car. 2. ante. car. 6. § In oratione Othonis.

Otho Galbam Imper. interfecturus cum coniuratis, osculum consuetum ad accipiendum profectus est. § Suet. in eo. car. 3. uel 205. §

Vitellius Imper. socios blanditijs ascitos & allectos occidit, uel ue-

neno propria manu ſuſtulit. ¶ Sueto. in eo. capi. pronus, car. antepenul. a terg. ¶

Domitianus Imp. blanditijs circuuentum quemque prius, poſt interfici iubebat, adeo ut lenitas eius ſignũ erat ſæuitiæ. ¶ Suet. in eo. cap. erat autem. car. 346. ¶

Antoni. Imp. Carac. his etiam præcipue blandiebatur, quos ad mortem deſtinabat. Alexandrinos uelut ad ſtipendium aſſumpturus, trucidari iuſsit circumuentos. ¶ Herod. lib. 4. car. 7. eius Spartia. in Geta. car. 252. ¶

Seuerus Imper. 22. Artabanum Parthorum regem Cteſiphõte regia fugatum, & exceptum ut amicum, intercepturus erat, niſi fuga ſalutem quæſiuiſſet, &c. & in generum ſe oblatum ac requiſitum. ¶ Herod. li. 3. car. 39. lib. 4. car. 52. ¶

Seleucus amplisſimus rex Satrapianum . 72. a Ptolomeo Ceraunio, quem profugũ educauerat, in filium habebat, honoribus proſecutum, interfectus eſt. ¶ Apia. in Sirio. car. antep. in prin. ¶

Pauſanias ad Philippum Macedo. regem detulit eius hoſpitem beneficum uitæ redemptorem ex naufragio, & bona impetrauit, re cognita, & eius perfidia execrata, rex bona ipſa reſtitui iuſsit, &c. ¶ Sen. lib. 4. de benefi. cap. Philippus. car. 110. a ter. ¶

Nicephorus cognomento Buchamer, per uim & arma Imperio deiecit Michaelem Conſtantini filium cum tribus filijs, qui ſe ad Pontificem contulerunt, maleq́ue occupatum Imperium male amiſit. Alexium enim ſibi fidum reputans, militiæ magiſtrum, Adrianopolim miſit cum ingenti pecuniarũ ui ad accerſendos Saracenos & Turcas in ſuam militiam. Quos omnes in nomen ſuum aſcitos, iurare fecit, & urbem Conſtantinop. triduo deprædandam permiſit. Vnde Nicephorus Imperio deturbatus, Monachum fieri uix impetrauit. ut alibi annotauimus. ¶ Blon. lib. 13. in med. car. 87. Colenut. lib. 3. car. 62. ¶

Francis eſſe familiare fidem ridendo frangere dicit Spart. ¶ in Geta Imper. car. 274. ¶ Alibi habentur ut aperti non ſubdoli. ¶ Cæſ. lib. 5. Africo. in med. car. 482. ¶

Albericus de Bregnano fiduciarius inter Mediolanenſes & Comenſes, utroſque prodidit ſub anno. 1127. ¶ Cori. lib. 1. car. 33. ¶

Richardus fratrem procerum armis captum, ſibi deductum, humaniter habitum liberauit, a quo ueneno ſublatus dicitur. ¶ Aemi. in Henrico 1. car. 138. ¶

Iſacius Imper. Orient. fratrem Alex. a Turchis captum ingenti redemptus prætio, Imperiales actiones permittẽs, ſinceritate maxima Imperio deiectus, luminibus captus, in cuſtodiam actus, &c. ¶ Blon. lib. 16.

16.car.4.fin.Aemil.in Phil.2.rege.41.car.262.§

Ludouicus Sfortia Mediolanum occupauit, nepote cum filijs tunc duce, ueneno sublatis, uti gubernator primum se gerens. § Ioui.libr. 1.car.8.Guizar.lib.1.in prin.Ponta.pluribi.§

Gunduinus infans, expositus, educatus, patrem adolescẽs interemit, &c. § Aemil.in Theod.1.rege.15.car.53.a ter.§

Arcis Mediolani custos Ludou.duce se in Germaniam habente pro fugo, præmio accepto a Ludou.rege Franc.arcem dedidit. Vnde odiosus omnibus factus ex perfidia, & abominatus, mærore pressus perijt. § Guizar.lib.4.c.227.a terg.§

Alia in uer.pudicitia.infra.

FIDE FRACTA, DEDITOS MALE habitos, in Galba, supra expositum est.

Sesach Aegyp.rex superatis Hebræis rege Roboam ciuitatem deditã spoliauit cum Templis, amplissimosque asportauit Thesauros. § Iosep.lib.8.antiqu.cap.5.in med.§

Naas Ammonitarum rex Iudæos male habuit, data etiam fide, deditos oculo priuauit dextro ut inutiles bello essent. § Iosep.idem lib.6. antiqu.cap.6.in prin.§

Phocenses a classe Rom.oppugnati, acriter se defendentes, deditionẽ denique fecere sibi oblatam, portis adapertis a militibus direpti, Aemilio prætore frustra contendente parci deditis. § Liui.lib.37. in med. car.203. in fi.§

Ligures similiter uenundati. § Liui.lib.42.car.2.a ter.§

Vscanenses cum Rom.præsidio. § Liui.lib.43.car.441.g.§

Tironum legiones metu perterritæ, prælium nauale detrectantes, iureiurando accepto, hostes nihil nocituros, se Octacilio dediderunt, qui omnes eius iussu contra iusiurandum interfecti sunt. § Cæs.lib.3.ciui.in med.car.338.§

EXEMPLA MODERNA INTER CHRISTIANOS.

Pontremulani hortante Triultio Francis dediderunt sese Giensi duce, Heluetij tamen pacto non animaduerso prædarunt, interfecerunt, incenderuntque omnia. § Guizar.lib.2.car.99.in fi.§

Capuani per Fabritium Colunna & Gaiazzi Comitem defensi, deditionis conditiones tractantes, urbem irrumpentes Galli spoliarunt, nulli parcentes in occisione, non Vestalibus, non mulieribus quibusq; , &cq § Guizar.lib.5.in med.car.256.a ter.Ioui.lib.8.in prin. car.2.§

Genuenses eiectis nobilibus cum Francica militia, ducem creaunt suum Paulum Nonium, serici tinctorem, cui se dediderunt Franchi etiã reliqui in arce oppugnati, fide sibi non seruata, bonis exuti omnibus.

Guizar.lib.7.car.361. §

Genuenses ab Hispanis oppugnati, irrumpentes, posthabita fide con ditionibusque conuentis deprædati sunt, maximaque rerum omnium præda & pecuniarum abacta sunt. § Guizar.li.14.in fi.car.4.fin.290.

Fauentini egressis Venetis militibus, pontificios admiserunt sub fide per legatum sibi data, Vrbini duce iubente, in prædam expositi. § Guizar.lib.8.car.414. §

Liniacum per Molardum acceptum sibi deditum, hostiliter tamẽ deprędatum. § Guizar.lib.9.car.462.in fi. Iterum milites. libr.11.car. 73.a tergo. §

Rauennates prælio ibi acerrimo utrinque commisso per Francos Fuseio eorũ duce in Ecclesiasticos, Germani & Guascones dissimulata cõuentione irrumpentes, præda & occisione grauiter sæuierunt. § Guizar.lib.10.car.55.a ter.Ioui.li.10.a ter. §

Parmenses eiectis Franchis, Ecclesiasticos admittentes milites, ab eis tamen hostiliter deprędati sunt. § Guizar.li.14.car.252.& car.268.

Comenses etiam introductis sub fide Hispanis milit. ab ipsis hostiliter direpti sunt Gabaneo duce.

Castrum sub fide captum per Turcas, ut deditum, spoliatum tamen, & captiui abducti plurimi, restitutum tamen, & liberati captiui iussu Solymani Imp. fidem abruptam detestantis. § Ioui.lib.36.car.11.20. §

Caragium oppidum per Hispanos authore Salassa prædæ & occisioni expositum, armis quanuis in terram proiectis in deditorum morem. § Ioui.lib.38.car.3.uel.125. §

Durbino interfecto ad Hispellum opp. Aurantio inani promissione proposita, Hispani milites armis exuerunt milites, domos diripuerunt. § Ioui.lib.27.in fi.car.5.fin.236. §

## DE PIETATE.

Pietas in patriam effulsit per Harmodium & Aristogytum, qui Hippiam interfecere tyrannum. § Valer.cap.de maiesta.car.51. Gel.lib. 9.cap.2. §

Verus Imper.in eius epistola de quo Vulcat. § in Auidio Impera. car.233.§ quod dicis liberis meis cauendum esse morte Auidij, planẽ liberi mei pereant si magis amari merebitur quam ille.

Angli superatis ad Cresciacum Franchis sæuissimo prælio, Itium oppugnare pergunt, uel & obsidere, unde fame subacti requisitique in obsides, primores eorum sex, cunctantibus quibusq;, surrexit primus qui sedebat offerens sese pro patria, ita secundus & cæteri, vnde hostes pacati iracundiam deposuerunt. § Aemil.in Phil.6.rege.49.in fi.car.298. a tergo. §

Iniuriæ

Iniuriæ præsertim remittendæ per patriam acceptæ omnimodã præstando obedientiam. § alibi in uer. Iniuriæ. §

Fabricius Luscinus Cornel. Ruffinum Consulem asciuit, & in senatu suasit quanuis auarum, & ideo omnibus odiosum habitum, sibi etiam in sensum, quia strenuus & patriæ utilis, competitoresq; minus idonei haberentur. § Gel. lib. 4. cap. 8. & in cap. de moderat. animi. supra hic. §

Pietas in patrem apparuit per Lipariuanum quendam de quo Ponta. § lib. 2. de obed. car. 15. § qui captiuum redemit a prædonibus patrẽ, se in uoluntariam seruitutem adacto, & in prou. Pelargus de quo Eras. § nu. 901. § & de hippopotamo. § car. 126. Alcia. fab. 30. §

Talebotus obses asignatus pro Sombresseto qui oppida quinque restituere spoponderat prælio ad Forminiacum magno cæsi Angli & capti. § Aemil. in Carolo 7. rege. 53. car. 470. in fi. §

Hircanus Iudæ. rex Ptolemeum regem obsidione premebat, oppidũ expugnaturus desistebat ostẽsis in muro captiuis matre cum filijs eius, uxore, &c. § Iosep. lib. 13. antiqu. cap. 13. 14. §

Iulia ob adulteria, & impudicitiam relegata fuit in Insulam Pandeteriam per Augustum patrem, Scribonia eius mater eam sequi uoluit. § Dion. lib. 55. in prin. car. 6. §

Rutilia filium proscriptum sequi etiam uoluit in exilium, desiderio præponens exilium pati, nec nisi cum filio in patriam redijt, eundem florentem in rep. defunctum, forti animo tulit, &c. § Sen. lib. de consolat. cap. non est, &c. car. 150. in fin. ubi & de § Cornelia Graccorum matre cum alijs decem filijs. § Plin. etiam li. 7. cap. 13. §

Iuo Alegrius Viuerro eius filio prælio ad Rauennam interfecto se in confertos hostes immiscuit, & superesse noluit. § Guizard. libr. 10. car. 54. §

In uxorem Lucanus captam a prædonibus abductamque natando persecutus repertam se in captiuitatis societatem posuit, humanitatem inuenit in prædones ex quo libertate utrosque donarunt, ipse custos nauarchi corporis constitutus. § Ponta. libr. 3. de obed. car. 22. cap. Quanquam. §

M. Lepidus Apuleiæ uxoris caritate post repudium obijt. § Plin. lib. 7. cap. 36. in fi. §

Fratris repulsa nuntiata, in consulatus petitione Rutilius expirauit statim. § Plin. ubi supra. cap. 36. in fi. §

## DE PRODIGIIS.

Prodigia Iulio Cæs. mortem significarunt, cum Capis inuenta ossa Capuę, & equi pabulo abstinuere Flentes, Spurinnaq; aruspex Idus Mar

tias cauendas significarunt,&c. § Suet.in eo,car.47.& seq.Valer.cap. de somnijs. §

Augusto nondum nato prædixit Iulius Marat.de quo Sueton.in eo. Regem populo Romano naturam parturire, unde constitutum per Senatum eo genitos anno non educandos,&c.ut de Herode in Iesum,&c.

Cæsaris nomen fulmine ictũ in prima littera. C.unde cognitum eum proximè decessurum, ex quo Esar significat Deum,&c.Suet.in August. § in fi.car.125.Dion.lib.56.in med.car.412.a terg. §

Tyberium imperaturũ præsagio fuit pullus insigniter cristatus, ouo per Liuiam matrem subducto,&c.plura. § Suet.in eo.car.137.cap.redijt. § Vbi de Thrasib.mathemat. naue nuntium successionis Imperij sibi tunc afferri affirmante, Canem interfecisse Canem & deuorasse, not. Dion. § lib. 47. car.234. & in mirandis,lib.50.in prin.car.5. in fin. §

Canes ante bella ciuilia & alia animalia. relictis domibus ululantes,&c. § Eutrop.libr. 5. in princip.car.63.in fi. §

Canes etiam ex Francorum exercitu Nociariam intrarunt ad Heluetios uictores futuros. § Ioui.lib.11.histor.car.9.Plin.lib.8. cap.28. § supra de Canibus.

Ciconiæ ad Aquileiam ab Athila rege diu obsessam. § Diaco.lib. 15.in med.Blon.lib.2.car.antep. §

Laodice ex Apolline concepisse uisa. § Iusti.lib.15. §

Alex.Magnum serpẽte filium concepisse uisa Olympias mater. § Iusti.lib.11.12.Plutar.& alij. §

Scipio item Africa.prior. § Liui.lib. 26.car.4. §

Genitio Cornua in capite emerserunt. § Valer.cap.de piet.in patriá. 5.cap.de mirand. §

Petilius Cons.lethi iugum capturus in Ligures sentiens,mortem ibi obiuit. § Liu.lib.41. car.415. Valer.cap.de omin.

Delphini plures in Africa inter se dimicantes interfecerunt plures, &c. § Dion lib.48.car.pen.a ter. §

Fruges in arboribus natæ. § Iul.obseq.de prodig.nu.24.28. §

Hordeum natum in cu minibus arborum. § Capitol. in Anton. Pio.Imp.car.36. §

Oues,purpureæ natæ,ub i supra de miraculis. § In Anton.car.97. §

Corui in miluos præliant es hincinde numerosi,se etiam hostiliter lacerantes, § Ponta.lib.2.de bello Neap.car.287. in fin. § Regiam declararunt cladem,prætorium item conclamantes obuolitauere. § li. 1.in med.car.265.lib.5.car.antep. §

Coruorum nubes ampla uiso accipitre Falcone fugata.

Monedulæ, quas hodie Tacolas dicunt, in lustratione exercitus in duas diuisæ acies decertarunt, turresque inde insederunt, quo tempore Ecclesiastici a Vicecomitibus acie fusi sunt, anno. 1324. § Cori.li. 3.car.200. §

Statuas sudasse, tres soles nocturnos uisos. § Guizard. libr. 1, car.41. §

## DE PVDICITIA.

Pudicitia & castitas quam rara sit, uel esse soleat declarauit exemplũ in Sesoo rege Aegypti de quo Diodo. §lib.2.car.8.in fin.Plin.li.36. cap.11.Herodo.lib.2.cap.7.in fi.eius. § De Pherone Sesostri filio, is erat captus oculis, Oraculo responsum habuit, sanitatem consecuturũ, urina oculos abluens mulieris quæ maritum tantum cognouisset, quã pluribus expertis & propriam etiam, nullam reperit pudicam, nisi hortulani cuiusdam, unde consecuto uisu, uiuas ipsas cõbussit omnes. § Simile, infra de fatis. in Pherone. §

Pescenius Niger Imperij Ro. affectator ipsam obseruauit castitatẽ, ex quo rei uenereæ nisi ad creandos liberos prorsus ignarus. §Volcat. in eo. car.240.a ter. §

Drusus Germanicus Tiberij frater postea imperantis patriæ rarum ornamentum, Veneris usum intra coniugis caritatem clausum tenuit, § Valer. cap. de abstin. car.83. §

Zenobia uirago de qua supra per nos in cap. Mulieres, &c. cum Odenato eius uiro concumbens expectatis menstruis continebat se, si prægnans esset, &c. § Spart. in 30. Tiran. de ipsa car.167. ante. §

Antonia defuncto marito forma florens & ætate, cubiculum socrus pro coniugio tenuit. § Vale. d. cap. de abstin. §

Sulpitia Paterculi filia Flacci uxor ex centum præcipuis electa ad dedicandum Veneris simulachrum, & ad Deorum matrem accipiendam lecta. Orithia Amazonum regina perpetuam seruauit uirginitatem. Iusti. lib.2. §

Claudia etiam de qua Plin. § lib.7. cap.35. §

Sophronia per Masentium inquietata mortem sibi potius consciuit. § Plati. in Melcia. pontif.33. §

Iccus Astyllus Chryson Diopompus, Venere abstinentes habiti, ne detrimento accepto uictoriam in Athletis amitterent speratam. §Plato. lib.8. de legi. car.2. a terg. in med. §

Brias Argiuus uim puellæ inferens, somno pressus, ab ea oculis priuatus. Pausan. § lib.2. car.77. in med. §

Democles Athenienſ. adolescens Demetrij regis uim euitare nõ ualens, in balneo se proiecit aqua feruenti oppleto, & seipsum exanimauit.

uit. ‡ Plutar.in Demet.car.5.a terg.uel 289. ‡

Pausanias Macedo adolescens per uim stupratus ab Attalo, & alijs, re ad Philippũ delata in ludibrium ab eo uersa, in Iudicem uindicaturus iniuriam, Philippum transfodit, &c. ‡ Iusti. libr. 9. in fin. supra in uer.fatis. ‡

Diocles Pisistrati fil. per fratrem stupratæ uirginis interfectus est.

Iosephus Hebræus ad Pharaonẽ Aegypti regem captiuus & seruus, ab uxore domini ad stuprum requisitus, renuens, accusatus ad regem, carceratus, re cognita liberatus. ‡ lib.Genes.cap.39.Iosep.lib.1.antiqui.Iud.lib.3.car.2.cap.3. ‡

Bellorophon pariter oppugnatus, &c. in Fab.habetur.Home. ‡lib. 6.Ilia.car.3.Iuuen.Sat.x.car.ult.ubi & de Hippolyto. ‡

Arsinoe Agathoclis amore capta, cum ad obsequium pellici non potuerit, per insidias interfecit. Pausan. ‡ lib.1.car.5.a ter.uel 12.24. ‡

Philonomes Graugasi filia a priuigno pulsa prouocato Tennem ad uirum accusauit, mendacio cognito plecta. Pausan. ‡ libr.ulti. car. 398.in fi. ‡

Victorinus ex 30.Tyran.quintus, de quibus Spartia. ‡ car. 254. a ter. ‡ Ab Actuario interfectus, quia eius constuprauerat uxorẽ. ‡Eutrop.in Galie.Imperat.car.76. ‡

Alienum non licet arare fundum, est prou.de quo Eras.nu.2042.Laciadæ 1953.Apud Cumeos erat adulterij pæna, ut not.Plut. ‡in problem.car.218.a ter. ‡ Mulier deprehensa, saxo imposita, omnibus spectanda inde super asino, &c. Solonis lege. ‡ de qua Plutar. in eo. car. pen.in prin.uel 27. ‡

Mæchum fas erat interimere deprehendenti. Vnde Iuuen. ‡Sat.6. car.2. Credo pudic. ‡

Iulius Cæs. adulteriorum quamuis professor, adulteria tamen uindicauit, libertum enim adulterio commisso capite priuauit. ‡ Sueto. in eo.cap.Conuiuatum.car.31. ‡

Augustus etiam libertum matronas adulterantem Proculum sibi acceptissimum mori coegit. ‡ Suet.in eo.cap.patronus.car.100.a ter. ‡ De Iulia filia & alijs. Dion. ‡ lib.55.c.6.a ter. ‡

Nero per Laticlauium cuius uxorem attrectauerat noctu ad necem cæsus. ‡ Suet.in eo. cap. petulantia.car.155.a ter. ‡

Salustius tantus histor.scriptor, authore Varrone, in adulterio deprehensus a Milone loris cęsus. ‡ Gel.lib.17.cap.18. ‡

Macrinus Imper. & Aurelianus etiam adulteros uario modo interfici iussit in pænã, &c. ‡ Capitol.in eo.car.94. Vopis.car.190. in med.

Rodoaldus Longobard. rex in adulterio deprehensus, ab illius uiro interfe-

interfectus est. § Blon.lib.9.car.antep.in prin.§

Rodoricum Visigot.in regem ob adulteratam uxorem maritus eius Iulianus comes Saracenos in regem traduxit,a quibus acerrimo pressus est bello,&c. § Aemil.in Theodor.2.rege uig.car.58.a ter. §

De Apuleia,Tacit. §lib.2.in med.car.43.§

Robertus Constantinop. Imper. quia uirginem sponso detraxerat, non deterritus Burgundio spōsam truncis deformauit naribus. § Aemil.in Lud.9.rege.43.car.297.in prin.§

Margarita & Blanda flagitij conuictæ, Adulteri uerendis conuulsis, unco tracti reste suspensi pœnas dedere. § Aemil.in Philip.4. pulcro rege.45.car.362.a ter.§

Adulterātibus aliorum mulieres uiris nullam constitutam esse pœnā conqueritur Sira, de qua Plaut. in Mercat. §cap.Aecastor.car. 219. a ter.§ Lege dura uiuūt mulieres. Nā si uir scortum duxit clam uxorē suam,&c.Sed hoc propter progeniem.Elephanti,apes,columbi adulteria nōn noscunt.Plin.in eorum recitatione. In cæteris animalibus pernicialia.

Pararencus dicitur, uel ut Plautus, commaritus, in uxorem conniuens uel consentientem se exhibens. § In Casina. cap. si sapitis. car. 123.a ter. § Meus compar,commaritus, socerus, uillicus.

Ad Babiloniam coniuges cum hospitibus coeunt pretio parentibus, maritisque conscijs & permittentibus. § Curt.lib.5.car.3.in fi.§ & in quibusdam Italiæ ciuitatibus hodie.

Agis rex Tymeam uxorem habuit adulteram in Alcibiadem ad se hospitem. (261.in fi. §

Stilponis filia impudica. § not.Plutar.lib.de tranquil. animi. car.

Nullus iam adulterij pudor est,postquam eo uentum est, ut nulla uirum habeat nisi ut adulterium uitet. § Sen. libr. 3. de benefici. cap. plures.car.103.in fi.

Antoninus tamen Philos.Imper.tantus,tanquam sapiens in Faustinā uxorem conniuebat,dicens,si diuortium faciā, quid de Imperio? §Capitol.in eo.car.47.in prin.

Seuerus Imper. Iuliam adulterij famosam tenuit. §Spar.in eo.car. antep.§

Adrianus Imper. uxoris adulteria cognouit per eius frumentarios, ubi supra.car.26.in prin.§

Pertinax etiam Imper. in uxoris impudicitiam notam minus diligēs fuit. § Capitol.in eo.car.ult.§

Multis Illust. dedecori fuit, aut inconsultius uxor assumpta,aut retenta patientius,Ita foris claros domestica destruebat infamia. §Plin. in

in ſuo Paneg. car. 5. fin. uel 388. § De Plotina Traiani uxore honeſtiſsima.

## QVANTVM VALEAT ERROR, &c.

Quantum ualeat error in re præſertim milit. per exempla conſtat. Ex paruis enim ſæpe magnarum momenta rerum pendent. Liui. § li. 27. car. 2. a ter. § Prælio inter Cæſarem & Sex. Pompeium in Hiſpania conſerto, pari euentu & nullo uictore, Bogna in Labienum inſurgens cauſam dedit ut Pompeiani in fugam uergerent qui uictores eſſe potuerunt aduertentes. § Dion. lib. 49. c. 6. fin. §

Portu occulto a ſuperatis Carthaginenſ. clam formato quotidiana omnium opera, condita claſſe ualida, non aggreſsis improuiſis hoſtibus incautis inopinantibus uictoriam omiſerunt euidentiſsime conſequendam. § Apia. lib. lybico. car. 6. fin. car. ſeq. in princ. Elephas, &c.

Plotius de proſcriptis abditus a perſequentibus erutus unguentorũ odore. Plin. § lib. 13. cap. 3. in fin. Valer. cap. de fide ſeruorum. §

Demetrius Antigoni regis filius in hoſtem Antiochum regem Seleuci fil. inuectus, acie pulſum, perſecutus longius & immoderate, aditum dedit hoſtibus uictoriæ cõſequendæ in eius patrem, & in ipſum tardius regreſſum ad reſtituendum prælium, & opem patri præſtandam. § Plutar. in eo. car. 290. a ter. §

Lucullus pluribus in Mithridatem conſecutis uictorijs in debellandi eum occaſione deſtitutus, ab exercitu diſſoluto receſsit, quia temere prolata fama militũ bona publicanda ex decreto Senatus, &c. § Apia. lib. Mithridat. in fi. car. 11. fi. §

Stilico Halaricum Gothorũ regem cũ exercitu in die Paſcatis truci dare aggreſſus, uerſa fortuna ad internitionem fuſus & cæſus iuſſu Imper. obtruncatus perfidiæ pænas luit. § Blon. lib. 1. car. 4. in prin. §

Gundebaldus regis filius, maior natu ex tribus prelio fuſus, depoſitis regijs inſignibus ſe abdidit, adeo ut cęſus crederetur, nõ repertus alicubi delapſis militibus hoſtium ut uictoribus, Viennam reuerſus lectis ſtatim militibus fratres ſuperauit, interfecit, & concremauit. § Blon. li. 3. hiſtor. Aemil. in Clodou. rege quinto, car. 16. in prin. §

Macrinus Imperium affectans, interfici iuſſus per litteras, legi permiſſas ab eodem per Heliogab. Imp. inſidias uertit in authorem ipſum Imper. § Herod. lib. 4. car. 3. fin. §

Columbam uolantem cum chirographo capientes impellente accipitre perſcriptum mutauerunt, & columbã demiſerunt, contraria enunciantẽ. & obtinuerunt. § Aemil. in Phil. 1. rege. 38. car. 191. ante. §

Gilimer in Africa Vandilorum dux fratris Amatæ mortem deflens, uictoriam conſecutam amiſit in Beliſariũ hoſtium tunc ducem. § Pro

cop.

cop.lib.3.car.60.a ter.§

Damascum Asiriæ urbem primariam obsidentes Christiani ualido cum exercitu, mutatis Castris consilio delusi, aqua fontana priuati eorum potestatis recedere coacti sunt. § Blon.lib.15.car.3. ante. Machia.lib.3.discurs.cap.18.§

Saladinus Sophus acie superatus a Christiano exercitu & fugatus in expeditione Orient. equus militis prolapsus, insecutus per milites desilietes, strepitum exciuit adeo, ut posteriores acies in fugam uersę uictoriam Saladino permiserunt. § Blon.lib.16.in med.car.113. Aemil.in Phil.2.rege.41.car.248.in prin.§ Vt de pugna ad Cannas not.Plut. § in Fabio.car.68.§ Quia milites Rom.desilierunt ex equis.

Vacuam ad urbem deserto per aliquot milites loco sibi deputato, aditus patuit Turcarum aciei, adeo quod Christiani ex uictoribus superati profligati disipati fuerint. § Ioui. de Amurathis uita. 2. Imperat. Turca. §

Florentini ad Campaldinum superati per Aretinos, prælio repetito uictoriam obtinuerunt maximam. § Blon.lib.18.in fi.car.ult.a ter.§

Motono per Turcas obsesso perductæ auxiliarijs nauibus munitiones, unde lætantes propugnatores negligentius defendentes, urbs capta direptaque per irrumpentes Turcas. § Ioui.in Baiazit. 2. Imper. Cambi.car.49. §

Veneti uictores nauali prælio superati a Genuensibus. § Cron. Ven. cart. 94. § facinus item Canis, de quo Corius. §car. 217.a tergo. §

Mediolanenses post diuturnum prælium irrumpentes in urbem Comensem, hostibus tunc in montibus recesis delitescentibus, facta omni moda spoliatione & crudelitate per superuenientes Comenses ipsos fusi, spoliati, cæsi, &c. § Cor.car.27.§

Heluetij uictoriam obtinuerunt aduersus ducem Mediol. causa muli deterriti. §Cori.car.327.a ter.§

Elephas in fugam actus in prælio inter Scipionem & Annibalem in Africa causam dedit Cladis Carthagin.ipsis. § Liui lib.30. c. pen. in prin. Apia.libr.Lybico car.348. in prin.§ Et quia præsertim recesit Annibal in prælio subsidiarios in insidijs positos accersens ipse, & fugere uisus per pręliantes suos. § Apia.ubi supra.§

Landresium dum oppugnaretur per Cæsarianos & arcte obsideretur Francus rex Franc. auxilia innouauit coacto ualido exercitu, & recesit, hostibus tamen ad prælium prius prouocatis, ad quod speculandum noctu missus Salazarius impiger miles, retulit omnia integra esse, orta luce, cognito errore, persequendi occasio lapsa. § Ioui. lib. 44. in

in prin.car.8.uel 495.§

Alfonsus rex Neapolit.urbem amissam cum regno, recuperaturus. & si prælio superatus classe amplam spetiem ostentante,& numerosi ex ercitus plena,rara tamen,sed audacia fretus, admissus noctu cum piscario urbem occupauit,exclusis Gallis hostibus. §Ioui.li.3.car.10.87.

Clemens quintus pontificatum obtinuit absens, sed se defunctum simulans, Cardinalibus in alium non admittentes uota ob æmulationem,anno.1305. § Cori.lib.20.car.164.§

Perusiam intrantibus Oddis,unde profugi erant egressuri Balionij tunc domini,cathenam ferream ad plateam secure rupturus, uno clamante,retro retro, in fugam lapsi consecutam amiserunt uictoriam, unde quamplures ex fugatis capti & Troilus Sauellus,alij interfecti, alij appensi,&c. § Guizard.lib.3.car.6.§

Error fuit similis in uoce Retro,in prælio quo Consaluus Ferdin.uictoriam obtinuit Francos in hostes ad Cirignolam, Nemorense duce uulnere cadente,&c. § Guizar.ubi supra.lib.5.car. pen. §

Brutus Cæsaris ad Massiliam legatus oppugnandam classe binis a nauibus aggressus eodem tempore ęgre lapsus concursu ipsarum quæ pro pterea rostro laborarunt collabentes, unde Brutus in utranque impetum faciens cepit ambas. § Cæs.lib.2.ciuili.car.3.§

Guinio per Abraymum oppugnato cum Turcarum exercitu defenso per Nicolizzam acerrimum propugnatorem sui oppidi,duobus tunc etiam erectis propugnaculis in hostes,unde maximo eleuato clamore per oppidanos omnes cum eiulatu impetum bellicum represserunt mirabundi Turcæ,unde oppugnatio intermissa inde & remissa. § Ioui.li. 30.in med.car.402. §

Ad Nicopolim prælio concurrentibus aciebus, Vngarorum Francorumque in Turcas numerosissimos, quorum erat iam uictoria, sed Francorum equitatui in castra cōsternato, ex quo equites desilierant in hostes premendos reuertētes errorem iniecere in socios cæsos, unde in fugam lapsi uictoriam amiserunt partam. § Aemil.In Carolo.6.rege 52.lib.10.car.6.uel.447. §

Quæ in alijs uindicarunt ipsi commiserunt & econtra. § Valer. capit.de Censo.not.in fi. §

Geta a censoribus senatu motus censor postea factus seueritatem in dutus est.

Valer. itē Messala tali nota astrictus cēsor creatus dignū se exhibuit.

Ventidius ad Asculum captus,& in triumphum ductus, cosul creatus de Parthis triumphauit,eodem anno & prætor & consul factus. § Va ler.

ler.cap.de fublimit.Plin.lib.7.cap.43.Gel.lib.15.cap.4.Dion. lib.43. car.ult.lib.49. car.275.§

Quædam nulla arte effici poſſe,&c. § Garimb.li.de fort. 6.in prin ci.car.105. §

Quibus ex cauſis condemnati,&c. Fuluius argentarius bello punico uigente coronam roſaceam portans, carceratus,quoad bellum expeditum fuit iudicatus degit. § Plin.lib.21.cap.3.in med. §

Mutianus Marſiæ demptam coronam portans è floribus in uincula duci iuſſus,ubi ſupra.

## QVI AETATE SVA CLARISSIMI EVASERE, omnibus uirtutibus & bonis præditi quamplurimum.



ODEM in homine plura uirtutis genera quam raro concurrere uidemus,naturam ingenio acutam contemplationi aptam, ueritatis auiditate flagrantem una cum natura graui,ad agendum ſtrenua, boni publici prouida, ut de Cæſare interempto Mar. Antonius in oratione ſua irritatiua, de qua Dion § lib.44.car.7.fin. Iuuen.ſat.7.car.pen.in fi. § Fælix,pulcher, & acer. Sapiens,nobilis,generoſus orator,& iaculator. Difficillimumque habetur admodum reperire hominem,ingenioſum ſimul, & præ cæteris mã ſuetum atque uirilem,dicit Plato § in Theæt.in prin. car.54.in fin.& lib.6.de rep.car.penul. § Virum uere bonum manibus pedibuſque & mente Tetragonum fabrefactum ab omni parte. § in Prothag.ubi ſupra.car.6.uel.96.in princ.Home.lib. 3. Ilia. car. penul. § de Polidamante in Hectorem,de Neſtore § lib.9.car.1. § Virtutis nobilitatis ac meritorum iudicium delectus, §dicit Aemil.in Phil. 1.rege.38. car.192.in fi. §

Recitandi ſunt qui tales per nos luculentis ex Authoribus excuſsi ſunt,unde apparent quam rari nantes,&c. § Plin.in ſuo paneg.in prin ci. § rari extant, quorum uirtutes nullo uitiorum confinio lęderentur.Quis enim ſapiens,diues,liber,honoratus,pulcher & ſanus. § Orat.epiſto.1.lib.1. in fin. § Virtutibus permultis ac diuerſis, ſumma probitate,beneficẽtia,fortitudine, continentia, & ad Illuſtria cuncta eſſe negocia,facta officia.Vnde omnium ſibi concilient beniuolentiam ac opinionem,ad honorationem, reuerentiam & admirationem.

1 Scipio ſuperior ueris uirtutibus mirabilis, quem Dij naſci uoluerunt, ut eſſet in quo uirtus ſe per omnes numeros omnibus efficaciter oſtenderet,

oſtenderet, admirabilis erat in eo continentia, ſingularis fortitudo, mira integritas, pietas, religio, benefaciendi ſtudium quibuſque, amor in patriam, &c. moribus compoſitus, & ſtatura, uerbis non elatus, ſed quibus in eſſet maieſtas & fides. Ante legitimum tempus omnibus populi ſuffragijs electus proconſ. in Hiſpaniam, dux inclitus quattuor duces, & exercitus hoſtiũ profligauit, & ipſum Annibalem gentium terrorẽ, cui hoſtium ſoli contigit intra Vrbis muros haſtam emittere, not. Plinius in hoc author unicus. § lib. 34. cap. 6. in fi. Plut. in eius uita in cõparatione, Ponta. lib. 1. de prud. cap. quæ ſit uita, &c. car. 163. a ter. Valer. cap. de mutat. morum, exemp. 3. § militari ætate uix dum imperio conſul. accepto patris & patrui perſecutus mortem, amiſſas recuperauit Hiſpanias, quattuor inde exercitibus pulſis, ut ſupra. Tranſgreſſus in Africam duobus exercitibus etiam cęſis, binis eadem hora captis incenſiſq́ue caſtris, Syphacem potentiſsimum regem cepit, Annibalem Italia retractum uictorem tantum tamq́ue multiplicem prælio ſuperauit, fugauit Italia per ſex decemq; annos uexata, quadringentis urbibus igne abſumptis. 300. millia hominum interemptis. Carthaginenſibus conditiones deditis impoſuit. § Sen. epiſto. 86. in princ. in ipſa, &c. Liui. in eius oratione per Annibalem ad ipſum Scipionem ante prælium deniq; initum lib. 30. in fi. Apia. lib. lybico. car. pen. § prædonum duces quidam intromiſsi domi, dextera appræhenſa diu oſculati, poſitis donis (ut numini) Lares ad ſuos reuerſi ſunt. § Valer. cap. de maieſtate. car. 2. Gelius lib. 4. cap. 18. lib. 7. cap. 1. lib. 6. cap. 8. § Caſtimonia commendatiſsimus apparuit eſſe ipſe Scipio, expugnata Carthagine noua in Hiſp. ex quo Iuuenis captiuam egregia formam præſtantem Iuuenem Luceio ſponſo deſtinatam reſtituit, addito in donatiuum prætio pro ipſa redimenda perlato, notant authores plerique omnes, & Liuius, etiã quod Gel. § libr. 6. cap. 8. § aliter relatum referat, cui accedat argumentum Libertæ, de qua Valer. § cap. de fide uxorum. exem. 1. § de Tertia eius uxore ſibi plurimum deferente, Continentiam præſetulit etiam dum uictor in patriam reuerſus eſt, & ipſum pop. Rom. perpetuum cõſulem & dictatorem uellet facere, ipſique ſtatuas in comitio, in roſtris ponere, in Capitolio, in cella Iouis, prohibuit omnia & reſpuit. Imaginem triumphali ornatu ſibi decerni uetuit, &c. § Liui. lib. 38. car. ultima, a tergo. §

2 Cato ſuperior optimus fuit orator, Imperator, Senator. Vrbanas res & ruſticas pariter callebat, adeo ut ad omnia natũ eum diceres quæcunq; agebat, manu fortiſsimus, ſummus Imperator, Iuris peritiſsimus, Orator eloquentiſsimus, rei ruſticæ ſcientiſsimus. § Plin. lib. 7. capi. 27. cap. 31. lib. 14. cap. 4. in prin. lib. 16. cap. 40. lib. 29. cap. 1. in med. li.

25.cap.2.in prin. Liui.lib.39.in med.car.antepenul. uel 222. Plutar.in eius uita.car.1.in fi. Tul. plura.lib.de senect. Valer. cap. de infimo loco natis. Sen.episto.87.car.1.ante, Naufragium,&c. § Censorius tam necessarius fuisse dicitur quam Scipio. Alter enim cum hostibus nostris bellum gessit. Alius cum moribus. Exiguum uiri patrimonium astricti continentia, mores, modicæ clientelæ, domus ambitioni clausa, paterni generis una Imago, minime blanda frons, sed omnibus numeris perfecta uirtus, ut si quis sanctum & egregium ciuem significare uelit, sub nomine Catonis definiat. § Valer.cap.de maiestate.in eo.cap.qui humili loco,&c. § Tusculi natus, litteras latinas ornauit, per eum adiuta disciplina militaris, aucta maiestas senatus, prorogata familia, in qua maximum decus posterior est ortus Cato. § Tul.item de Catone lib. 1.offic.car.22.a terg. § qui ipsum Fabium moribus imitandum delegit. § Plut.in Caton.uita car.1.a ter. Dion.lib.43.car.4. in fi. §

3 Aemilianus Scipio Afric.inferior, omnes uirtutes de quibus in Catone, superauit, eloquentia cumulauit etiam bellicam gloriam, uir omnibus bonis artibus atque omni uirtute præditus. § Plin. libr. 7.cap. 27.Flor.lib.48.57.Valer.cap.quæ cuique mag.Tul.d.libr.1. offic.car. 23.Gel.lib.7.cap.12.in med. §

4 Nasica Scipio eloquens, consultiss. sapientiss. optimus omnium est habitus iudicio Romanorum. § Plin.lib.de uiris Illust.nu. 44. Flor. libr. 49.in prin. Plin. etiam d. cap.27.& cap.34.Plutar.in Afric.Valer. cap.quæcunque mag. §

5 Cato inferior superiori similis, § ut ex Sen. epist.104.in fi.In moment.&c.Plutar.in eius uita.car.2. § Nemo mutatum Catonem totiens mutata rep.uidit, eundem se in omni statu præstitit, in prætura, in repulsa, in accusatione, in prouintia, in concione, in exercitu, in morte. § Flor.libr. 49. in princip. § De euertenda Carthagine contendebāt in senatu Nasica & Cato, Vnus sapientissimus iudicatus in ciuitate, Alter uir optimus a senatu habitus, unde Tullius exclamat § libr. 3. de Orat.& in oratio. pro Murena in med.car.139.& lib.de amic.in prin.§ Finxit te natura ad honestatem, grauitatem, temperantiam, magnitudinem animi, iustitiam, ad omnes denique uirtutes magnum hominem, excelsum,&c. Quid enim modo Catoni præter hanc politissimam doctrinam, nemo fortior ad populum, nemo melior senator, facile optimus Imperator, &c. Catonem certius exemplum sapientis uiri nobis Deos dedisse, quam Vlixem & Herculem prioribus seculis,&c. § Sen. li.Quomodo in sapientē.in prin.car.156. in prin. § Cui tanta fuit authoritas, grauitas, & dignitas, ut Cipro reuertenti, obuij fuerint Consules, officij gratia ad ripam Tiberis, & Magistratus cęteri, uniuersus sena

tùs, populusq; Rom. &c. § Valer. cap. quæcunque mag. ubi supra. & cap. de maiestate. § Cum iussu Cæsaris impotenter duceretur in carcerem, uniuersus senatus illum sequi non dubitauit, unde liberatus. § Tul.lib.ult.epistol.famil.ad ipsum Catonem.§ Quæ ego in benefi cij loco non pono, sed in ueri testimonij àtque iudicij, non ut præstantissimas tuas uirtutes tacitus admirarer.& infra. omnibus scriptis græcis, latinis, & omni uarietate litterarum mearum, te non modo ijs quos uidissemus, sed ijs de quibus audissemus, omnibus anteferrẽ, &c. § & car.2.seq.Ibidem ad eundem. § Laus est laudari a laudato uiro, & si non modo unus, uerum etiam multi Catones essent in ciuitate nostra, in qua unũ extitisse mirabile est. Cato ille noster, qui mihi unus est pro centum millibus, is unus plus potuit quam omnes alij iudices. § Cicero lib.2.ad Atticum car.50.Cupio equidem,&c.li.4.car.122.de Euthicide.in fi. §

6 Papyrius Cursor, omni bellica laude dignus, animi uigore, & corporis uiribus excellens, pedum pernicitate insignis, exercitationis multæ, &c. Nemo unus uir erat quo magis res Roma. staret, impar habitus Alex.Mag.eius ætatis, &c. § Liui.lib.9.car.4.ante.§ Vbi discursus egregius.

7 Pub. Licinius is erat quo nemo ea tempestate instructior ciuis habebatur, nobilis, diues, forma, uiribusque corporis excellebat, facundissimus, super hoc bellicæ quoque laudis, &c. § Liui. libr. 36. in prin.eius. §

8 L.Lucullus, Nobilis, Disertus, Diues, bellacissimus. § Plin. ubi supra.uel Sueto.lib.de uiris Illustr.nu.74.Plutar.in eius uita. in prin. §

9 Pompeius Mag.omnium qui sunt, qui fuerunt, erunt, uirtute, sapiẽtia, gloria princeps. § Tul. in oratio. in Catilinam ulti.car.eius fin. 124.& in oratio.ad Quirites pro reditu suo.car.antep.a terg.In oratio. pro lege Manil.car.11.§ Sit Scipio clarus Italia pulso Annibale, eximia laude Africanus Numantia, & Carthagine subactis, egregius Paulus uicto Perse rege, gloria Marius bis Italia liberata, &c. anteponatur omnibus Pompeius, cuius res gestæ ac uirtutes, &c. § Plin.plura lib. 7.cap.26.de eius magnitudine. § Erat tunc omnium primarius in urbe Pompeius, dicit Apia. § lib.2.car.51. a ter. § Talis fuit ex affectu & dilectione prosecutus, ut ualitudine dubius uota & sacrificia per ciues pub.sint suscepta pro recuperanda eius salute, quod priuato nemini unquam factum fuit nisi Imperatoribus subinde. §Dion. libr.41. car.3.in prin.Apia.lib.ult.car.penult. & car. 10.fin. Tranquil. car. ult. de uiris Illust.Iuuen.Sat.10.car.pen.a ter.prouida Pompeio,&c.§ Siciliam a proscriptis recepit, Numidiam Masinissę restituit, Anno.26.na tus

tus triumphauit, Lepidum Italia expulit, prætor in Hispaniam Sertoriũ uicit, Piratas fugauit, intra.40.dies, unde magnus cognominatus. Tigranem tantum regem compulit ad deditionem, Mithridatem ad uenenũ, Nationes ad Septentrionem & Orientem ad deditionem subegit. § Valer. cap. Quæ cuique mag. § Tantis talibusque consecutis uictorijs, Romam regressus, obuios admirabundos habuit Iuuenes primũ, & alios quosque, senatum insuper omnem, ex quo Rom. Imperium usque ad Euphratem propagauerit, triumphumq; ornatissimũ egit. § Apia. ubi supra. in Mithrid. car. pen. §

10 Iul. Cæsar animi uigore præstantissimus, omniũ capax, in actionibus celerrimus, dictator epistolarum plurium eodem tempore, quinquagies uictoriosus dimicauit acie, clementia insignis, & magnanimitate, inuicto animo, sublimis, &c. § Plin. d. li.7. cap.25. Eutrop. lib.6. in fin. Geu. in Mar. Aur. Imper. car.9. car.48. alia nota in cap. Milites. nu. 1. § de natiua regnandi eius opinione etiam a puero.

11 Cæso Quintius dictatoris Cincinnati filius, ferox iuuenis, tam nobilitate gentis, quam corporis magnitudine ac uiribus ad ea munera data a Dijs, & ipse addiderat multa facinora belli, & decora, facundiãque in foro, ut nemo lingua, & manu prõptior in ciuitate haberetur. § Liu. lib.3. car.3. in prin. §

12 Crassus Mitianus habuisse tradit Gel. § li.1. cap.13. § quinque maxima & præcipua rerum humanarum, eloquentissimus, ditissimus, nobilissimus, Iuris Consultissimus, Pontifex Maximus.

13 Germanicus Impe. Caligulæ pater de quo Sueto. § in eius uita. in prin. & infra cap. Qui bello præstantes. Dion. li.57. in med. car.432. a ter. § Animi corporisque uirtutes, quantas nec cuiquam contigisse constaret habebat, formam, fortitudinem, ingenium, eloquentiam, doctrinam, gratiam, benignitatem, &c. Imperium sibi oblatum renuit, Tyberium ueritus, & obseruans, hunc patriæ rarum ornamentum dicit Valer. § cap. de abstinentia. plura. not. Iosep. lib.18. antiquit. Iud. cap.15. ad fin. §

14 Adrianus Imper. ingenio sublimi, uario, litterarum omnium peritissimus, & Matheseos, militiæ scientissimus, raræ memoriæ, celeber Architectus, &c. § Dion in eius uita car. 13. a ter. Spart. in eo. car.30. Eutro. lib.8. cap.70. §

15 Q. Metellus decem res maximas & optimas consumasse dicit Pli. § lib.7. cap.43. § Primarius bellator, optimus orator, fortissimus Imperator, maxime honorabilis, summe sapiens, summus senator, diues recto mõ, multorum liberorum in ciuitate clarissimus, &c. Nobilissimus, animi raras dotes habebat & corporis uires, cõsulatus, triumphos, &c.

§ Valer.cap.de felicit.in prin. §

16 Q. Fabius maximus cognomento, per omnes eius actiones & maximus. § Tul.lib. de Senect.in prin. § Erat in illo uiro condita comitate grauitas, quamplura gessit bella, & aduersus Annibalem, unicũ tunc refugium ciuitatis, qui cunctando restituit rem, summus Philosophus, Domi & præstantior, qui mores, quæ præcepta, quæ antiquitatis notitia, augurandi scientia, bellorum omnium memor, domesticorum, & externorum. § Liui.plura lib.30. car. 4. fin. a ter. de eius morte. Hunc imitandum elegit M.Cato, de quo Plutar. § in Cato. ipsius uita.car.pen.a ter.uel 109. §

17 T.Vespasianus Imperat. octauus Flauij Imper.filius, gratiosus in omnibus, memoria singularis, ad omnia docilis, equitandi peritissimus, orator facilis, scriptor uelocissimus, bellator acerrimus. § Sueto. in eius uita.car.2. §

18 Aratus in rebus ciuilibus usquequaque perfectus fuit, facundus, prudens, executor diligentissimus, patiens, amicabilis, hostibus insidiosus machinator, promptus, audax, laboriosus, &c. § Polyb.libr. 4. car.4. §

19 Socrates Bellator strenuus, litteris antistes maximus, facundissimus, patientissimus. hunc philosophorum parentem dicit Tul. ipse de quo infra. § Plin.lib.7.cap.31.Plato in conui.car. ult. 178.Tul. lib. 1.de natu. Deo.car.6.fin.uel 36. §

20 M. Varro philosophus, historicus, Imper. prætorius, &c. omniũ Romanorum doctissimus habitus. § Plin.lib.7.cap. 30. in fi. Apia. de ipso, lib.4.in med.car.146.ubi de proscriptis, Gel.li.19.cap.ult. Lactan.lib.1.cap.5. §

21 Xenophon fuit eminens philosophus, egreg. rerum scriptor, & dux inclitus, quem perlegendum dicit Tul. § lib.de Senect.car.5. fi. Plut.in Artox.car.1.in fi.& in M.Ant.Triũ uiro.car.6.in fi.301.Pausa. li.9.car.355.in prin.§ Cyro cũ rege militãs ante Babilonis mænia, exiguis copijs hostes numerosos in fugam uertit, post tanta belli facinora, historiæ scribendæ operã dedit laudatissimam & philosophiæ. § Apia. lib.Parth.car.antep.Polyb.lib.3.car.3.in fi.Aret.lib.de Tirannide. car. 207. § Babilonia socios decem mill.eduxit saluos, periculis expositos, aduersus Artaxerxem regem max. § Arria.libr.1.car.23.libr. 2. car.4.car.7.eiusdem.lib.5.car.169.lib.7.car.302.Valer.cap. de parent. car.124.§ Filium apud Mantineam Clar. prælio interfectum fortiter tulit, coronamque sacrificans reposuit capiti, &c.

22 Iosephus Hebræus miles strenuus dux acerrimus, historicus amplissimus, philosophus eminentissimus, diuinator certus. Sueto. in Vespas.

ſpaſ. Imper. cuius erat captiuus, ſibi ei prædixit de conſequendo Imperio, libertateq; carceris per ipſum conſequenda. § in eius uita ad Ioſep. lib. antiqui. Iuda. §

23 Ioannes Hircanus Simonis fil. patriæ princeps, pōtifex, & propheta. § Ioſep. prædic. lib. 1. belli Iud. cap. 7. lib. 13. antiquit. cap. 17. in fi. 18. in prin. §

24 Philippus rex eloquentia, ſuauitate orationis in militum concionibus, & in rebus bellicis calliditate atque audacia non ſolum militum, ſed omnium iudicio præſtabat. Nec facile fuiſſe regem reperire pluribus naturæ dotibus ornatū, ſolertia, memoria, gratia, inſignis aſpectus, Imperio dignus, regia potentia, maximum robur, inaudita in rebus bellicis animi magnitudo, &c. § Polyb. lib. 4. car. 5. fin. in prin. §

25 M. Aurelius Antoninus Imper. Augu. genus integrum bene agendi, & contemplandi perfecte uidetur conſecutus, reipub. præclariſsime præfuit, animo contemplatus ea ad quæ ſe natum intelligebat, nec a rebus gerendis ſe auocans, neque a perueſtigāda rerum natura, & ob optimam eius adminiſtrationem pater dictus & ſenatus & populi & imperij. cuius dicta & facta, uita denique omnis fuerit ſuprema in hominum admiratione & culta, a quo & ſenatus & populus uiuendi normam regulam legesq́ue acceperit, atque ut omnium maximus, ſic & optimus & ſapiens cum omnium ſcientia iudicatus & habitus. § Ponta. libr. 1. de prud. cap. Quæ ſit uita perfecta car. 163. in fi.

26 Traianus in Hiſpania natus, Imperator factus, ita rempu. adminiſtrauit, ut omnibus principibus præferatur. Inuſitatæ ciuilitatis & fortitudinis fuit. Daciam Decebalo rege ſuperato ſubegit, Armeniam occupatam recepit, Albaniam, Sauromatas, Boſforanos, Arabas, Seleuciā, Cteſiphontem, Babiloniam cepit & Arabiam, gloriam militarem ciuilitate & moderatione ſuperauit. Aequalem ſe ubique exhibens, amicos frequentabat, ægrotantes uiſitabat, nihil iniuſtum agens, liberalis in cūctos, ciuitatibus immunitates tribuit. ob hoc per orbem terrarum Deo proximus habitus, nihil nō uenerationis meruit & uiuus & mortuus. ſolus omnium Imperator intra urbem ſepultus eſt, unde in prouerbium optatum, ne felicior Auguſto, melior Traiano. Eutrop. li. 8. in prin.

27 Theodoſius Imper. corpore & moribus Traiano ſimilis, a quo traxit originem, ſtatura eminens fuit, cui membra, cęſaries, dignitas, inceſſus, mens illi ipſi prorſus talis. Animus clemens, ſolo habitu differens a cæteris, ſimplicia diligebat ingenia, eruditos mirabatur, ciues honoribus, pecunia, beneficijs munerari. litteris mediocriter doctus, ſagax, diligens, ad geſta noſcenda habuit a natura, quod Auguſtus a doctoribus philoſ. Eximiæ fuit pietatis, regebat ualitudinem continentia uescen

di, mansuetud. in Deum deuotio. Mediolani excessit e uita. § Eutrop.in eo.§

28 Alexander Seuerus Imp. bonis imbutus artibus, ne unum passus est diem transire, quo se ad litteras uel ad militiam non exerceret.amauit litteratos homines, cum amicis familiariter uixit,corporis uenustate, decore cunctis amabilis, ab omnibus sanctus & utilis reipub. Magni & Antonini delatum sibi nomen recusauit. Seuerus tamen appellatus a militibus ob eius constantiam, ex quo tumultuantes legiones exauthorauit,& arma deponere iussit, in authores animaduertit. Virgilij Sortibus illustratus est.¦Tu regere Imperio populos,&c. Nimius erat ei ardor oculorum,Diuinatio mentis frequens, rerum memoria singularis, leges quamplures tulit authore Vlpiano, Paulo, Papiniano & alijs Iureconsultis.causis iudicialibus consultissimos adhibebat, militãtes senes ac benemeritos.Quottidie aliquod pium faciebat, facũdiæ fuit grę cæ magisquam latinæ. Ad musicam pronus, Matheseos peritus,& aruspicinæ geometriæque.pinxit mire,cantauit nobiliter, lira, tybia, organo concinit,tuba etiam. Palestricus primus fuit.In armis magnus, ut multa bella, & gloriose gesserit. Primo mane rem diuinam faciebat, nunquam morosus aut iratus,sed fronte semper pari. Lætus ad omnia erat, & ingentis prudentiæ.Milites non pretiosis uestibus sed speciosis donauit dicens,Imperium non in decore,sed uirtute esse debere.Thurinum fumum uendentem,fumo necari iussit. Cẽsuram suis temporibus de proprijs moribus gessit.in iocis dulcissimus,in conuiuijs comis, ægrotantes inuisit.Ouinium affectantẽ Imperium etiam non castigatum admisit ut amicum,commendauitq; senatui, eum excusans, Parthicam expeditionem inhiens. Talis ac tantus Imperator milites duxit tanta disciplina ac reuerentia sui,ut senatores diceres fuisse. Vnde prouintiales,ut Deum suscipiebant.Phalãgiarios instituit ex sex legionibus.apertis papilionibus prandebat, & cænabat. milites transgressores increpabat dicto christiano,idque erat, Quod tibi non uis, alteri ne feceris. Aniculæ ab eius milite iniuria læsæ exauthoratum eum in seruum dedit. Artaxerxem in Persas prælio max. superauit potentissimum & triumphauit. Ad Germanicum bellum profectus, quia Galliam infestabant seditione militari,interfectus,Romæ inter Deos relatus ut optimus. cuius fuere consultores Iurisperitissimi Sabinus, Vlpianus, Gordianus,&c.ut supra. § Lamprid.car.ult. §

29 Iulianus rerum potitus,bellum Parthis intulit, cui & interfuit Eutropius author, ut in hoc ipso Imperat.refert ipse. Assiriam populatus est,ad Ctesiphontem se habens uictor remeans interfectus est, & inter Diuos relatus.Liberalibus disciplinis eruditus,facundia ingenti,memo

ria tenacissima, in amicos liberalis, in prouinciales iustissimus tributorum oppressor, ciuilis in cunctos, nimius autem religionis Christianæ insectator, sed citra sanguinem, M. Ant. non absimilis, quem imitabatur. § Eutrop. in eo, Pompo. Let. lib. 2. in eius uita. § Clemens, moderatus, studiosus, in uenere abstinentissimus, nationes pacificas tenuit, Antiochiam uenit, in Persas continentissimus, iustissimus, hostes prælio superauit. Ipse Asiria depopulata prælio perijt, & inter diuos relatus, ut supra. § Ponta. lib. 1. de mag. car. 249. in prin. §

30 Thimotheus Cononis fil. cum belli laude nulli esset inferior, nec & patri. Ad eam laudem doctrinæ & ingenij gloriam adiecit. § Tul. in 1. offi. car. 23. ante. Probus etiam in eo. § fuit etiam disertus, impiger, laboriosus, rei militaris peritus & ciuitatis regendæ. plures superauit gentes, & ciuitates cepit. maritimum principatum pro patria obtinuit. unde ei statuam posuere.

31 Epaminundas Thebanorum dux, hostes Lacedæmonios urbe spoliari conatus est inaduertentes, sed a senibus, mulieribusque defensa Agesilao rege tunc absente cum copijs, acie confligentes superati, Epaminundas uictor saucius decessit. Incertum uir melior an Dux esset, nam & imperium non sibi sed patriæ semper quæsiuit. philosophiæ studio clarus, moribus insignis & abstinentia. pecuniæ adeo parcus ut sumptus funeri defuerit. gloriæ non cupidior quam pecuniæ, recusanti omnia imperia congesta sunt, &c. § Iusti. lib. 6. in fi. Valer. cap. de fortitud. car. pen. & cap. de fiducia sui, & infra. cap. qui coacti. Pausan. lib. 9. car. 354. in med. de Alex. tyranno & Cleomene depsico Epaminunda suffecto.

32 Probus Imp. uere probus habitus, quo tempore annorum sex præfuit, & a seditiosis militibus interfectus, Sarmatas confudit, tyrannos extinxit, orbem pacauit, iudicia bonorum ex eius uirtutibus confirmauit. § Pompo. Let. lib. 1. §

33 Numerianus etiam imperium sequens, commendabilis miles, poeta promptus, orator modestus & frugi. § Pompo. Let. ubi supra. §

34 Belisarius Græcorum dux in Italia legatusque pro Iustiniano Imper. in Gothos, rei milit. scientia præditus, omnes ætatis suæ duces longe superauit. Erat enim in illo humanitas summa, liberalitas mira, rusticorum fautor ne uiolarentur per milites, seueritate disciplinæ abundantiam conseruabat in castris, bellator acerrimus, &c. § Blon. lib. 5. histor. car. pen. a ter. §

35 Gothofredus Bolionius Comes Belga Lothering. dux, in re tunc milit. & imperatoria peritissimus, religione prçstãs, specie corporis erat eximia, statura sublimi, incessu grauis, sermone breuis, uultu maiestatẽ Augusti præseferebat, &c. In terræ sanctæ loca rex institutus fuit, ex

quo non armis tantum, sed consilio & religione ingens erat. Frãci eum obseruabant uirtutis, modeltiæ ac clementiæ fama. proinde Trilinguis, sacro bello cunctorum animos in se uertẽs, &c. § Aemil. in Phil. 1. rege 38. car. 152. 154. in fi. 192. & seq. lib. 4. car. pen. §

36 Gulielmus tertius Siciliæ & Neapolis rex, Normannus genere, cognomento bonus, animi & corporis dotibus præditus, gratiosus, eloquẽs, castus, liberalis, beneficus. Extorres regni reuocauit omnes & bonis restituit, religioni pronus & omnibus amabilis. § Blon. li. 15. car. antepen. lib. 16. car. 2. Colenut. lib. 3. car. 6. fin. §

37 Sigismundus Imp. modernus, nobilis princeps, staturæ proceræ, liberalis, religiosus, diuersas callens linguas, latinæ excellens, &c. § Egnat. in eo. car. 116. §

38 Alfonsus Neapolita. rex non minus litteris quam rei bellicæ operam dedit, religiosus, uerbis resolutus, staturæ ualidæ, liberalis, affabilis, splendidus, studiosorum fautor, litteris deditus, & etiam sacris, commendatissimus fuit & monstrabilis. Ducatũ Mediolan. oblatum sibi per Philippum ducem respuit, aspectu uiribusque competens, temperatus in uictu, liberalis præter uires, uenationibus deditus plurimum, prælio acerrimus, post & clemens, & in inimicos facilis. § Colenut. lib. ult. in fi. car. 196. §

39 M. Ant. Colũna hodie nullis oppressus uitijs, omnibus præditus uirtutibus erat, etiã apud hostes illustris, præter animi uigorem procera erat statura, membrorum firmus, decoro uultu, equitãdi peritus, & omni armorum genere, &cæ. Lescutus enim & Borbonius duces acerrimi eius hostes, amicitiam secum inire institerunt, & cum eo dextras iungere, data utrinque fide conuenerunt, prouocati ex præclaris eius actionibus in bello, & propugnationibus acerrimis. § Ioui. li. 18. histor. car. 4. fin. §

40 Semiramis imperium filio tradere non ausa, defuncto Nino rege patre, ipsum rexit filium similem ei simulans. magnas res gessit, quarum amplitudine ubi inuidiam superatam putat, se aperiens, admirationem auxit, quod mulier nõ fæminas modo uirtute, sed etiam uiros anteiret. Babiloniam anno tantum expleto condidit, Aethiopiam suo regno adiecit, Indiæ bellum intulit, &c. § Iusti. lib. 1. in princ. Diodo. in ea. ex Beroso libr. 4. de ipsa Semiram. § Hæc antecessit militia, triumphis, diuitijs, uictorijs, & imperio mortales omnes. Nemo unquam huic fæminæ comparandus est uirorum, tanta in eius uita dicuntur & scribuntur cum ad uituperationẽ, tũ maxime ad collaudationem suam magnifica. Alexan. Magnus in oratione de qua Curt. § lib. 9. in med. car. 136. a terg. § ad eius milites uictorijs lassos. Obsecro uos cogitare nos peruenisse

uenisse in terras, quibus ob fæminę uirtutem celeberrimum nomen est, quas urbes Semiramis condidit? quas gentes in potestatem redegit? quanta opera molita est? &c.

41 Sempronia, de qua Salust. in Catili. facinora uirilia committens, audacia nobilis, formosa, litteris græcis & latinis prædita, psallere & saltare docta, &c.

42 Archidamia bello presis Lacedæmonijs ab Epirot. rege Pyrrho, fæminas in Cretã insulam perfugere & in tutum mittere cum decreuissent, ira percita cum cæteris pluribus fæminis gladio incincta in Senatum prodijt offerens operam ipsarum ad patriam defendendam tutandamq;, adeo ut ab ipso ciues auerterint cõsilio, urbs acriter defensa, re infecta, salua urbe recessit Pyrrhus. §Plut. in Pyrrhi uita. car. ult. in prin.§

43 Zenobia Odenati Imper. uxor, prudens, constans, liberalis, bellatrix eximia, nudo sæpe brachio certans, litterarum instructissima, castissima, non solum Galieno Imperat. melius imperauit, uerum etiam multis Imperatoribus fortius atque solertius. Palmiranis in Oriẽte præfuit, mulierum omnium Orientalium speciosissima & nobilissima. triũphata in urbe diu uixit. filios Romæ posterosque reliquit in Tiburtino agro, qui nunc etiam inter nobiles manent. § Spartan. & Capitol. in Galieno Imp. car. antep. 177. Vopis. in Aurel. Impe. in prin. & in Heren. Cæs. uig. c. 265. 267. plura Geu. lib. 2. car. 256. a mad. Lionora. § ut habetur in epistola ad Senatum ipsius Imperat. Aureliani. Audio pat. conscri. mihi obijci, &c. Quæ illa est mulier, qua prudentia, constantia, grauitate, liberalitate, seueritate quandoque. possum etiam affirmare tãto Aegypti & Orientis populis mulierem terrori fuisse, ut se non Arabes, non Sarraceni, non Armenij mouere ausi sunt, &c.

44 Telesilla (de qua cap. Qui fortitud. infra ult. exemplo.) Argiuam ciuitatem propria defendere uirtute non dubitauit. Vnde Cleomenes rex, oppugnationem prosequi destitit, & recessit. §Pausan. li. 2. car. 28.

## QVI BELLO PRAESTANTISSIMI REBVSQVE gestis clarissimi maximum etiam principatum deposuerunt sponte, uel oblatum renuerunt.

NEMIMEM alteri imperium cedere animi motu proprio, dicit Salust. § ad Cæsarẽ. li. de rep. car. 99. ante. § Dionisium Siciliæ tyrannum dicentem, refert Liuius § libr. 24. car. 4. in fi. ubi de re Sicula, deque Demarata Hieronis filia, § pedibus tractum, non insidentem equo, relinqui debere tyrannidem. Plures tamen remota ambitione, uitam prætulerunt priuatam.

Sylla

1 Sylla dictatura ſe abdicauit, primuſque eſſe uoluit, qui tyrannidem deponeret, qui Senatores triginta interfecerit, Conſules quindecim, equeſtris ordinis ad duomill. & ſexcentos expulerit urbibus, agris ademptis, tributa exemerit, &c. § Apia. lib. 1. car. 2. in prin. & in fi. cart. 36. § Vnde increpitus eſt poſtea a Iulio Cæſ. litteras neſciſſe. § Sueton. in ipſo Iulio. cap. Nec minori. car. 44. § Annis tribus hoſtes profligauit. 160. mill. Græciam deuicit, Macedoniam, Ioniam & Aſiam. Mithridatem compeſcuit, ſibi nauibus ademptis, ingentem agens exercitum expertiſsimum ſibique obſequentiſsimum. Tribunitiam poteſtatem minuit, cathenas etiam Iugurthæ regis manibus impoſuit, Cinnæ dominatum fregit, diuitias & imperia largitus eſt. Leges abrogauit uetuſtas, nouas tulit, legibus denique ſe obtemperaturum ſubmiſit. § Plutarc. Valer. Apia. §

2 Auguſtus monarchiam etiam conſecutus, audita perſuaſione Mecenatis poſt & Agrippæ, ipſam deponere non dubitauit, ſed per multitudinem deprecatus retinuit. § Dion. li. 53. in prin. car. 347. §

3 Pittacus Mithyleneus imperium depoſuit, expedito tantum bello cepto aduerſus hoſtes Athenienſes, reclamantibus ciuibus primatum deferentibus. § Valer. cap. de Iuſtitia. §

4 Mycitus ſeruus Anaxilai Miſſenij tyranni in Sicilia liberos ſibi commendatos rexit tutor, & imperium obtinuit ſuo tempore, quod filijs reſtituit bona fide, & accepto uiatico tantum Olympiæ conſenuit tranquilla in uita. Nicetum, non Micytum nominat Pontanus § lib. 2. de fortitud. cap. de ſeruit. toleranda. Macrob. lib. 1. cap. 11. §

5 Iulianus, de quo titulo præcedenti a Conſtantio Imper. Cæſar dictus, pluribus uictor prælijs, Auguſti nomen renuens pertinaciter, nudatis enſibus coactus accepit. § Pompo. Let. car. 32. in Gallo Imper. §

6 Saluſtius inde lectus ſucceſſor Iuliano, ut ſenex inualidus recuſauit. ubi ſupra. car. 37.

7 Cincinnatus, de quo Valer. § cap. de animi moderat. § Conſulatum cum ſibi P.C. uellent continuare anno inſequenti, redargutis ipſis abſtinuit, & accipere non ſuſtinuit. § cap. ſeq. ubi ſupra. §

8 Fab. Max. eoſdem rogauit (filio eius conſule creato) uacationem quandoque darent Fabiæ genti. § ubi ſupra. car. ſeq. §

9 Claud. Nero conſ. præcipuus, in conſequenda uictoria cum M. Liuio collega, in opprimendo Aſdrubale triumphum pariter delatum renuit, ouanſque tantum equo ſequi triumphantem maluit.

10 Genitius prætor (cui cornua emerſiſſe refert Valer. § cap. de pietate in patriam, § reſponſum accepit, eum regem futurum ſi reuerteretur in urbem. quod abhorrens ſibi ipſi exilium indixit, & receſsit regnum

gnum renuens.

11 Scipio Afric. superior Cõsulatum perpetuum, dictaturã, & alia plura respuit oblata, & Linterni degens, agriculturã exercuit ut Curio Cincinatusque, ut tantum in recusandis honoribus se gesserit quantum egerat in mærendis. § Liui. lib. 28. in fi. Valer. cap. de animi moderat. Sene. epist. 86. In ipsa, &c. §

12 Seleucus cũ Antioco filio regnum diuisit, cui & Stratonicem sibi etiam carissimam uxorem cessit, Erasistrato medico id prudenti dolo patri suadente. § Apia. in Sirio. car. 5. fin. a terg. Vale. cap. de parent. amore. Ponta. lib. de prudent. ult. §

13 Germanicus Caij Calig. Imperat. pater, uir optimus. § ut supra cap. Qui ætate sua. § Ad exercitum missus in Germania per Augustum, quo decedente reprobatus Tyberius. Sed Imperium per legiones oblatum renuit. § Sueto. in Calig. car. pen. in Tyber. ipso, cap. cunctanti. car. 142. Dion. li. 57. car. 4. in prin. & a ter. Valer. cap. de Abstin. car. 83. §

14 Dioclitianus maximus, uictoriosissimus, seuerissimus, amplissimũ deposuit Imperium, Salonæ decennium uiuens priuate cõsenuit. § Eutrop. lib. 9. Pompo. Let. lib. 2. in prin. §

15 Licurgus Polybitæ fratri tunc regi defuncto, succedere ualens, Charilao posthumo eius nepoti adultam ad ætatem peruento, regnum diligenter administratum restituit & cessit, prę ponens pietatem opibus & ambitioni. Leges interim instituit, eius exẽplo obseruandas, &c. § Iusti. lib. 3. in prin. §

16 Sosthenes implorantibus Macedonibus, auxilia Deum ex memoria Philippi, & Alexandri, cum summa desperatione a Gallis pressi, duce Belgio, cum ualido exercitu Brenni tunc socio, lecta iuuentute, cõposito exercitu, prælio acriter commisso, uictoriam obtinuit, hostes expulit exultãtes. Vnde pluribus regnum ambientibus, ignobilis ipse præpositus & electus, milites in ducis non regis nomen iurare iussit. § Iusti. lib. 24. in med. §

17 Aristomenes Messenius in Lacedæmonios fortissime dimicans, rex salutatus renuit, sed ducatum in exercitu accepit tantum. Pausan. § lib. 4. in med. car. 155. in med. §

Cadmus Tyrannidem sponte deposuit, insula recessit, Messanam condidit. § Herodo. lib. 7. cap. 12. in fin. §

18 Attalus relicto sibi per Eumenem regno, eius fratrem, ad Pergamum fratris filios educauit, & proprios dimittens filios, regnum uiuẽs, fratris filijs renuntiauit. § Plutar. in apophtheg. car. 133. §

10 Minutius magister equitum sub Fabio max. dictatore, ęquata sibi

potestate

potestate per populum, diuiso exercitu & legionibus, imprudenter certans, ab Annibale fusus, consecuta salute a Fabio tunc occurrente, potestatem impetratam, sponte deposuit, patrem Fabium appellans & saluatorem. § Liui. lib. 22. in med. Valer. cap. de grat. car. 105. §

20 Artaxerxes Persarum Imper. Darium ex filijs maiorem indulgentia paterna regem fecit, quem tamen ingratus etiam interfici iussit, cũ quinquaginta eius filijs in patrem conspirantibus. § Iusti. libr. 10. in prin. §

21 Antigonus Eumenis filius, hostibus prælio superatis, Cypri occupauit Imperium, quod transtulit ad patrem, nollens regnare cum posset. § Iusti. lib. 26. in fin. Sen. lib. 3. de benef. cap. uicit Aeneas, &c. §

22 Verginius Ruffus a militibus requisitus, tunc legionis legatus, Imperium accipere oblatum recusauit. Vnde sibi positum defuncto epitaphium, Hic situs est Ruffus pulso qui uindice quondam, Imperium asseruit non sibi, sed patriæ. fastigium priuati hominis impleuit, cum principis noluisset. § Tacit. lib. 17. car. 2. a ter. Plin. libr. 6. epistol. libr. 2. epistol. 1. lib. 9. epi. 19. Et in uita Neruæ Imperat. ex Dione. car. 1. §

23 Audentius post Caracallam Impe. successor delectus, suam incusans senectutem abnuit Imperium accipere, ex quo Macrinus inde suffectus. § Herodia. lib. 4. car. 54. §

24 Lycidas Megalopolitanus tyrannus, futura prudenter animaduertens, Achæorum reipub. uoluit ascribi, deposita tyrannide, quod executi sunt etiam Aristodemus Argiuorum, Xenon Herminiorũ, Cleominus Phliasiorum. § Polyb. lib. 2. in med. car. 37. a ter. Pausan. lib. 8. car. 314. in med. §

25 Terentius Varro cladis acceptæ uerecundia motus, dictaturam'si bi oblatam respuit. § Valer. cap. de uerecundia. §

26 Acheus circa Taurum montem dominus, in bello inter Rhodios, & Bisantios, Seleuco trucidato per coniuratos, a militibus requisitus ad suscipiendum diadema, facere noluit, nec accipere, sed Antiocho iuniori regnum seruans administrauit, mutauit subinde consilium, & regnũ inuasit, &c. § Polyb. lib. 4. in med. car. 163. a ter. §

27 Solon requisitus ut tyrannidem acciperet oblatam, uti iustissimus & sapientissimus Atheniensium recusauit, dicens, Pulchrum esse locũ, uerum exitum non habere. § Plutar. in eius uita. car. 3. a ter. §

28 Pompeius Magnus plurimas consecutus in hostes uictorias, exercituum dominus, oblatos sibi titulos tunc amplissimos, & dignitates respuit & dimisit. Vnde Spudarchus appellatus, not. Xenophon, de quo Cælius § li. 3. cap. 5. in fin. § requirens proinde quod renuerat oppressus, fugatus, trucidatus. § Dion. libr. 37. in med. car. 8. car. & antepenul.

penul.libr.41.car.5. §
29 Lotharius Imper. Ludouici fil. in Imperium suffectus, prælio superatus est acerrimo ad Fõtanicum per eius fratres Ludouicum & Carolum, ex quo fractis utrinque uiribus, compositę inter fratres eorum seditiones, diuisumque Imperium, post annum subinde quintumdecimum, se Imperio abdicans, monachum fecit, Imperium filijs distribuẽs. § Blon.lib.12. in med.car.76. Aemil. in Car.2. rege.25.car.118. Egnat. car.76. in ipso Lothario.car.50. §
30 Rachisius Longobar. rex a Zacharia pontif. persuasus obsidionẽ Papiæ soluit, & monachus effectus regnum cessit Aistulpho eius fratri. § Blon.lib.10.car.ult.in prin. Ponta.lib. de magnan.libr.20.car. pen.262. §
31 Tassillus Bauarorum rex, Sclauinorum gentẽ bello agitans, a Carolo Mag. Imper. superatus, Desiderij regis gener, Cænobio se abdicauit cum Eudone filio. § Blon.lib.8.in fi.lib.11.car.antep. Aemil. in Carolo Mag. rege.23.car.94.a terg. §
32 Leo Imperatoris Leonis ex patre Zenone nepos, consors Imperij factus, mortuo auo Imperium cessit libens Zenoni patri, propriaque ipsum coronauit manu. § Blon.lib.2.car.ult. Diaco.in Leone libr. 10. in prin. Egnat.car.20. Letus lib.2.car.45.a ter. §
33 Zeno ipse, Basilico sibi æmulo facto, exulare maluit quam bello ciuili Imperium agitare, quo pulso regnum Zeno redux recepit. § Blon. ubi supra. §
34 Noberthus Lotheringus nobilis, diues, inclitus, opes aspernatus, cænobium condidit præmonstratorum. § Aemil. in Ludou. 7. rege 40.car.217. §
35 Rammirus Sancij fil. regni Arago. rex primus constitutus ex monacho, anno Christi.1017. Vrrocha ex uxore filiam procreauit, Mauros hostes finitimos fudit, suorum insidijs lacessitus, regnum deposuit, & in monasterium regressus est. § Colenut.lib.1.in fi.car.27. §
36 Horodes Parthorum rex, Pacoro eius filio prædilecto in prælio per Ventidium ducem interfecto, regnum cessit uolens Phraati filiorũ natu maiori, qui natura ferox, immanis, sęuus fratres interfici statim iussit, &c. Diaco.lib.49.in med.car.276. Apia.libr.parth. in fin.car.7.fin. §
37 Henricus regnũ Franc. cessit Philippo filio, anno Christi. 1060. § Aemil. in Henrico rege.37.car.138. §
38 Ariobarzanes Cappado. regnum filio abnuenti cessit in conspectu Pompeij, lætior pater in cedendo regno, quam filius in accipiendo. § Valer. in c. de parent. amore in fil. Apia.lib.1.car.36.a tergo. & cap.seq. §

Carolo-

39 Carolomanus Martelli fil. Fracorum regis, paternis bellis socius, in quibus & præclare se gesserat, integra ætate regna patriamque relinquens, cilicio tectus, cænobium intrauit. § Aemil. in Childer. 3. rege § 1. car. 67. Ponta. ubi supra. car. pen. lib. de magnani. §

40 Otho Saxoniæ dux oblatum sibi per Proceres Imperium uti uirũ rebus gestis, & nobilitate insignem, Augustumque salutatum recusauit ætatis excusatione usus, quia grandæuus, duce dicens opus esse, qui in bellis & actionibus sciat, possit, audeat. Conradus ideo suffectus. § Aemil. in Car. 3. rege. 30. car. 128. a ter. §

41 Ioannes Caraciolus a Neapolit. regina Ioanna Capuano principatu donatus (regis primogenito attribui solito) renuntiauit, accipereque recusauit. § Ponta. lib. de prud. 5. car. 221. Blond. & Colenut. libr. 5. in fi. car. 159. 153. §

42 Ferdinandus Hispaniæ citeroris rex, mortuo rege, cuius extabat infans filius, a Proceribus prouocatus ad consequendum regnum, nõ idoneo tunc infante ad gubernacula, diu frustratis ipsis, puerum tandem in concilio manibus eleuatum, regem dixit, & confirmari per Proceres in opinantes requisiuit, cui post & ipse successit defuncto. § Ponta. ubi supra. lib. 2. car. antep. §

43 Amideus Sabaudiæ dux, per plures annos administratum principatum filio reliquit, heremoque se dicauit, pontifex electus in Fælicem quintum, oneri se imparem ducens, pontificatum deposuit, quẽ Eugenius erat consecutus, & Cardinalatu contẽtus, legationem peregit Germaniæ. § Blon. lib. 19. Aemil. in Carolo 7. rege. 53. car. 467. libr. 10. Platina in Eugen. 4. Pontif. 215. in Nicolao v. Pontif. 216. §

44 Petrus Moroneus Anacorita Pontif. 138. ẽt electus in Celestinũ quintũ, sanctæ deditus uitæ, aulici doli nescius & integer, Pontificatum deposuit, quem Bonifa. VIII. dolo suscepit, dolose & exercuit. § Blõ. li. 19. in prin. Aemil. in Phil. 4. rege. 45. cognomento pulchro, car. 348. Ponta. ubi supra. car. penult. Colenut. lib. 5. ex Platina, &c. §

45 Amurathes, Imperium Turcharum uolẽs cessit Mahometo filio adolescenti, adhibito etiam tutore, ad priuatam & religiosam se recepit uitam, &c. § Cambi. lib. 1. car. 14. refert & Carda. lib. 11. de subtilit. in med. car. 427. §

46 Andreas Auria Genu. maximus hodie maritimus Imperator post quã plures uictorias sub rege Franc. 1. proinde sub Carolo quinto Imperat. Aug. in Turchas egregie consecutas, & si non semper requisitus in principem patriæ Genuens. sola ipsius liberatione contentus, ætate, opibus, orbitate grauatus, repletus, destitutus, abstinendum duxit, præcipuaque animi constantia renuit, satius ducens liberam relinquere patriam,

triam, quam sibi deditionem subiectam. Vnde grati ciues, illum statua donarũt egregia Colossea, cum titulo inscripta, Ad lõgæuam ipsius meritorum memoriam. anno prope centes. decessit. 1560. § Ioui. lib. 26. in med. car. 153. §

47 Ioannes Barbarus Dux Venet. VI. Petrum sibi consortem fecit, quo defuncto Vrsum suffecit. Vterque postmodum se abdicantes receperunt ad proprias domos.

48 Vrsus item dux decimus anno. 19. eius ducatus, monachum se fecit, ducatui renuntians.

49 Petrus Vrseolus dux. 15. renitens, cõstitutus, palatium instaurauit & Ecclesiam Sanc. Marci. se denique Imperio abdicauit, monasticam præferens uitam.

50 Vitalis Candianus item reuocato ab exilio Patriarca etiam Candiano, postquam anno uno & uigesimo regnauerat, se monachum constituit.

51 Laurus Maripetrus noua tunc forma institutus dux. 33. Iaderam quarto recuperauit, Saladinus quo tempore plures adeptus est uictorias in Christianos, quampluribus gestis anno Imperij. 14. renuntians monachum se constituit, Henricus Dandolus suffectus.

52 Petrus Iani uel Zeno dux. 35. recuperata Creta insula, colonisq; suppletis, Damiata tunc uastata per Turcas post annum. 22. eius Imperij senex infulam deposuit libens, Iacobus Teupolus suffectus.

53 Iacobus Contarenus dux. 40. senectute grauante, ducatum deposuit post annum. 4. eius Imperij, Ioannes Dandolus suffectus.

54 Iacobus Teupolus Classis Imperator, in ducẽ requisitus per populũ, renuens urbe secessit, instituto Duce Petro Gradenico. 42. regressus inde domum peruenit, laudem consecutus reiecti ducatus, nõ minimã.

55 Franciscus Donato in Ducatu Venet. concurrens Petro Lãdo ex optimis uti præcipuo, ad imperium consequendum, motu proprio cessit, subindeque maiori gloria successit.

## QVI REQVISITI VEL ROGATI PRINCIPAtum suscepere abnuentes.

1 NVMA Pompil. per Oratores ad capessendum requisitus regnum post Romulum per Proculum & Volesum abnuens respondit, se Deos colere, bellis intentum se non esse, propterea ludibrio haberi. Exoratus denique ne ciuile oriretur bellum, ad magnum & diuinum munus suscipiendum deuenit, &c. § Plut. in eius uita. car. 2. §

Quintius

2 Quintius agrum colens in Tusculano, honorum immemor urbanorum, in militia pede claudus factus, per milites animaduersus, requisitus in ducem, ui etiam coactus, imperator dictus, milites in seditionem uersos composuit, & sedauit. § Liu. lib. 7. in fi. car. pen. §

3 Sertorius ex proscriptis in Hispania tuncusque uictor in hostes, requisitus a Lusitanis in Ducem, uti uir, qui omnes sui temporis bellatores anteiret, imperium accepit, plures in Romanos consecutus est uictorias, & in Pompeium ipsum reipub. uindicem Roma. acie superatum. § Plut. in eius uita. car. 2. in fi. §

4 Philippus Alexandri Mag. pater, obses puer datus per Alex. fratrem Thebis triennio habitus, rudimenta percepit in domo Epaminundæ, summi & philosophi & Imperatoris antiquæ seueritatis, regno insidijs turbato, Perdicę, diu se non regem sed Tutorem pupilli ægit, quousque compulsus a populo ob grauiora bella, regnum suscepit, quod fæliciter administrauit, & amplum reddidit. § Iusti. lib. 7. in med. §

5 Seuerus Impe. occiso Commodo Imp. Iulianum inuisum sentiens, requisitus, repugnans imperium accepit apud Carnutum. § Spart. in eius uita. car. 2. uel. 76. a terg. §

6 Pertinax Imper. Commodo pridem interfecto per legatos Lectum & Electum, domi dormiens, requisitus, ad præfecturam, se illorum potestati permisit, & si pauper, rebus tamen gestis clarus, &c. uoluit etiã imperium deponere, & ad priuatam redire uitam, filiosque in palatio nutriri uetuit. § Herodia. in eius uita. lib. 2. car. 2. a terg. Capitol. in eo. car. tertia. §

7 Ariobarzanes Cappad. regnum filio cessit, præsente Gn. Pompeio, Diadema transferens in caput suum hortatus ut in sellam transiret curulem, quod filius exequi non potuit, ex quo lætus erat qui principatũ dabat, tristis cui dabatur. § Valer. cap. de parentum amore. car. 120. & cap. præced. §

8 Gordianus senex grauissimus procons. octogenarius, Imperator electus, in Africam missus, & reclamans, purpurã accipere coactus est per instantes cum gladijs, primo quidem inuitus, postea uero libens suscepit. § Capitol. in Maximo. car. 6. & in eo. car. 4. ante. 142. Herodi. li. 7. car. 5. a terg. §

9 Vespasianus pater Flauius ad reprimendos Iudæos seditionibus intentos a Nerone missus, interfecto Nerone ipso, Galba etiam & Othone & Vitellio, uariantibus exercitibus per orientales tunc legiones, auctore Mutiano, lectus Imperator (ut per Iosephum sibi captiuum fuerat assertum) recusauit, sed gladijs minitantes milites compescuit, & imperium renuens accepit. § Iosep. idem lib. 5. belli Iudai. cap. antepenult.

17.in fi.18. & de ipsius captiuitate diutina. §
10 Epaminundas imperium patriæ quæsiuit,non sibi,ut supra. §capit.præced. Qui ætate sua, &c. §
11 Fab.Max.senectutem suam incusans, & legem decennalem obijciens consul tamen creatus est. § Liui.lib.10.car.2.in fi.§
12 Traianus per Neruam Imperat. adoptatus,ad imperium electus, recusabat,unde cogendus fuit,ut per ipsummet in sua responsiua ad Plutarchum eius præceptorem,de qua interpres Geu. § libr.2.car. 134. in suo paneg.ad illum dicit Plin.car.eius 3.in prin. §
13 Lotharius tertius Imper.ex Saxonibus,diu reluctans stetit, imperium ipsum post & accepit. § Egnat.eo.car.50. a ter. §
14 Sosthenes a Macedonibus, multis etiam regnum affectantibus ignobilis prepositus est,& rex ab exercitu appellatus non in regis,sed ducis tantum nomen iurare milites coegit. § Iusti.li.4 & cap. præced.§
15 Macrinus Valeriano Imper.captiuato,ad imperium successor electus, renitens, dissuadens electionem, militibus obsequens accepit. § Spart.in eo.§
16 Antigonus Philippo puero tutor datus in seditione Macedonum, diademate abiecto,solus sine satellitibus procesit in publicum, seditiosos uindicauit, regnum recipere per populum iussus resumpsit. § Iusti.lib. 7. §
17 Decius Imper.ultimus Deciorum ad imperium requisitus, renuit primum,sed instantibus bellis accepit, omnibus consentientibus in ipsum. § Pompo.Let. in eo.§
18 Saul electus in regem Hebræorum se abscondidit,& perquiri ac exorari uoluit. § Iosep.lib.6.antiqu.Iud.cap.5.in fi. inde Dauid pastor.
19 Probus Imp.electus,in palatium perductus,sæpe dicebat,Non uobis expedit milites,non mecum bene agitis, ego uobis blandiri nō possum. § Vopis.in eo.car.4.in fi.uel.216. §
20 Nicolaus quintus pontif.216.ignobilis,sed litteris & moribus grauis,præclarusque, in pontificem assumptus, Cardinales orauit supplex præstantiorem eligerent, persuasus accepit, & pie exercuit. 1447.quo tempore expugnata urbs Constantinop.
21 Campsoni Gaurio imperium Orient. delatum est homini iusto & forti, post necem Tomumbeij,qui abnuens reluctari cepit, deprecatus accepit,acerque fuit, sed infælix & postremus in Mamalucos Sultanus. § Ioui.lib.17. in med.car.356.a ter. §
22 Paulus Nouius pannorum tinctor, nobilibus Genua pulsis,& exactis per seditiones,Dominus creatus,renitens, coactus accepit. § Leand.car.16. in sua Italia. §

QVI FORTVNAE BENEFICIO PRINCIPATVM improuiso consecuti sunt insperantes, & sorte propitia, uel fato potius, unde Iuuen. Sidus & occulti miranda potentia fati, Seruis regna dabunt.

1 ARIVS cognomento Ochus, Persarum Imper. constitutus, interfectis Magis, per septem ęqualis dignitatis cõiuratos, hinnitu equi, opera eius serui Cyri filiam duxit uxorem. § Iusti. lib. 1. in fi. Valer. cap. de fortit. cap. Vafre dic. &c. cap. de crudelit. §

2 Heraclidarum genere deficiente, respondit Oraculum sciscitantibus Aquilam demonstraturam eligendum in regem, Egon unde demõstratus & lectus. § Plut. de uirtu. Alex. car. 297. ante. §

3 Ciniradis deletis, unus inuentus, ultimi nominis neglectus per milites ad Alex. Mag. perductus, uitæ suæ dubitabundus, rex pronuntiatus, qui reiecta plagula, purpuram amictus regnauit, nomine Alynomus. § Plut. ubi supra. §

4 Abdolomius uel Abartomius paupertate puteos hauriens, uel horto uiuens, causa suæ paupertatis probitas erat, per Alex. Mag. etiam Darij regis tunc uictorem, Sydoniæ rex constitutus est. § Iusti. lib. 11. in med. Curt. lib. 4. car. 2. in fi. §

5 Tiriorum serui dominis interfectis, regem constituere decreuerũt, qui primus Oriẽtem solem uidisset, unde Straton a suo seruatus seruo, ideo rege futuro, rex constitutus est re cognita. § Iusti. lib. 18. §

6 Turcæ iamprimum sine duce cum Persis mixti degebant, ducẽ constituerunt eligere, unde & centum familias ex toto cætu delegerunt, & multitudine, quæ singulæ sagittam proponerent suam, sorte per puerũ elegerunt unam, ex qua Tribu centum de potioribus extraxere. Secundo per sagittam quisque suam proponeret etiam, sorte iacta extractus Selduch, qui etiam rex constitutus statim Persas ipsos aggressos prælio superauit & subegit. § Colenut. lib. 1. in fi. car. 18. ante. § Talem in eligendo modum in regem Saulem not. Iosep. § li. 6. antiqu. cap. 5. in fin. eius. §

7 Amasis item plebeius homo, &c. § Herodo. lib. 2. cap. 12. §

8 Giges rex Lidiæ factus Candaulo perempto, unde prouerb. Gigis annulus. § De quo Eras. ex Tul. lib. 3. offic. car. 57. Ex Plato. Iusti. li. 3. Valer. cap. de fælicit. §

9 Lamisius, qui Algimundo successit Hunnorum regi, cum sex fratribus in piscinam proiectus, cæteris defunctis collectus, nutritus, regi carus factus, superstes in regno suffectus. § Cori. lib. 1. car. 8. §

Turceminus

10 Turceminus ex Volone Imperator, regumq́ue rex effectus est, & Sultanus. § Aemil.in Ludou.9.rege 43.car.307. §

11 Cosmus Medices Florentin.dux secundus hodie imperans, trucidato per Laurentium Alex.præcessore, inopinans constitutus dux in patria Florentia, Pisis, & Senis. §

12 Amideus Sabaudius, & Petrus Moroneus, de quibus capitulo præcedenti.

13 Adrianus sex.Flandrensis. Paulus.3.ex medicis Mediolan. insperati in Pontifices euasere Max.

14 Hismael Arduelis fil. Sancti eius tunc sectæ uiri a Iacuppo Vsuncassani filio interfecti, Sophus factus ex Heremita summus Imperator, prælio Aluantem fudit & interfecit. § Ioui.li.3.car.241.lib.14. car. 271. § Amuratem per fugam a Selymo Turc.Impera. hospitio receptum, & in generum constitutum, exercitusq́ue ducem, acie conflixerunt ad Calderanos campos, Hismael cum genero aduersus Selymum prælio uictorem, filios quattuor Imperij successores reliquit. § libr. 33.car.542. §

15 Abraymus puer seruulus Scanderbassæ facilitate morum, & naturæ, Imperatori dono datus, Selymo asignatus in socium, Solymano coætaneo, primarius euasit omnium Belerbecorum, Vesiris creatus, cum sigillo Imperat. § Ioui.lib.33.car.545. §

## QVI COACTI, VEL INVIDIA REVOCATI principatum, uel deposuerunt, aut metu profugientes deseruerunt.

1 TARQVINIVS Rom.rex ultimus ob superbiã, sęuitiam, & adulteria in Lucretia præsertim, per eius filium pulsus, in exilio consenuit. § Liuius, Plutar.& alij. §

2 Appius Claud.Clasis Imperator in Carthaginenses, prælio fusus & in fugam actus, Imperio priuatus fuit a senatu, & consulatu. § Polyb.lib.1.car.33. §

3 Seruilius Cepio Procons. cũ Manlio superati a Cimbris temeritate sua, grauem accipientes iacturam, & castris exuti, damnati, bona publicata, Imperio abrogati post Tarqui.regem. § Flor.lib.67. § Vt & Q.Cecilius, de quo Ascon. § in Cornel.car.32.in prin. §

4 Minutius Cons. Equos pop. bello lacessitus persequens, missus cum legionibus, ut hostes rebellantes prædamq́ue agentes, reprimeret, prælio etiam prouocatus, ignauia se continens in castris uti obsessus, causam dedit ut dictator crearetur Quint. Cincinnatus, ciuis, pauper, sed

dux acer & clarus, qui lectis alijs legionibus in hostes quamprimũ duxit in Algidium, prælium intrauit, hostes fudit, se dedentes accepit, sub iugum misit cum C. Clelio eorum duce, prædam ęgit cum suis, excluso Minutio cum suis legionibus tunc liberatis, legiones suas uictor reduxit, Minutium Consulatu priuauit, & legatum agere iussit, dictaturam post actum de hostibus triumphum statim deposuit, & agros eius colẽdos unde recesserat reuersus est ad coniugem Raciliam. § Liu. li. 13. Valer. cap. de discipl. milit. §

5 Dionisius. 3. postremusque Siciliæ tyrannus potentissimus ob paterna scelera & etiam propria odiosus factus, regno pulsus Corinthum profugit, litteras docuit pauper, ut ex tyranno factus est ludi magister. § Valer. de sublimit. Iusti. lib. 21. in med. §

6 Antigonus Philippo tutor datus, a Macedonibus obsessus diadema proiecit alijs dandum, &c. § Iusti. lib. 28. in med. §

7 Iul. Cæsar præturam adeptus Metelli Trib. pleb. propugnator expositus, ambo ut seditiosi per senatum summoti, per arma prohibendi, abiecta prætexta & lictoribus dimissis, clam refugit domi, tantus postmodum Imperator. § Suet. in eo. car. 10. cap. cæterum. §

M. Antoninus postea Triumuir, trucidato Iul. ipso Cæsare tunc consul fugiens uestes deposuit consul. & se occultauit. § Dion. libr. 44. car. 7. §

8 Vitellius Imper. ad Bebriacum prope Cremonam Othonis ad Imperium æmuli uictor, proinde & ibidem superatus a legionibus & Vespasiani legatis transfugarũ & ducum opera desertus, quia sæuus ignauus epulis deditissimus, relicta sede Imper. per urbem exire Imperio conatus & positurus insignia domum fratris petiturus, insecutus, desertus, trucidatus. § Tacit. in eo. lib. 19. car. antep. Sueto. in eo. car. pen. cap. octauo, &c.

9 Decimus Brutus ex interfectoribus Cæsaris pluribus fultus legionibus Imperator tantus, destitutus, profugiens, mutata & ueste, captus, ad M. Antonium perductus & interfectus. § Apia. lib. 3. car. ult. §

10 Pompeius cognomento magnus in tanta ciuitate primarius, qui neminem æqualem uoluit. § ut supra cap. Qui ætate, &c. § Prælio Pharsal. fusus & fugatus, insignia detraxit Imp. familiarem induens uestem & priuatam. § Cæs. lib. 3. & alij. §

Sex. item Pompeius Magni filius post quam plura belli facinora & uictorias, bello nauali superatus ab Agrippa Octauij legato, profugus, uestem mutauit deposita Imperatoria. § Apia. lib. 5. in fin. car. 7. fin. §

11 Demetrius rex pariter, Pyrrho cedens regi, camisia succinctus, clã profugiens, Macedoniam reliquit hosti. § Plut. in Pyrrho ipso car. 3.

Lepidus

12 Lepidus ex Triumuiris cum Cæs.& Mar. Antonio in proscriptione tot ciuiū & equitum uitā impetrauit sibi per Octauium Triumuiratu abrogato, tantoque exercitu legionum uigenti Circeij relegatus in perpetuum præter cunctorum fidem ex tam sublimi fortuna desertus ab omnibus breui decidit ad uictorem profugiens seruatus, ingloriam egit uitam. § Flor.lib.120.129.Sueto.in Aug.cap.bellum Siculum, cap.in senatu.car.93. Apia. li.1.car.2.lib.4.in med.car.147.ubi de barbula.lib.5.in med.car.107.in fi.& presertim.car.6.fin.in fi.Dion.libr. 49.in prin.car.6.a ter.§

13 Octauius Tribu.pleb.eiectus clanculum aufugit Graccho collega concurrente, obseruatumque est, omnes qui abrogato magistratu collegas reiecerunt non diu superstites fuisse. § Apia.lib.1.car.5.Plutar.in Gracchis.car.3.in prin.Dion.lib.46.car.4.fin.& in Iul.Cæs.§

14 Gordianus iunior Imperio priuatus gradum aliquem exorans impetrare non ualuit, per Maximum uictorem, interfici iussus. § Capitol.in eo.car.160.a ter. §

15 Gundebaldus Burgund.de regno contendens cum fratribus Gūdemaro & Childerico, fusus prælio, depositis insignibus tunc regijs, latebras petens, profugit. § Aemil.in Clodoueo rege.5.car.15.a ter.§ Et iterum, § ubi supra.car.22.ante, Blon.libr. 3. histor.in fin. car.2. in princip. §

16 Childericus primus Franco. rex. ob adulteria per coniuratos eiectus in fugam consenuit in exilium. §Aemil.in eo.car.14.in princip. lib.primo. §

17 Childericus.3.rex.21.regno Franc.priuatus ut socors, Pipinusq; rex salutatus, monachum se fecit, anno salutis.701. §Blon.li.10.car. ult.Aemil.in Pipino rege.22.car.72.a ter.§

18 Nero Imper. Cæsarum postremus ob immanitates, sæuitiam, & propter monstruosas libidines exosus, rebellantibus exercitibus suis, destitutus ab omnibus, uenenum sumere proposuit, pugiones temptauit, fugam sumpsit, persecutus se traiecit. §Sueto.& Tacitus in eius uita.

19 Drusus Tyberij Imper.frater Claudij pater Imper. plures consecutus uictorias in Germania ex ducibus opima etiam cepit spolia, unde inuidia reuocatus, abdicatus, ueneno a Pisone sublatus. § Suet. in Claud.Dion.lib.55.car.1. §

20 Ventidius puer in triumphum ductus per Pompeium Strabo. Magni patrem Mar. Antonij Triumuiri legatus cōstitutus, Pacoro interfecto Parthos tribus prælijs continuis superauit, triumphum duxit, prætor & consul eodem anno creatus quod rarum fuit, superueniens Antonius, inuidia percitus, insimulatum deposuit. § Valer. cap. de subli-

mit.Gel.libr.15.cap.4. Apia. libr.Parth. car.7.fin. Plutar.in M. Antonio ipso.in med. Dion.lib.43.car.ult.lib.49.in med.car.274.eius. 10.

Cornel.item Balbus Gaditanus opibus ditissimus. Dion.li. 48. car. 254.Plin.lib.5.cap.5.lib.7. cap. 43. § Triumpho præclare gesto depositus quia non ciuis,&c. § Et in uer.consules.nu.27.§

21 Corbulo Domitius prætor, hostibus in Hispania superatis, deuicta & Armenia, triumpho ducto, ex inuidia etiam per Neronem Imp. depositus fuit,pulsus,reuocatus,& interfici iussus. § Dion. libr. ulti. car.antepenul.Tacit.lib.13.in prin.car.2.a terg.& seq. lib.11.car.3.§

22 M. Perpenna Cons. constitutus antequam ciuis Aristonicum fusum prælio cepit,Crassum uindicauit Parthis prælio præsis,triumphauit,lege Papia damnatus,quia non ciuis in patriam suam pulsus, gloriã prius adeptam obumbrauit. § Valer.cap. Qui humili loco.car. 64.& in uer.Consul alibi.nu.27. §

23 Macrinus Imper. acie fusus in Syria per Antonium ne captiuus ageretur,stante adhuc acie clamidem sibi detraxit Imperialem, in fugã lapsus,detonsa barba ne agnosceretur. § Herodia.in eo.li.5. car.eius 1.Capit.in eius uita car. 93. §

24 Vetranius Augustalem adeptus dignitatem,a Constantino æmulo Imperat.coactus est ad exuenda insignia consensu militum. § Eutrop.in Constantino car.83. §

25 Valentinianus Imperat.pulso & interfecto fratre Gratiano Imp. per Maximum pulsus profugit,&c. § Diaco.in Gratiano.in fi.Blon. lib.1.car.5. §

26 Maximus item de quo supra Imper. purpura exutus, in Hispania exulans obijt. § lib.4.in prin. §

27 Sex.Pompeius Magni filius post quam plura præclara belli facinora cognita militum defectione ad Octauium hostem,Imperatoriam mutauit uestem,priuatam induens, iterum desti tutus etiam ab amicis, fugiens captus,& interfectus. § Apia.lib.5.cap.7.fin.a ter.car. ultima, ibidem. §

28 Michael Nicephoro a Bulgaris prælio superato & interfecto,sibi socero.Item & Stau ratio ei us sororio imperium Constantinopol.inuasit,a prædictis prælio fusus,an imum despondens, imperio se abdicauit, purpuramque deposuit,Leo suffectus. § Blon.lib.12.car.2.in fi. §

29 Theodoricus Clotarij regis fil.ob superbiam exosus factus,depositis regalibus insignibus,in cænobium ablegatus,tonsa coma, suffectus est & Childericus in regem. § Aemil.in eo.car.51.a terg.in Theodorico.1.rege 14.§

30 Iulianus post Pertinacem Imp.dictus, ijsdem seditionibus destitu

tus,

tus,authoritate ſenatus,imperio abrogatus,eiurare imperium & Seuero cedere coactus. § Spartia.in eo.car.ult.24.a ter.Herodi.lib.2.car.an tep.lib.3.car.6.§

31 Carolo item Craſſo cognomento Ludouici filio,poſt Balbum ab rogatum imperium ut inutili. Odo ſuffectus in regno, Aquitania ſibi permiſſa,regno abſtinere iuſſus. § Aemil.ubi ſupra.in Odo.car.124. Blon.lib.12.in med.§

32 Carolus cognomento ſimplex Auguſtus creatus puer, ſubinde & deiectus,Rodulfo imperium cedere,quinimo dare dono coactus in con cilio. § Blon.lib.12.in med.car.6.76.ante.Aemil. in Carolo rege 30. car.130.§

33 Tigranes Armeniæ rex tantus, bello præſſus a Pompeio candidã faſciam abijciens (inſigne regni & diadema) fælicißime regnum depoſuit,&c. § Plut.lib.2.de fort.Alex.car.eius 4.73.in fi.§

34 Domitius Aenobarbus pompeianæ factionis conſ.in Cæſarem ad Corfinium bello præſſus, proiectis faſcibus & imperio depoſito priuatus,captus,alienam peruenit in poteſtatem. § Cæſ.libr.1. ciuil.car.6. lib.2.car.11.in oratione Curionis.§

35 Darius Aſiæ rex prælio fuſus per Alex.Mag. & in fuga actus, inſignibus & imperij ne fugam proderent in decore abiectis,in abditos receſſus ſe proripuit. § Curt.lib.3.in fi.car.12.a ter.§

36 Strato Sidoniæ rex per Darium conſtitutus regno,indignus uiſus, & abrogatus,Abdolomiusque per Alex.Mag.ſubrogatus. § Curt.ubi ſupra.car.17.a ter.§

37 Licinius Imp.45.litteratorũ hoſtis, Chriſtianos uexans bello perſecutus, prælio ſuperatus, imperio abrogatus, purpura & inſignibus Theſſalonic.ablegatus,ut priuatus conſeneſceret. §Pompo.Let.libr. 2.car.22.§

38 Ludouicus primus Franc.rex.24.cognomento Pius, Caroli Magni filius, Lugdon. concilio abrogatus imperio, monachum ſe conſtituit, adnitente eius filio,procerũ inſtantia proinde reſtitutus eſt ad imperium. § Aemil.in eo.car.107.116.in prin.Petr.in Adriano pontif. Egnat.car.45.§

39 Antemius, depoſitis imperij inſignibus, uitæ ſe reſtituit priuatæ, ſed ad molem Adriani certamine inito,ſuperato Gilimere,uictor Richimer,ſocerum Antemium lacerari iuſsit. § Blon.lib. 2.car.ult.ex Diaco.in Leone Auguſto.§

40 Auguſtulus Imp.oppugnatus per Odoacrum regem Herulorum & Turlingorum,perterritus,ſponte purpuram abijciens,imperialem depoſuit Romanam maieſtatem, quæ in ipſo defecit,anno Chriſti.1230.

§ Diaco.in ipso.lib.16.car.3.Blon.lib.2.in fi.car.13.in prin.§
41 Maximinus Imper.occiso per fraudem Alex.Seuero Imper.optimo,imperium usurpans,crudelitatibus sæuiens,moribus acerbus,omnibus inuisus,imperio priuatus,a senatu hostis iudicatus, urbem obsidens Aquileiam,a militibus proprijs etiam interfectus. §Capitol.in eius uita.car.ult. §
42 Mathæus Viceco. Mediolani tyrãnus,ab ecclesiasticis pressus,imperio cedere coactus,Galeatium instituit, cui uices cessit administrationis,&c. § Corius in eo.lib.3. §
43 Alfonsus Neapolit.rex Carolum.8.regem Franc.cum ualido exercitu aduentantem expectare desperans,a Ludouico Moro Mediola.duce accitum,Ferdinando filio regnum cessit, in Siciliamque adnauigans priuatus, odio laborans, quod ciues inclementius habuerit. § Ioui. lib.2.histor.in med.car.49.Colenut.li.pen.Cori.lib.ult.car.478.ante.
44 Anastasius Imper. electus per Theodosium imperij æmulum acie superatus,purpuram deposuit,superuixit & priuatus. § Blon. lib.10. car.4.ante. §
45 Adulphus Cæs. Nasciæ Comes per electores creatus,a Francis & Anglis ex causa oppugnatus, & de non seruata fide damnatus, imperio abrogatus, Albertus Austriæ dux Cæsar suffectus est. § Amil.in Phil. 4.Pulchro rege.45.car.349.§
46 Lodouicus Bauarus dux uel Batauorum,concurrens in Cæsarem, utrunque electum,prælio consobrinum superauit, cepitque, unde Augustum agens,elatus,vicecomitum factionem fouens,a pontifice excõmunicatus, ignominia tandem grauis propter extorsiones inuisus, depositus(etiam prius coronatus)in Germaniam redijt infamis, suffectus Ioannes Boemus. § Blon.lib.2.de Ital.illustr.car.125.lib.19.histor. car.med.car.antepen.in fi.Aemil.in Phil.6.rege 49.car.394.§
47 Vencislaus Imper.Caroli fil.per ignauiam plura permisit, Ducatum Mediolan.alienauit in Vicecomitem,quẽ instituit,opera Sigismũdi fratris,dignitate & purpura priuatus fuit, Robertusque illi Bauarus suffectus. § Blon. li. 20.car.pen.in fi.Egnat.in eo.car. 55.Cori.lib.4. in prin.car.282.Aemil.lib.10.car.449.in Carolo.6.rege.52.§
48 Baiasith Imper. Turcarum per Selymum filium imperio exturbatus,opera Ianizerorum cum adorauit, uitæ cessurus priuatæ, quod sibi non licuit interfecto.&c. § Cambi.in eo.car. 55. Egnat. in Imperat. Iouius in Baiasith.2.car.ult. §
49 Petrus Thares,natione Gothicus, rex constitutus, ob eius superbiam & insolentiã depositus fuit, & Rammirus monachus & naturalis constitutus Arago. rex primus, qui post & regnum deposuit. § Colenut.

lenut.libr.primo,in fi.car.27. §

50 Nicephorus cognomento Buchamer, deturbato Michaele Constantini filio,de quo supra,Constantinop.Imperat.cum tribus eius filijs imperiũ ĩuasit,& usurpauit, bello aggressus a Roberto Guiscardo Normannorum duce acerrimo, Michaeli opem ferente cognomento Dioclizi,Alexiũ Mega sibi fidissimum reputans,auri uim dedit ad arcessenda auxilia etiam ex Saracenis,Turchis, ac Aegyptijs, quibus conductis nomine proprio ipsum Nicephorum imperio deiecit, urbemque Constantinopol.triduo spoliandam permisit. Nicæphorus usurpato priuatus imperio, in templo Sophiæ profugiens ægre impetrauit in monachum se tonsurari,uitam implorans. § Blon.lib.13.in med.car. 8. uel 86.87.ante. §

51 Iacobus Marchiæ princeps Ioannæ secund.Neapolit.reginæ maritus,uariata fortuna in regendo regno Neapol.exclusus, in Franciam regressus,Heremitorium ingressus est. § Blon.lib.21.car.ult.in princi. Colenut.lib.5.car.160. §

52 Radagasus Gothorum rex cum 200.millia militum prouincias sũ bijciens,uastans,deprędans,in fessulanis montibus Romam properans, compulsus inops,uictus,abiectis regijs insignibus,fugiens, agnitus,interceptus & interfectus per Stiliconem ducem. § Blon.libr.1.histor. car.3.ex Diaco.lib.13.car.92.Aemil.lib.1.car.10.in Clod.rege Franc.

53 Conradinus regem agens, acie superatus a Carolo primo Siciliæ rege,post & Neapol.etiam regni,detractis regijs insignibus,Calonis habitu sumpto,fugiens,agnitus,captus,capite priuatus,ad Taiacozzo,ubi iam & consecutus,captus,& interfectus legitur Cicero, pater eloquentiæ. § Platina in Clem.pontif.Blon.lib.de Ital.illustr.car.97. Aemil. in Ludouico 9.rege 43.car.315.Cori.car.127.Colenut. late libr. 4.in fi.car.119.123.Machia.lib.1.histor.car.18.a ter.Leand.car.120. 167. de Talia Cozzo. §

54 Ferdinandus Gonzalus alias Cõsaluus,patria Cordubensis cognomento Magnus capitaneus,quia omnes ætatis illius duces in rebell. superauit,plura ædidit facinora,in bello præsertim aduersus Saracenos in Hispan. ulteri. in Italiam peruentus, plures in Francos est consecutus uictorias,Federici Arago.regis Legatus,quibus cladem intulit claram, ad Cirignolam & ad Gaietam.Valentinum cepit ducem pontif.filium, inuidia pressus,in Hispaniam reuocatus,depositus consenuit, magnifice tamen moriens tumulatus,magnisque honoribus prosecutus. § Ioui.lib.2.car.57.lib.3.histor.car.84.libr.8. in med.car.156.libr.16.car. 340.Guizar.lib.2.in med.car.112.lib.5.car.ult.li.6.car.310.324.326. 347.lib.12.car.175.lib.7.in med.car.372.eius gęsta.Geu.lib.1.episto.

car.

car.99.Ponta.lib.de fort.in princ.car.264.Machia. libr. discurs.1.cap. 29.Cori.lib.7.car.484.Arnal.li.2.car.51.52.& infra.cap.hostes acerr. cap.de Maiestate.supra. §

55 Anneus Memorātius Francisci Frāc.regis generalis magister equitum gratissimus,munera milit.diligenter obibat,egregie peritus, consiliorum quoruncunque regis conscius, propter parum sincere fidem seruatam suspectus,inquisitus,conuictus,clementer punitus,officio priuatus, permissis sibi bonis a rege, centella in uilla perpetuo relegatus. § Ioui.lib.35.in med.car.667.lib.41.car.2. §

56 Aristobolus uirilitate præstans,Alexandræ filius, Hircanum fratrem regem creatum subegit, & deturbauit, reconciliati permutarunt statum,Hircanus ex rege priuatus, Aristobolus ex priuato rex constitutus. § Iosep.lib.1.belli Iud.cap. 11.in fi. §

57 Narses Eunuchus Iustiniani Imper. Legatus, in Italiam Belisario per inuidiam suffectus in Ostrogothos Italiam euertentes,optimus uir in aula Imper.primarius,ad omnia officij munera promptus,militia clarus,religione pius & beneficus liberalisque,Longobardos in Italiam socios duxit, Totilam Gothorum regem præstantissimum prælio interfecit,Theiam regem suffectum,Gothis biduano superauit prælio, Vuidinem eorum ducem cepit.Defuncto Iustiniano Imper.per Iustinum successorem in Imperio, hortante Sophia uxore in eum irritata reuocatus, & sibi successor Longinus datus , iniuria uerborum grauiter lacessitus,Longobardos in Italiæ pernitiem acciuit,&c. § Blon.li.7. in medio.Aemil.car.30.in Clotario rege 7. §

58 Christophorus pontif. 121. pontificatum pridem usurpatum deponere coactus, se monachum fecit & constituit anno Christi. 906.

59 Ioannes.13.nu.133.sceleratam eius uitam castigare non curans, negligensque,fugam cepit,in siluis uiuens ibidem decessit, uel ut alij in adulterio trucidatus. § Blon.lib.12.car.ult.lib.13.in prin. §

60 Benedictus decimus pontif.nu. 160. pontificem agens, concilio indicto,Nicolao.2.instituto canonice & religiose,depositus,amictu pōtificio abiecto,Velitras remeauit priuatus. §Blon.li.13.car.5.in prin.

61 Benedictus quintus pontif. 134. pontificatum inuasit per Othonē tunc Imp.relegatus decessit,male partum pontificatum male amisit.

62 Bonifacius septimus,nume. 139.urbe eiectus Constantinopolim cum prætiosis subtractis profugit.

63 Ioannes quintusdecimus,num. 141. carceratus, pedore & inedia uitam turpiter actam,turpiter finire coactus.

64 Ioannes.24.pontif.Baldassar Cossa.num.213. per concilium Cōstantiens.coactus,depositus profugit,captus,carceri datus,liberatus ani

mo

mo sedato Martinum quintum pontif. legalem salutauit constantiss. ut legitimum, unde Cardinalis constitutus est.
65 Gregorius. 12. Angelus Corrarius pontif. Venet. 210. imprudenter creatus. 1406. abrogatus in concilio etiam Constant. scisma compositum. 1414. § & Plat. Aemil. in Carolo v. rege. 52. car. 452. Cori. c. 303. 309. §

## QVI IMPERATORES VEL DVCTORES exercituum (è contra) corpore defectiui Illustres tamen fuere hostibus formidabiles, & bellatores acerrimi.



QVAMVIS defectus ipsi non parum authoritati soleant detrahere, & contemptibiles apparere, non tamen deformitate corporis fædari animum, sed pulchritudine animi corpus ornari refert Sen. § epis. 67. Claranum, &c. in prin. § Hos Mirones appellari dicit Cælius § lib. 3. cap. 31. in fi. §

1 Philippus Macedo. rex Alex. Magni pater oculo erat erutus & manu crureque oblæsis, talis tamen tantusque bellator, qui regnum quam maxime creuit & auxit. § Plutar. in Sertor. in prin. Iusti. li. 7. in fi. Gel. lib. 2. cap. 27. §

2 Sertorius, de quo etiam Plutar. in eo, cominus faciem suam ostendebat, effossus oculo, quo dehonestamento corporis lætabatur & maxime. § Gel. ubi supra. §

3 Antigonus rex humilis erat staturæ, naso colliso. § Plutar. in eius uita, Sen. lib. 3. de Ira. car. 133. ante. §

4 Annibal monoculus fuit, bellator tantus, non etiam orator. § Plutar. in eo. Liu. lib. 22. car. 94. §

5 Iulianus Imper. Aug. prestantissimus bello & pace (nisi Christianis aduersans) statura exigua & gracili fuit. § Pompo. Let. in eius uita. §

6 Iuuianus itē successor, quia incuruus & deformis lectus lachrimas profuderunt ominantes, &c. § ubi supra. car. 27. §

7 Fridericus Vrbinas altero captus oculo, etiam in seipsum iocabatur. § Ponta. lib. 2. de fortit. car. 80. ante. cap. de cæcitate. §

8 Fab. Rutilianus filio Gurgiti legatus ad bellum difficile ultimę senectutis, lectuli ocio habilior, profectus legitur. § Valer. cap. de parent. amore. §

9 Petrus pariter Lauredanus, uir clarissimus inter Venetorum clarissimos senio confectus, publicas deponens causas & magistratus, Brixia a Philippensibus pressa, Frācisco Barbaro acerrimo defensore, quā pluribus

ribus oppidis per Nicolaum Picininum pro Philippo duce tunc occupatis, requirente necessitate publ. nauale Imperium sibi oblatum libens accepit, & infra. 40. diē naues armauit centū sexaginta quatuor, in pado rem gesturus, in principem Mantuanum & Mediol. Philippum, senium patriæ donaturus, multa in bello gessit egregia. § Blon. li. 29. car. 2.

10 Camillus post quamplures dictaturas, & patriam Celtico bello liberatam Prænestinos pop. Volscosque uictores, Furio superato, acie superauit, decrepitus, mala pressus ualitudine, toro prosiliens, ex uictis hostibus spolia detulit. § Plutar. in uita Camil. car. pen. in fi. §

11 Scipio Corn. in Hispanis aduersus Pęnos confligens uictoriam obtinuit, uulnusque certans excepit, tragula confixus ad Mundam postridie confligens etiam lecticula in aciem illatus hostes fudit iterū. § Liui. lib. 24. car. pen. §

12 Asineus cum fratrem Anileo nauicularij Iudæorum iniurijs prouocati, defecerunt, coactis amicis & seditiosis iuuenibus latrocinantes prouincias uastabant, omnibus formidolosi adeo, ut Artabanus Parthorum Imper. tutius esse conduxerit eos in amicos conciliare pacifice, fide ergo ipsis data requisiuit, Asineumque ipsum in amicum familiarem & præfectum regionum constituit, admiratus uirtutem tantam in homine pusillo, quod & contemptui conspicientibus quibusque apparebat, &c. dicens eius animam corpore maiorem esse. § Iosep. lib. 18. antiquit. cap. ultimo car. pen. §

13 Epitectus eminens fuit philosophus, de quo Gel. § libr. 2. cap. 18. in fi. Quamuis etiam seruus, de quo epitaphium habetur.

Seruus Epictetus fueram, qui corpore mancus,
Pauperie pressus carus eram superis.

14 Petrus Heremita, de quo Aemil. § lib. 4. car. 2. in Phil. 1. rege. 38. § Acri quidem ingenio, indecora specie, breui statura, facie inliberali, omnia circuiuit lustrauitque, mores, urbes, animos, & uires cognouit.

15 Corbana etiam corpore exiguus erat, ingenti tamen spiritu. Aemil. § ubi supra. car. 181. a ter. §

16 Caracax nobilissimus, prudētissimus, &c. aspectu despicabilis erat (Mirones dicuntur tales) cuius tamen consilio usus Saladinus Imper. & pusillus cum execratione prouocatus, aperuit modum consequendæ uictoriæ in Saracenos & Sultanum per Christian. exercitum ibidem belligerantem. § Aemil. lib. 6. car. 250. a ter. in Phil. 2. rege. 41. §

17 Agesilaus erat pede claudus, corporis exigui. § Iusti. libr. 6. in prin. Probus in eo. ad Plutar. §

18 Philopomenes deformis corpore, & sine uentre, ætate illa tamen dux

dux maximus,prudentifsimus,exercitatifsimus. § Plutar. in eius uita in prin. & in apophtheg.car.144.in Quintio.Ponta.lib.6.de femo.car. eius.3. Paufan.lib.8.car.334.in med. §

19 Cirtheus poeta claudus, tunc requirentibus Spartanis, ductus in ducem per Athenienfes aduerfus Parthenios & Meffenios in ludibriũ, tribus prælijs fuperarunt, carminibus hortatus ad prælium milites. § Iufti.lib.3. §

20 Carolus 2., Neapolit. rex intorto fuit corpore, & claudus pede. § Colenut.lib.5.car.133.in fin.§

21 Carolus octauus Francorum rex qui regnum occupauit Neapoli. claudus pufillusque fuit, & detorto corpore, fædo, oris & corporis deformitate. § Ponta.lib.2.de fortit.car.eius pen.lib.de mag.car.230. in prin.Ioui.lib.2.in fi.car.69.in fi.Guizard.lib.1.car.44.§

22 Nicolaus Picininus quamuis contracto magna ex parte corpore, non tamen minus prudenter & laboriofe bella etiam difficilia Imperatorie pertractabat. § Ponta.lib.5.de fermo.car.239.li. 2. de fortitu. in med.car.80.cap.de cecitate. §

23 Tamburlanus uel Themirlang pede claudus erat, urbium tamen & orbis terror,& pernities, potentifsimus,feuerifsimus. § Colen.li. 1.in fi.Aemil.in Carolo 6.rege.52.car.448. anno Chrifti 1400. Ioui. lib.14.car.7.fin. §

25 Anto. Leua priuatus pedes, fub Manuelo primum, poftmodum præclari noftri temporis ductor, Caroli quinti Imperat.legatus, in bello Italico,ultimo tempore,omnibus captus membris,elatus cathedra, munia obibat Imperat.diligentifsime, quampluresque de hoftibus eft confecutus uictorias,defecto corpore,nifi animo ualens militare. § Ioui.lib.26.car.pen.lib.27.in med.car.200.& pluribi.Geu.li.2.cap. 373. Pet.Areti.in fua epift. ad ipfum Leuam car.27.in fi. §

26 Iofelinus Elledanus comes,fummus bello dux,ueteranusque Imperator,æger iacens,imminente Turcarum ualidifsimo exercitu,Iofelino filio contra prælio decertare non audente,in tantum hoftem fenex, ęger,lectica latus,aciem inftruxit,milites hortatus eft,ut de uictoria nõ fuit dubitandum,hoftis propterea Iuuenem certaturum credens,uictoriam exploratam reputans, decertare non aufus fene contra ftante, & audacter nitente difcefsit. § Aemil. in Ludou. 7.rege 40. car. 225. in princip. §

QVI

QVI EXERCITVVM IMPERATORES, ETIAM bellis clari, prælio uictores, cogente fortuna a superatis trucidati ceciderunt, uel proxime defuncti, & ut in prouerb. flet uictus, uictor interijt, & uictoria pernitiosa. Victum sępe fortuna erigit, affligitq; uictorem. § Liu. lib. 28. car. 5. in prin. §

1 AENEAS in Italiam peruentus Troia profugus in Turnum regem Ruthul. inuectus, re uxoria deturbatum, bello superatum, iterato prælio cum suis Latinis, hostes fudit etiam, certans tamen cecidit, translatusque in Diuos per angelos lucifereos. § Liu. lib. 1. in prin. §

2 Epaminundas Theban. dux Lacedæmones aggressus hostes, apud Mantineam & Leuthram pridem uictos, iterum acie superauit uir optimus, philosophus eminens, de quo supra § cap. Qui ætate, &c. § Sparo traiectus occubuit obseruato & conseruato eius scuto, & osculato uti laborum & gloriæ socio, quem amisisse nephas erat. § ut alibi annotauimus. Iusti. libr. 6. in fi. Valer. cap. de fortit. Probus ad Plutar. in eius uita. §

3 Codrus Athenienſ. rex aduersus Dorienses, cognito Dei responso, ut uictoriam patriæ quæreret, eius etiam morte, pannosus, mutato habitu, in acie se interfici curauit. § Iusti. lib. 2. in med. Valer. cap. de pieta. in patriam. §

4 P. Decius Mus Conſ. in pręlio aduersus Latinos ad Veserim conserto, dubiaque uictoria, cinctu gabino armatus, in medios profectus hostes, consecuta morte, uictoriam suis peperit. § Liu. lib. 8. car. 3. Valer. ubi supra li. 10. car. 1. in fi. de Decio Mure. Plin. lib. 22. cap. 5. de ipso Decio. §

5 P. Decius fil. Conſ. etiam in bello aduersus Gallos, Vmbros, Ethruscos, & Samnites simul iunctos, prælio item dubio, M. Liuio pontifice accito, deuouens sese, ut pater pridem, in cōfertissimam Gallorum aciē inuectus, equo acerrime dimicans, interfectus, uictoriam consecutus est de hostibus, quorum ad 24. mill. cæsi dicuntur. § Liui. libr. 10. in med. car. 5. a ter. §

6 Demetrius rex cum Antigono patre, regnis pluribus bello occupatis, reges plures inuidia & iniurijs excitos prouocauit, unde parati exercitus utrinque. 80. mill. militum, cum elephātorū numero & curribus, prælio conserto, Antiochum regem Seleuci filium fudit, fugauitque, ultra decens autem temerarie uictoriam immoderate persequēs eam amisit omnino. Nam Seleucus rex alter hostium, nudata præsidio Phalange hostili, Antigonum circumuentum fudit & interemit, superatique reges

reges uictoriam consecuti,omnia inter se diuiserunt regna, Demetrio fugato & excluso. § Plutar.in uita Demet.in med. car.6.a terg. §

Euphranor Rhodius classis præfectus, Cæsaris legatus,in regẽ Ptolemeum in Aegypto plures pridem in hostes consecutus uictorias, ad Canopum cõfligens,trireme hostili perforata,& demersa,proximam lõgius insecutus, circũuentus solus cum sua uictrice quadriremi perijt. Cęs. § lib.Alex.per Hirtium.car.406. §

7 Theodoricus Gothorum rex Aetij legati Imperat.ad campos Catalaunios ad Tolossam Vasconiæ,in prælio socius,cum ualido exercitu confligens, aduersus Athilam Hunnorum regem potentissimum quẽ prælio superauit,cęsis hostium.130.mill.uictoriam consequens,Ardarico & Valamire Athilæ ipsius socijs etiam regibus,cũ quingentis mill. militum, ubi cæsa utrinque ultra. 180. millia militum cum ipso Theodorico rege. Vnde Athila rex superatus recessit ut uictus, reparatoque exercitu plures euertit ciuitates & in Italia. §Pau.Diaco. li.15.a quo Blond.lib.2.car.9.Aemil.lib.1.car. 12. §

8 Callicratidas Nauarcus Spartiatum, Lysandro suffectus ad Arginussas confligens,ex sacrificijs perspiciens, morte Imperatoris uictoriã portendi,libens accepit,Clearchoque sibi duce declarato in hostes congressus,fortiter pugnans occubuit,uictorque decessit. § Plutar. in apophtheg.in ipso Calicrat.car.165.a terg. Aliter Plut. ipse in Lysandri uita.car.1.in fi. §

9 Q.Petilius Cõs. in Ligures cum legionibus profectus,lethi iugum capturus, missilibus traiectus cecidit, Ligurum quinque millia occisa; cæteri deturbati & iugo detrusi. § Liui.li.41.in med.car.415.in prin.

10 Ademarus sub Carolo Mag. Franc. Imper. cum Genuensibus aduersus Saracenos Hispanicos uictoria consecuta in uictos acrius instãs, interfectus cecidit. § Blon.lib.1.histor.car.ult. Aemil. in Car. Mag. rege.23.car.106. §

11 Aul.Gabinus, de quo Flor.ad Liuium. libr.76. multis oppidis ex Lucanorum populis expugnatis,hostilia obsidens castra, cecidit.

12 Henricus.3.Imperat.Rom. in Rodulphum Saxon. regem continuis prælijs tribus confligens acerrime, quarto superatus prælio,Henricus fugam arripuit,ut per dies aliquot delituerit.Rodulphus uictor,accepto imprudenter uulnere,uictor perijt. §Blon.libr.13.in med.car. 87.a terg. §

13 Petrus Roberti fil.Druidum comes,sacerdotio remisso,uxore ducta,Roberto fratre auxiliante,rem Britãnicam tutaturus,Anglos hostes sibi obuios prælio fudit,& fugauit, incautius persequens,captus,abductus. § Aemil.in Phil.secun.rege.41.car.274. in prin. §

Pyrrhus

14 Pyrrhus Epirot. rex uehemẽs & acer, Argos ciuitatem oppugnãs, ab Antigono defensam, uictor urbem intrans, acriter certans, tegula per mulierem iacta in caput, uictor oppressus, interijt, capiteque priuatus a uicto. § Iusti. lib. 25. Plut. in eius uita in fi. Valer. cap. de humanit. in Antigono. §

15 Hircius cum Pansa cons. ad Mutinam aduersus Mar. Antonium & Octauium confligens acie, uictoria consecuta, uulneratus cecidit. § Apia. lib. 3. in med. car. 120. 121. Tul. in epist. ad Brutum. Nostræ res, &c. car. 537. §

16 Catinius prætor aduersus Lusitanos certans, eos fudit, fugauit, & castris exuit, Hastam oppidum expugnauit, uulnere accepto moritur. § Liui. lib. 39. car. 3. a ter. §

17 Philopomænes Achæorum prætor, dux acerrimus, in prælio exercitatissimus, pluribus uictorijs clarus, Coroneam occupare nixus, bello superior, prolapso equo, septuagenarius morbo grauatus, casu pressus, captus, abductus, ueneno sublatus est, quo anno perijt & Annibal & Scipio. § Liu. li. 39. car. pen. a ter. §

18 Abdamelech excluso Amida Tunetis rege, qui patrem Muleassẽ hodie regno & oculis priuarat, omnium filiorum patris interfectorem, Sehitem puerum custodiæ tradidit, regnum occupauit Tunetanum in Numidia. 36. imperij die, letali morbo grauatus, uita excessit, & regio funere elatus est. § Ioui. lib. 44. in med. car. 527. §

19 Landa Gallus præstans propugnatorum dux, in Sandesirio aduersus Cæsarianos oppugnantes, magna ædita cæde repulit. vnde laudem consecutus est maximam anno. 1544. Tormento tamen sublatus est. § Ioui. lib. 45. in fi. car. 598. §

20 Clodomir ex regibus Franc. Childeberti filijs cum copijs in Gondemarum Burgund. regem ducens, prælio conserto, urgens hostes fugatos, suffossus cecidit. § Blond. lib. 4. car. 4. a terg. Aemil. in Childeb. rege 6. car. 25. §

21 Thellus inter felicissimos Athenis habitus, & a Solone philosopho reputatus, quia præsertim dux in prælio ad Eleusinam conserto, fusis hostibus uictoriam obtinuit & occubuit. Ibique sepultus est summis cumulatus per Athenienses honoribus. § not. Herodo. lib. 1. cap. 3. §

22 Ad Cresciacum Philippus rex Valesi. Franc. 49. in Anglos, Eduardumque eorum regem certans, maximis utrinq; uiribus dubio diu marte, anno. 1346. superatus est. Eduardus rex uictor, certans, occubuit. § Aemil. lib. 9. in Phil. 6. rege. car. 396. Cori. lib. 3. car. 221. §

23 Bertoaldus magister milit. regis Theodoberti in Clotarium regẽ ad Stampas fortissime dimicans occubuit. Vnde irritati milites in acie,

uictoriam

uictoriam hosti prope uictori eripuit. § Aemil.lib.1.car. 43.in Clotario.2.rege.10. §
24 Ferdinandus Neapolit.rex Alfonsi fil.bello gall.per Carolum Octauum Franc.regem.1494. regno profugus,plura passus, uictor denique,pulsis Franchis Neapolim redux, nouæ uxori nimium incumbens, morbo oppressus interijt,regnumque recuperatum consecuturus anno ætatis suæ. 29.uictorias possidere non ualuit. § Ioui.libr.4.car. 139. Guizar.lib.3.in med.car.160.Cori.lib.7.in med.car.486. Arnol. li.2. car.6. uel 31.35.§
25 Haly Bassà Baiazetis Turcarum regis legatus, aduersus Techellē, qui ex heremita suæ legis,bello plures consecutus est uictorias. Vnde factus imperator & ipse,ad Anciram conserto prælio uictor, ad Olygā interfectus est. § Ioui.lib.13.in med.car.248.& in Baiaz.uita.car.4.
26 Sinam Bassà atrocissimo prælio inter Selymum Turcarum Impe. & Tomumbeium Sultanum ultimum eorum Imp. ad Rhodanium dubia tuncusque uictoria,prælium intrans,ferocissime aciem inclinantem reparauit,hostem premens, egregie ante alios pugnans obtrūcatus est. § Ioui.lib.17.histor.car.pen.a ter.§
27 Siccus ductor Florent. Buttum oppidum oppugnare pergens cū copijs ad verunculam prælio commisso, Manfronus uulneratus profugit,Siccus uictor glande plumbea traiectus concidit. § Ioui.lib.3.in med.car.111.in fi.Guizar.lib.3.in med.car. 164. §
28 Magalanes Lusitanus, quartus Indicarum rerum & noui orbis indagator,Oceanum ambiens mare, Pariam terram cum pluribus regnis auro & lapidibus & aromatibus pretiosis refertas aperuit in notitiam, & giganteam gentem,digrediens uictor Borna in insula captus & interfectus. § Ioui.lib.34.car.pen.Ioannes Leo histor.lib.2. cap. 94. §
29 Borbonius Romam oppugnandam profectus cum exercitu,Clemente sept.pontif.propugnante & se defendente, scalis admotis cepit, glande plumbea tormento excussa interijt. § Ioui. lib.24. car. ult. §
30 Aynauolebanus Heluetiorum dux peritissimus, hostium perfregit aciem Germanorum,ut celebri sit potitus ad Suaraualdum uictoria hostem acrius urgens uictor, giande plumbea caput ictus occubuit. § Ioui.lib.7.in prin. §
31 Motinus insuper Heluet.dux impiger,ad Nouariam numerosum gallorum hostium exercitum inopinantem aggressus fudit, cecidit,uictoriam consecutus,tormento discerptus concidit. § Ioui.lib. 11.in med.car.171.Guizar.lib.11.car.110. §
32 Lutianus Auria Genuens. classis præfectus, Venetorum classem adortus ad Polam, Pisano præfecto. 1379.fusam persequens,& uicto-

tiam consecutus,lancea ictus in facie,certans cecidit. Indeque ad Iaderam clasis utraque perducta. § Blon.lib. 20. in med.car.163.§
33 Gasto fuseus uel Fois Francorum regis,ex sorore nepos, legatus, uel exercitus imperator,Mediolanum regens,pontificem Iulium secundum prælio fudit,ad Rauennam profectus conserto prælio die Pascatis 1512 aduersus Columnam & Piscarium cum Hispanis uictoriam obtinuit,recedētes fusos persequens hostes acriter pugnando circunuentus interfectus cecidit Iuuenis annorum uiginti maximę expectationis,qui plura belli facinora perpetrarat imperator. § Ioui.lib.10. car.ult.Leander.car.278.Guizar.lib.10.car.54.uolu.2.Arnol.lib.4.car.60. 63.§
34 Aurantius dux egregius in pugna ad oppidum San.Marcellum ditionis Florent.aduersus Ferrucium propugnatorem uictor, glande plūbea traiectus,equo deiectus perijt. § Ioui.lib.29.car.343. 346. §
35 Augustinus Fliscus Genuens.1547. patriam occupare intendens, & eius dominium,die primo Ianuarij re fæliciter gesta,interfecto Ioem Auria,fugato Andrea Memphit. principe ipso galeram uictor ascendere noctu properans,cadens mersus operam perdidit. § Leander libr. 1.car.18.in princ.§
36 Meto rex Tartar.in Cataoniam cū exercitu ualido profectus terra prospere tuncusque res gesserat,oppidum ex mari oppugnans,carina urinante hoste perfossa perijt,regnumque cum uita amisit. § Aemil. in Ludou.9.rege 43.car.316.§
37 Carolus Caroli Magni Imper.filius aduersus Boemos nou os hostes dimicans,dubio prælio inter ferocissimas nationes inito. Quia Lecchus hostium dux acerrimus,cum lectissimis suorum cuneo facto , perrumpere ordines hostium & dissipare nixus erat interfectus,ægre uictoriam obtinuit,clade prope pari. § Aemil.in Car.Mag. rege. 23. car. 105.a terg. §
38 Franci subinde in Saracenos certantes nauali prælio, auxiliantibus tunc Genuensibus uictoriam perceperunt, Ademaro eorum duce interfecto,dum uictor nimium instat uictis, naue ipsius intercepta, & oppressa. § Aemil.ubi supra.in Car.Mag.car. 106. §
39 Saladino tanto Imperat.in acie conferta , per crucesignatos tunc superato, Auenienſis cum Franchis & Anglis acerrime pugnans,ad urbem Antipatridam,uti dux asiduus,milesque in acie fortissimus pugnator dubio prælio fortitudinis exemplum dedit, unde certās oocubuit, quamuis non inultus, multumque ad uictoriam consequendam contulit Auenienſis ipse,quamplurima enim Saracenorum mill. trucidata traduntur. § Aemil.in Phil.2.rege.41.car.254.§
40 Orchanes Othomani primi filius, rex secundus , expugnata Busia uel

uel Prusia,in Bithinia, uulnus accepit in prælio aduersus Michaelem Paleologum Orient.Imp.ex quo perijt. § Ioui. in eius uita. §

41 Mundus Iustiniani Imp.legatus,prælio Gothis acerrimo superatis,& in fugam actis persequens,irritatus, Mauritij eius filij tunc interfecti casu circunuentus,trucidatus. § Blond.li.4.car. 2.a ter. §

42 Hieroboam Hebræorum rex,graui superauit prælio regem Abiã, uictorque fatigatus decessit. § Iosep.lib.8.antiqu. cap. 6.in fi. §

43 Iudas aduersus Antiochi regis ductores confligens, uictor agnitus,interfectus. § Iosep.lib. 1.belli Iud. cap. 2. §

43 Dragutus acerrimus pirata,post Barbarussam prædefunctum, Solymani Turc.Imp.legatus,cum classe ualida Meliteam hodie oppugnãs insulam,mense Aug.1565.ab Equitibus Rhodiensib. propugnatã,strage utrinque maxima arcem San.Hermi totius diei prælio continuo pressam, cepit, fragmento lapideo tamen excusso ex tormento discerptus, cecidit.

## QVI FORTITVDINE CORPORIS, ET FIRmitate membrorum relati habeantur,præter eos de quibus Valerius.

1 TYBERIVS Imper. Malum digito terebrabat, puerique caput Talitro percussum, uulnerabat. § Sueton. in eius uita.car.162.cap.corpore, &c. Pausan. libr.2. car. 7.in fin. Orat.oda sex.lib.4.diue quem,&c.pollicis ictum. §

2 Pyrrhus rex hostem prælio prouocatus interfecit,ictu diuisum unico,& usque ad inferiores partes corporis. § Plutar. in eius uita car. pen.a terg. §

3 Iul.Cæsar currentem reprimebat equum,replexis in tergum manibus. § Plutar.in eius uita car.3.ante. §

4 Pluto Iuuenis bello Italico solus, patrem captiuum è manibus hostium raptauit, & saluum fecit inobsessa tunc urbe. § Valer. cap. de pieta.parent. §

5 Lysimachi frater Philippus Alex. Mag. pedes comitatus est, armis grauibus armatus per sex mill. § Curt.lib.8.cap.106.eius 5.§

6 Alunius Valens centurio sub Augusto Imper.uehicula onusta diutius sustinebat, carpenta retinebat una manu,&c. §

7 Surra Io.Petrus,de quo Iouius § lib.12. histor. in med.singulari certamine septies decies prouocatus,uictoriam reportauit.

8 Sordellus Mantuanus,de quo Garimbertus § libr.ult.cap.50. § De duellis,tres & uiginti strauit hostes, tres & eodem die singulari su-

perauit certamen.
9 Seruilius uir consularis singul. certamine certans, uicies tricies hostem superauit. § Plutar.in Pauli Aemil.uita car.pen.in fi. §
10 Troilus & Paulus Molariani fratres Rom.cum equitibus.300. facta eruptione hostium, stationes turbauerunt, illæsique receperunt sese, pluribus secum pertractis hostium captiuis. § Blon.lib.21.car.antep.in prin. §
11 Numantini.4 mill. Romanorum. 40. mill. superarunt, protriuerunt pluries, per aliquot annos semper uictores. Donec Scipio arte, industria & fame pressos eos deleuit. § Eutrop.libr.4.Flo.libr. 54.55. 57.59. §
12 Ismaelitæ quamplures in acie hostium (& noningentos) interfecerunt manu propria eorum quique, Eusebius Eleazar Semeias Abysai Banaias præsertim sub rege Dauid proceres acerrimi de quibus Iosep. §li. 7.antiquit.cap.12.in fi. §
13 Dioxippus Atheniensis pugil nobil. & ob eximiam uirtutem uirium regi Alex.Mag.gratus, Horratam Macedonem prouocantem, nudus cum stipite superauit hostem armatum coram ipso Alex. §Curt. lib.9.car.6.fin. § Vt de Tritano gladiatore, qui hostem prouocatus inermis, uno superauit digito. § Plin.lib.7.cap.20.in prin. §
14 Maximinus Imper. onustam rhedam solus mouebat, equi dentes pugno soluebat, lucta septennos congressu prosternebat singulatim, tribunum prouocantē, palma percussum, reiecit supinum, &c.plura § Capit.in eius uita.car.3.uel 139. §
15 Claudij Imp.paria fortitudinis exempla refert Trebell. §car.antep.quæ & de Max.supra. §
16 Marius ex 30.tyrannis, de quibus Spartia.in eo.Carra digito repulit, fortissimos quosque uno affligebat digito.
17 Firmus etiam ex ijsdem tyrannis, incudem pectori pertulit etiam curuatus & pendēs, ut de Milone Croton. § Eras.prou.1344. § Croton.postremus.
18 Zenobia Imper. Odenati uxor, prælio strenua & miles & Imperatrix nudo certans brachio, pluribus abundauit uirtutibus, ut supra.
19 Protophanes Magnesius, eadem die proditur fuisse uictor lucta & pancratio. § refert Carda. lib.11.de subtilit.car.4.fin. §
20 Gulielmus Pusterla nob. Mediolan. de quo Corius, militarem equum currentem manibus sistebat, reprimebatque, ferrum uel soleam equinam ui etiam aperiebat manibus. Lucta quemcunque Italicum sibi congredi ausum spectante populo equo marte, prostrauit præcedenti seculo.

Scander-

21 Scanderbegus Alex. Castriotus, magni animi uir,& strenui corporis, Epirotarum princeps. anno Christi. 1450. pubescens, sub Amurathe Turca. Imper. domino, plures in hostes est consecutus uictorias sin gul. certamine. Scytham ferociẽtem nudus arcto superauit loco prouocantem, Iaiam & Zampsam Turcarum etiam audacissimos, concurrens pariter interfecit coram Imperat. Croia,& paterno principatu spoliatus per Amuratem ipsum Imperat. inuidia deturbatus, & suspicione in eius curia, ui & astu principatum recuperauit, plures Bassà cum copijs obtriuit & cecidit parua manu. Mustapham Bassà cum exercitu obuius deleuit. Venetos prælio superauit, & pace inter eos constituta ciuitate per eos donatus, Amurathem Imper. ipsum cum amplissimo exercitu audacissime expectauit, sustinuit, abire coegit, spe uictorẽ frustratum & recuperandi principatus. Iterato aduentu, cum ualidiore exercitu sustinuit etiam, quousque morbo & mærore consumptus fuerit. Alfonsum regem Neapol. bello oppressum, uictorem frequentibus prælijs in principatu restituit nudatũ, inexpectatus. Aprum & etiam bouem in agris ferocientes solus ense, quemlibet singulo diuisit ictu, simile ut de Imperat. Adriano not. Dion. § in eius uita car. 16. a ter. § Duos & enses portare solitus, brachioque decertare in prælijs nudo, ut de Zenobia habetur etiam supra. § Marinus Barlet. de eius uita, Ponta. libr. de magnanimitate 1. in med. car. 245. & lib. de bello Neapol. car. 279. §

22 Galeotus Bardaxis Catinen. ciuis giganteæ staturæ, uirium immẽsarum edebat exempla, currentem equum transuerso ligno sistebat pedes stans. § not. Marius Cronograp. car. 266. §

23 Aloysius Gonzaga Mantuæ ex proceribus cognomento Rodomontius quamplurima fortitudinis edidit exempla & facinora, Aethiopem Caroli quinti Imper. Mantuæ honoribus & iucunditatibus recepti quibuscunque, pedisequum itinerarium procerrimæ staturæ uirum, lucta insuperabilem prius, congredi secum ausum semel & iterum, pectori subleuatum, humi exanimatum proiecit, præsente Carolo ipso, cũ tot procerum cetu & pop.

24 Carolum similiter ex Franco. regibus filium Aquitaniæ regem, adolescentia, & uiribus ferocientem, periculum igitur uirium facientem, Alboinus militum fortissimus lucta congressum, incognitum, superatum, stratum deiecit, ut expirauerit. § Aemil. in Car. Caluo. rege. 25. car. 122. §

25 Brancius de Luschis nob. Vicetinus referunt antiquiores urbis nostrates, funem uehicularem nouum manibus disrumpebat, soleam & equinam ut supra, ui aperiebat manibus. Lucta quemcunque Italicum æquo marte prostrauit, ut de Pusterla supra.

26 Sostratus Pancratiates aduersarium sibi congredientem digitis eius iunctis,& pressum opprimebat,superabatq;.Leontiscus etiã eodem modo quemcunque subegit,notat Pausan. § lib.6.car.3.uel 221.27.

27 Polydamus Niciæ fil. Scotusensis Leonẽ ferocissimum oppressit inermis, Taurum pedibus captum tenuit,currentem sistebat currum, Pausan. § lib.6.in prin.car.4.ante.§

## QVI PRINCIPES IN PERNITIEM CHRIstianorum, ambitione prouocati, & iracundia pressi,ad uindictam anhelantes, Turcarum præsidium requisiuerunt.

1 ROMANVS nomine ex tutore se Imperatorem Constantinop.constituit,deturbato Constantino puero Leonis filio,uenationibus in Leones acerrimus decertator, pessimo uir ingenio. Saracenos acciuit in Calabros domandos, Apulos & Lucanos, qui totam regionem quæ iam magna Græcia uocabatur uastaret, Ioanne Decimo tunc pontifice, qui Albericum requisiuit hominem bellacissimum & præstantissimum.Is lecto ualido exercitu,conflixit,superauit,& fugauit Saracenos ipsos. § Blon.libr. 12.car.antepen.a ter. §

2 Eudo Visigothus a Carolo Martello Franc.rege prælio pressus, cũ se bello imparem reputaret, Saracenos acciuit ex Hispanijs occupatis, Abderamio eorum duce,qui tamen a Carolo prælio superatus & interfectus est,Eudone prius reconciliato. §Blon.lib.10.in med.car.61.§

3 Græci accersitis Saracenis a Constantinop.Imper.in Italiam missi aduersus Othonem secundum Occident. Imperat. conserto ad Bassentellum prælio,fusus Otho, scapham ingressus, Romam profugit,&c. § Blon.lib.13.car.3.§

4 Imperator Constantinopol. per barones & Chraiouichiũ Bulgar. principem bello pressus,Amuratis primi præsidium implorauit,Turcarum regis tertij, quo impetrato subegit hostes, Turchis uiam aperuit ad Imperij sui pernitiem. § Ioui. in eius uita. § Anno Christi domini.1363.

5 Constantinus etiã Imp.Orient.Leonis fil.Christianos sibi odiosos persequens,Abdalam Saracenorum ammiralum acciuit in auxilium, ad eos opprimendos, composita secum amicitia. § Blon. libr. 11. car. 2.a tergo. §

6 Boemundo & Rugerio fratribus bello dissidẽtibus,Roberti filijs, Rogerius,

Rogerius. 20. mill. Saracenos ex Sicilia occupata acciuit in Italiam fratrem bello impetens. &c. § Blon. lib. 13. car. antep. 85. §
7 Federicus secundus Imp. expeditionem simulans in Saracenos, cũ classe proficiscens statim redijt, propterea excommunicatus a Pontifice. Vnde Saracenos conduxit ipse, pluraque intulit mala & uastationes, Luceriam ipsis habitandam concessit, & magistratus in tota etiam Italia, & quomodocunque fouit. § Blon. lib. 17. car. 4. uel 171. Aemil. in Ludou. 9. rege. 43. car. 298. a ter. §
8 Manfredus etiam filius eius naturalis Ethruria potitus Saracenos ex Africa & Sicilia conduxit, alia belli facinora intentans. § ubi supra lib. 18. car. 50. in prin. §
9 Federicus cum Henrico fratre ab Alfonso Vlterioris Hispaniæ rege pulsi, & profugi, ad regem Franc. se recepit Henricus, Federicus Saracenos acciuit in Italiam, qui omnia latrocinijs infestarunt & uastationibus. § Blon. præd. lib. 18. in med. car. 136. a ter. §
10 Alex. Sex. Pontifi. ut Cæsarem filium naturalem Ethruriæ uel & Italiæ dominum constitueret, ueneno sublatis proceribus plurimis uel baronis, & omni insidiarum genere persecutis, nõ dubitauit Saracenos etiam ad stipendium prouocare, in principes eius hostes, per Buccicardum Genuensem eius nuntium. § Ioui. lib. 2. histor. Guizar. li. 1. car. 40. in princ. §
11 Ludouicus Sfortia, eo etiam tempore Mediol. dux cognomento Morus, quia Fuschus, Imperio perfide intercepto, nepote duce cum filijs ueneno sublatis, accersito Carolo 8. Franco. rege, ad cõsequendum regnum Neapolitanum deturbatis Aragonibus tunc regibus, uexatus & ipse a Ludou. Franc. rege Caroli successore, & profugus, Turcas exciuit, quibus nondum peruentis interceptus in Franciam captiuus pertractus, destitutus, desperatus decessit. § Ioui. lib. 6. & 7. & in uita Baiazeti 2. car. 3. eius Guizar. lib. 4. in med. car. 206. a ter. 220. Arnol. lib. 3. car. 46. in fi. Corius lib. 7. car. antep. & ult. §
12 Alfonsus tunc etiam Neapolitanorum rex bello pressus a Carolo octauo, ut supra, Franc. rege in Italiam accito per æmulos Baiazetum Imper. Turcarum, in aduersarios Christianos requisiuit, & frustra, ex quo recedere habuit necesse, redux factus obijt. § Ioui. libr. 1. car. 20. a terg. lib. 2. car. 45. Guizard. lib. 1. car. 34. in fi. car. 40. in prin. §
13 Federicus Neapolitan. rex postremus regno pulsus, ut pridem frater, & nepos, Turcica requisiuit auxilia. § Guizar. lib. 5. car. 254. 255.
14 Franciscus Marchio Mantuæ Venetijs captiuus, libertatem impetrauit, medio Baiazetis Turcarum Imperatoris utrisque tunc amici. § Guizard. lib. 9. car. 475. §

15 Franciſcus Franc. rex aduerſus Carolum quintum Imperat. Turcharum claſſem pluribus annis impetrauit a Solymano Imperat. diſpendio etiam max. Barbaroſſo legato, qui plures ualida claſſe uaſtauit prouintias, captiuis quamplurimis ſęuiſsime abductis. Vnde Gallia poſtmodum per eorum principes æmulos quam grauiſsimum paſſa eſt detrimentum. § Ioui. pluribi, & lib. 41. in med. car. 374. li. 43. car. 433. li. 44. in med. §

## QVI PERFIDIAE POENAS PERSOLVIT, præmio prius percepto ex perpetrata proditione.

1 CONSTANTINOPOLIS urbs obſeſſa & capta a Mahumeto Turc. Imperat. anno Chriſti 1453. menſe Maio, Federico tunc Rom. Imper. eius nominis tertio, qui fuit Maximiliani pater, Genuenſe eam tradēte cum promiſsione ſe in regem conſtituendi, quo ex fide obſeruato coronatus ſolenniter, die ſequenti, proditionis pœnas dedit, capite priuatus. § Faſcic. tempo. car. ult. operis in fi. §

2 Dibronſium urbe ab Othomano oppugnata, infecta per proditionem aqua reliqua, præmium conſtitutum ſibi ſolutum. 50. mill. aſprorum cum tribus prætioſis ueſtibus & uicis etiam ſibi in præmium aſsignatis, nocte inſequenti per Amurathem interfici iuſſus proditor ipſe. § Barlet. in Scanderb. lib. 5. car. pen. in prin. §

3 Seruius Sulpitius ex proſcriptis per ſeruum ſuum delatus, a perſequentibus captus, & interfectus, ſeruus conſecuto talentorum triũ præmio cum libertate ſibi etiam præſtita proditionis in dominum pęnam ſubiens, Syllæ iuſſu de Saxo Tarpeio præcipitatus. § Flor. li. 77. Plutar. in uita Syllæ. car. 2. in fi. §

4 Romilda Longob. Giſulphi uxor interfecti in foro Iulio inexpugnabili tunc oppido, fruſtra obſeſſo, ſe in uxorem obtulit cum ceſsione oppidi, Cacanno Burgund. hoſti, cuius formam appetiuerat laſciua. accepit eam cum oppido in uxorem Cacannus, nuptias ſolennes celebrauit, proditricem proinde patriæ, militibus expoſuit, ad eam ſatiandam, uiolandam, lacerandam proinde baliſtarum uerutis. § Blon. libr. 9. hiſtor. car. 2. uel 158. Cori. li. 1. car. 12. de alijs cap. de pudic. §

5 Perilaus ob fabricatum egregie Taurum æneum ad torquendos reos, & Phalaridi Agrigentin. ſæuiſsimo tyranno dono datum, arte laudata, mores puniendos cenſuit tyrannus ipſe, ut habetur expoſitum in eiuſdem epiſtola ad Athenienſes. § car. 30. Valer. cap. de crudelit. Tul. in 6. Verr. car. 212. & in Piſonem. car. 91. in fi. Plin. lib. 38. cap. 8. in fi. Plut.

fi. Plutar. in lib. paral. nu. 74. §
6 Maximinus Imper. etiam quod ſæuus & trucidarius, imperiumque malo modo conſecutus, Tyco per milites in Imperatorem lecto, purpuraque ſeditioſe ornato, ab amico noctu trucidato, cui nomen Macedonius. Is caput amici Maximino detulit, qui propterea ſibi primum gratias egit, poſt ut proditorem amici odio habitum occidit. § Capitol. in eo. car. 5. §
7 Aurelianus Imper. Heraclamonem Thianæ patriæ ſuæ quam ſibi nequiter prodidit uictor, donatum interfecit. § Vopiſ. in Aurel. Imp. car. 196. §
8 Alex. Mag. nautam talento donauit, quod uento ablatũ capite diadema, ex palude recuperatum, ſuper capite reportauerit, capite inde priuare iuſsit. § Arria. lib. 7. in fi. Apia. in Sirio. in fi. car. 6. fin. §
9 Cannacarius Cameracenſium & Atrebat. dux in Frãc. regem æmulus, in poteſtate Clodouei uel Ludouici regis proditus, cum fratribus armis contendere auſus, protinus & necatus proditor, munera quæ aurea danda conuenerat adulterina data in odium perfidiæ. § Aemil. lib. 1. in Clodo. rege quinto car. 23. §
10 Bernard. Curtius arcem Mediol. ſeruans, Duce profugo, uti fiduciarius præcipuus, accepta pecunia prodidit arcẽ Ludou. Aurel. Franc. regi, unde accepto præmio inuiſus, odio grauis, abominatus, mærore contabuit. § Guizar. lib. 4. car. 227. a ter. §
11 Borbonius dux nob. & regiæ ſtirpis Frãcorum magnus princeps, Aulæ Comeſtabilis, nulli claritudine ſecundus in tanto regno, & auctoritate, & apud regem Francorum gratia, irritatus ira præceps clam requiſita in uxorem Eleonora, pridem regis Portugallię uxore, Cęſaris ſorore, deſciſcens profugit in regem coniurans, in prælio ad Papiam unus ex Cæſariani exercitus ductoribus, ubi rex captus in Hiſpaniam perductus, ibi ſe contulit ad Cæſarem uti ſororium. Ibi male acceptus a Cæſare, a Baronibus & Aulicis quibuſque & inuiſus, uti proditor regius & infamis recedens contracto exercitu Romam oppugnans in Pontificẽ, glande plumbea percuſſus cecidit. § Ioui. lib. 24. hiſtor. Guizard. lib. pen. in med. car. 308. lib. ult. cap. 388. §
12 Andruſſam oppi. noctu armis rapere aggreſsi Macicaus Touarres & Hermoſilla obſeſsi, preſsi, fugati per Acomatem acerrimum equitũ præfectum, qui fugientes perſequens, cum ſclopetarijs equitibus glande traiectus ſclopetaria cecidit. § Ioui. lib. 32. car. 6. uel 484. §
13 Bana & Recchab interfecto Hisboſeth meridie dormiente, caput detulerunt ad Regem Dauid, qui perfidiam cognoſcens in hoſtem, etiã obiurgatos interfici iuſsit, tormentis afflictos. § Ioſep. lib. 7. antiqui. cap.

cap. secundo in princ. §

14 Architectus porticum pendentem miro erexit modo in pristinũ statum, quare mirabundus Imper. Tyberius, inuidia pressus, cõmendatum donatumq; urbe expulit, nomenq; ipsius aboleri iussit. § Dion. lib. 57. in med. car. 434. a terg. § Is pateram uitream in frustis adactã restituit etiam, propterea mortem consecutus est, ubi supra, & cap. de mirandis.

QVI HOSTES ACERRIMI TVNC ET CLArissimi inter sese amicabiliter gesserunt, beneficia inuicem conferentes, uirtute bellica prouocati. Doryxeni dicunt tales. Iuxta illud Tullij lib. de amic. Nihil amabilius uirtute, &c. præter exemp. de ijs qui ex inimicis, &c. Clariq; uiri etiam apud hostes promerentur. § Ioui. lib. 10. 18. in prin. car. 380. de Gazollo in Selymum Imp. §

1 ECTOR & Aiax atroci decertantes prælio singulari ad noctem perducti seipsos dirimentes, ense & baltheo donarunt adinuicem. § Home. li. 7. Ilia. in med. §

Demetrius Siriæ rex Antigoni fil. hoste Ptolomeo Aegypti rege, tunc prælio superato, Cillem eius ducem prælio cepit, cum pluribus eius amicis. hos omnes captiuos beneficijs prouocatus ipse prius, liberos remisit ad hostem Ptolomeum. § Plut. in eius uita. car. secunda. §

2 Antiochus etiam Siriæ rex Scipioni super filium apud se captiuum remisit donatum ad eius patrem. § Liui. li. 37. car. 4. fin. Iusti. lib. 31. in fi. Plin. lib. de uir. illust. nu. 49. in Scipio. & Anton. §

3 Antiochus rex ipse Hierosolimam obsidens, inducias requisitas cõcessit Iudæis, ad celebrandas eorum solennitates, quibus misit hostias & aromata. Vnde promoti ad deditionem inclinarunt. § Plutar. in apophtheg. de ipso Antiocho. car. 133. a ter. §

4 Annibalis statuæ in foro Rom. positæ, sæui, pernitiosi, totiens eorũ uictoris admissæ, diuque conseruatæ. not. Plin. § lib. 34. cap. 6. in fi. de quo Ioui. lib. 27. car. 6. §

5 Darius ab Alex. Mag. prælio bis superatus, audita uictoris hostis indole, & benignitate, Deum precatus est primum de imperio sibi conseruando. Sinautem de regno actum sit per fata, nullum succedere in Cyri solio, præter Alex. not. Curt. Arria. Plut. in eo. & li. de fort. § 2. car. 6. uel. 295. in fi. §

6 Nadastus Thomas oppido præpositus in Turcas acerrime se defendit, propugnatores milites desperata salute uel ex ignauia, quia renitens deditioni

deditioni compræhensus in uincula coniectus, facta deditione per milites, Solymanus Imper. Turc. saluos omnes habuit & liberauit, recognita Nadastum cõmendata uirtute laudauit, & ad sua inuitauit stipendia; milites septingentos nuper liberatos Ianizeris trucidandos ut ignauos obiecit. § Ioui. li. 28. in med. car. 265. §

7 Barbarossus Turcicæ classis præfectus, diebus nostris, Nicea expugnata, prædam Algerium asportauit, Genuensium usus amicitia; Ibi hiemans comiter habitus est ab Auria classis Imperatoris præfecto. Ligures amice conseruatos, inuexatos restituit. § Ioui. li. 44. in med. §

8 M. Ant. Columna, § de quo supra alio cap. § omnibus uirtutibus illustris, etiam apud hostes ad Veronam urbem maxima defensam industria & arte, uulneratus sclopeti pila, salutatus, & dextris iunctis amicitia prouocatus a Borbonio, & San. Pauli Regulo. § Ioui. lib. 18. in fin. eius. car. 514. §

9 Nicolizza in oppido Guinitio acriter oppugnatus per Habraymũ, numeroso & ualido Turcarum exercitu, erectis etiam propugnaculis ad summam altitudinem, se defendens, irrito conatu abscedere habens necesse, sub fide accitus, summo uerborum honore commendatus per hostem ipsum Habraymum, compositis conditionibus liberauit sese indomitus. § Ioui. li. 30. car. 403. §

10 Alex. Vitellius in oppugnatione Budæ in Turcas dux constitutus, prælijs fortem præstitit operam, de quibus consecutus est uictoriã, unde primam laudis opinionem tulit, adeo ut insignis Turcarum dux, requisitum uirtutis nomine amplexari uoluit. § not. Iouius lib. 42. in med. car. 410. §

11 Sauonam congressis regibus Ferdin. Aragon. tanto rege, & Ludouico etiam Franc. rege post bella acerrime inter ipsos agitata reconciliatis, aderat & Consaluus cognomento Magnus capitaneus, qui ob egregias in Francos etiam consecutas uictorias, per Francos ipsos honore, contemplatione, benignitate persecutus est mirum in modum, conferentes in prælijs plura, tanta uirtute actitata, ad Lainum, ad Barletiũ, ad Cirignolam, ad Gariglianum confectis. § Guizar. libr. 7. in med. car. 372. §

## QVAE PRAELIA TEMPESTATE DIREMPTA.

Adonibezech per Iudam & Simeonem fratrem prę lio fusus,fugatus & captus,in Hierusalem perductus,ubi mortuus,qui reges.70.amputatis manuum & pedum summitatibus,crudeliter habuerat, & male habitus. § lib.1.Iudic.in prin.post Iosue. §

Benadad uel Adadus Siriæ rex cum regibus 22. sibi subiectis , cum exercitu maximo contra Samariam,scripsit ad Achab regem Israel, Argentum aurumque tuum,uxores,ac filij,mei sunt,&c. §li.3. reg.cap. 20.in prin.Iosep.lib.8.antiquit.cap.11. §

Assuerus regnans ab India in Aethyopiã super centum uiginti septẽ prouintias, in Susa ciuitate regnans,&c. § Hester.cap.1. in princip. cap. 8. c. §

Adoniselech rex Hierusalem in Gabaon regia urbe oppugnanda plures adduxit reges cum exercitibus. § Iosue.cap.10.car.86. §

Tigranes Parthorum rex max.cui ministrabant permulti reges,quorum aliqui astabant ut Satellites,pedestres, equitanti aderant,&c. connexis inuicem brachijs circumstabant seruientes . § Plutarch. in Lucullo,in med.car.5.in fi.§ Vt hodie coram Solymano Turca.Imperat.usurpatum. §

Maximinus Iunior sæuissimo patre Imper. insolentior, non assurgebat honoratis per patrem. § Capitol. in eo. car. 147. §

Iacobus Reginę Ioãnæ maritus, Sfortiam & Nicolaũ detrudi iussit in carcerem, quia ipsum non salutauerant regem tũcusque non permissum. § Blon. lib. 21. car. pen. §

Seuerus Imp. contubernalem iam suum plebeium hominem se amplexantem, ut iam socium, fustibus cedi iussit. § Spart. in eo. in prin. car. 75. a terg. §

Apion grammaticus, immortalitate quemcunque donari a se posse per eius scripta arroganter præsumebat. § Plin. in præfat. operis ad finem. §

Probus Imp. Parthis donatiuum portantibus respõdit (ut per Alex. Mag. in Darium regem) de quo Curt. § lib. 4. car. 24. a ter. & car. 35. a ter. § Miror de omnibus quæ nostra futura sunt tam pauca misisse. § Vopis. in eo. car. 7. in fi. car. 219. a ter. Arria. lib. 2. car. penult. 97. § de Alex. ipso, Me in Asiam non uenisse scito, ut ab alijs acciperem, sed ut alijs darem, Darium sibi aliena promittere, quod totum amiserat uelle partiri, &c. Leges a uictoribus dici, & si quid uellet de filia, uenire ad se Darium, &c.

## DE TESTIBVS REPROBATIS.

Testes reprobati fuerunt quamuis integri & probi authoritatisque maximę propterea & suspecti, Cepio Metellusque in Q. Pompeium hominem nouum.

Aemil. Scaurus in C. Fimbriã & C. Memmium propter inimicitias, Crassus in M. Marcellum, &c. Tul. not. § in oratio. pro Fonteio. car. 273. 275. & in 1. Verr. car. 63. Afric. inferior in L. Cottam. Cato Cẽsor in Galbam. Tul. in oratio. pro Murena. car. 139. in med. Valer. plura. cap. Infra. rei. Liui. lib. 9. car. 5. in prin. uel 73. de ambitu. §

Augustus ipse tunc etiam Monarca, testem se in iudicijs interrogari, & refelli æquo animo patiebatur. § Sueton. in eod. cap. locis quoque. car. 93. §

## DE TESTAMEN. RESCISS.

Testamenta rescidit Calig. Nero, Domitianusque, ubi supra cap. de auaritia.

## DE TEMERITATE.

Temerario ausu audaciori uirtute nimiaque fiducia Iul. Cæsar gall. habitu per stationes hostium penetrauit ad obsessos eius milites. § Sueton. in eo. cap. obeundis, &c. car. 57. & in uer. Vafro. §

Vespasianus Imp. inuitauit ad cenam de cõiuratis in eum conuictos duos. § Suet. in eo. cap. pontificatum. car. 336. §

Ptolomeus Pyrrhi fil. urbem Corcyram cepit, & scapha triremem te-

nuit, Spartam ingressus solus ibi & interfectus. § Iusti.lib.25.in fi. §

Nero Cons.M.Liuio collegæ se coniunxit (ingens emensus iter) cōtra Annibalem & etiam Asdrubalem, sese coniuncturos cum exercitibus subinde insuperabilibus. § Liui.lib.27.in fi.car.144.Valer.cap. de stratag.car.159. §

Agatocles Siracusa. tyrannus a Carthaginensibus in urbe obsessus, diu pressus, in desperationē perductus, cum parte copiarum profectus in Africa, agros uastans, causam dedit liberationis, prouocans ad tuenda propria. § Iusti.lib.22.Valer.cap.de stratag. §

Aristomenes Messeniorum dux acerrimus, a Lacedæ.pressus, fusus, fugatus, Spartam cum lectißimis paucis aggressus est, &c. Pausa. § li. 4.car.163.in fin. §

L.Martius eques Rom. defectione Celtiberorum interfectis Scipionibus in Hispania tres duces hostium tūc uictores aggressus fudit & cecidit. § Liui.libr.25.in fi.car. ult.a ter.Vale.cap.Quæ cuique mag. § sic & Scipio in Syphacem & Carthaginenses. § Liu.li.30.car.2.Apia. in Lyb.car.6. §

Alex.Mag.Sudracarum opp.oppugnans saltu irrupit solus, &c.Cur. libr.9.c.133.Et iterum.car.52.119.in fi. § Ita appellatur etiā a Sen. § lib. 1.de benefic.in prin. § Et ut temerarius. § libr. 5. in med. ad Araxim flu. § Quando montes ascendit noctu cum exercitu per siluas impenetrabiles, & in ascensu rupis tam præcipitis. § libr. 8. car. sexta, finali. §

Conuenerunt simul in colloquium ad Metapontum & Tarantum Octauius & Antonius quandoque hostes, quandoque socij ad bella in suos, & in inimicos, tunc aduersarij. Vicit tandem Cæsar (dicit Apian. § li.5.in med.car.206.in fin.) § In Antonij ripa penes cum simul cōstitit, nullo munitus custode, & noctu iuxta illum permansit, armatis nullis circunseptus, conquieuitque. § & lib.præced.car.190.191. §

Lucius Antonij Triūuiri frater, bello per Octauiū pressus & debellatus, sepositis amicis, cum duobus tantum lictoribus progressus est, ita ut Lucio consulendi de se, ac iudicandi libertas esset. Ita & congreßi sunt inuicem, collocutique, ut Cæsar Lucium differentem laude, & admiratione prosecutus esset. Lucius Cæsaris modestiam, breuitatemque in loquendo uel maxime laudauit. § ubi supra.car.192. §

Tigranes tertius Tigranis fil.ex Mithridatis filia, bello aduersus patrem ipsum contendens, prælio superatus, re communicata cum suis, supplex ad Pompeium profugit. Vnde Tigranes pater nullo caduceatore præmisso, ad illum accesit etiam, ultro omnia Pompeij fidei & æquitati committens, filium accusans, ritu barbarico Pompeium ueneratus;

qui eos reconciliauit inuicem, Armenia minore filio concessa, reliquam patri permisit regendam. § Apia. in Mithrid. car. 7. fin. a ter. §

Laurentius Medices Florentia bello pressa per Xistum Pontif. & Ferdinandum Neapol. regem, inuidiæ ciuium obnoxius etiam, ad regē profectus est, clam læto exceptus uultu pacem impetrauit, & amicitiā firmauit anno 1449. § Ponta. libr. 5. de prud. car. 210. in princip. Machia. lib. 8. car. 242. in fin. Guizard. lib. 1. in med. car. 53. §

DE VAFRE' DICTIS.

Vafro consilio utendum est quādoq;, & ubi non attingit leonis pellis, Vulpina insuenda, dixit Lisander Lacedæmo. dux, de quo Plutar. § in eius uita. in prin. & in apophtheg. car. 139. §

Iul. Cæs. Gall. habitu per hostium stationes penetrauit ad suos obsessos. § Suet. in eo. & cap. hic præced. in prin. §

Papirius cognomento prætextatus, puer, instante matre quid in senatu actum esset, respondit, Vtrum utilius esset uirum accipere duas uxores, aut econtra. § Gel. lib. 1. cap. 23. §

Galba Imp. adiudicauit equum eius futurum, Cui adæquatus conuoluto capite se recepisset. § Sueto. in Galba. cap. Cæde Caij. car. 5. in fine. §

Aulicam Libertinam sub Nerone Imp. fauorabilem adamare simulauit quamuis decrepitam Otho postea Imper. ad consequendum fauorem, nec frustra. § Suet. in eo. cap. Otho Imper. car. 294. ante. §

Vitellius creditorem acerbius debitum reposcentem, iniuriarum actione ficta, quasi calce percussus accusauit, ut quinquaginta ab eo sestertia extorserit. i. aureos nostrates. 1250. § Suet. in eo. cap. Galba. car. 5. a ter. §

Antiocho regi Annibalem profugum interroganti, An conferri posset exercitus Rom. cum suo instructiss. & armis præfulgenti, respondit, Satis esse credo Ro. hæc omnia, ēt quod auarissimi sint. § Gel. libr. 5. cap. 5. car. 77. §

Prothagoras cum Euatlo discipulo mercedem pactus est dimidiam tunc, & alteram, uicta per Euatlum causa, lite inter ipsos contestata, &c. § Gel. lib. 5. cap. 10. §

Plutarco de moribus disserente plures uirgines Milesiæ commotæ uitam suspendio finiebant, quare nudæ ad sepulturam delatæ cum laqueo, qua deformitate deterritæ abstinuerunt. § Gel. lib. 15. cap. 10. Plutar. de clar. mulier. car. 80. & lib. apophtheg. car. 172. in Licurgo. § ubi rationem adducit.

Messalina Claudij Cæs. uxor, filium adamatum sibi prius renitentem habuit obsequentem ad coitum, impetrata a marito commissione

ne

ne ut Silius ipse obsequens in omnibus esset. § Dion.li.ult.car. 7.fi.§ ut de Menelao ad Helenam in Paridem tunc ibi hospitem. § Ouid.in eius epistola. § & in crucifigendo defunctos per Tarqui.regem Roma. § Liui.lib.1.in eo.Plin.lib.36.cap.15. in med. de quo Ful.in 3. car.113.in fi. §

Curtius Lucani generis filiā instituit hæredem, si manu patris emissa esset, emissam adoptauit patruus,&c. § Plin.lib.8.cap.18. §

Flauius ædilis,uulgato iure ciuili, odiosus nobilibus effectus per collegam,dum uisitarent ægrum,ad sedendum non admissus, sellam curulem afferri iussit. § Valer.cap.de instit.antiq.car.36. §

Alcibiades auunculo Pericli rationes administratæ reipub. reddere dubitanti & anxio , respondit , Quære potius quemadmodum rationes non reddas. § Valer.cap.de indole.Plut.in apophtheg.car.135.& in Alcibi.uita.car.34.a ter. §

Miniæ Sontes a Lacedæmonibus ultimo damnati supplicio, a coniugibus eorum illustribus liberati,permutato habitu in mulierem, & cæ. § Valer.cap.de amo. coniug. §

Scythæ septennium absentes in expeditione Asiana tunc tertia, uxoribus earum seruis immixtis,in dominos reuertentes,animo rebelles, armis resistentes, acriter flagellis ut seruos fugarunt, & oppresserunt. § Iusti.lib.2.car.2. §

Vatienus digitos sinistræ manus sibi abscidit,ne militare cogeretur, sed sibi publicata bona. § Valer.cap. de seuerit. §

Restione proscripto,eius seruus extructo rogo,se super ingessit,quia senex,&c. § Valer.cap.de fide seruorum. §

Pausanias immortalitatem consecuturus , Hermoclem consultus, Philippum Maced.regem interfecit. § Valer.de cupid. gloriæ. §

Causidicum non uidere,Mulierem non audire,&c.alia not. Pontan. § in dial.Antonius.car.88.a ter.car.242.a ter. §

Bellingerius Paltasinus Ferdin.regis Neapolit.consiliarius,in re sibi dubia,quæstiunculam similem delectis familiaribus suis proponebat,discutiebat,diligentius proinde coram rege disputabat,&c. § Ponta.li. de obed.car.35.lib.de prud.quinto.car.210. cum seq §

Album Vicum oppugnans Riccius dux inexpugnabilem , deterruit obsessos,effossione cuniculi simulata. § Ponta.lib.de fortit.1.car.57.

Theognides nobile scortum in Aegypto per adolescentem adamabatur plurimū,ut bonam auri quantitatem accipere constituerat, iuueni uisum inde fuit in somnis cum ea uersari,unde cessauit cupiditas, ipsa tamen pretium consequi anhelabat. Iudicio excito inter partes, Bocharis iudex,numeratum coram ipso tunc aurum,& per scortum con-

tractatum, iuueni restituit, & absoluit eum. § Plutar. in Demet. uita. car. 6. ubi de § Lamia in Demet. regem ipsum.

Tamerlanes pecuniæ uim maximam esse sentiens, in Capha Genuens. urbe uel Colonia in Chersonesso, & consequi intendens, ne a mercatori bus suffoderetur, maximam pellium nobilium uim deferri iussit, & in urbe quoquo meliori pretio uendi per suos agentes. urbe proinde ui capta & direpta, recuperauit & pelles, quæ occultari nequiuerãt. § Cambi. lib. 1. car. 6. §

Alexius per Imperat. Orient. acceptis pecunijs ad conducendos ex Asia milites aduersus hostes, conductos sibi obligauit, imperium occupauit, Nicephoro deiecto, &c. ubi supra hic. § cap. de perfidia. Blon. lib. 13. in med. car. 87. ante. §

Federicus secundus Imper. profectionem cum exercitu simulans in Saracenos classe soluens redijt statim, &c. § Blon. lib. 17. car. 3. §

Florentini seipsos, & Alemannos reddiderunt ebrios ad confligendũ aduersus Senenses, Farinata duce & authore. § Blon. li. 17. car. ult. §

Nolanos inter & Neapolit. uti factum fuit iudiciũ per Labeonem, ita & inter Ardeates & Aricinos. § notat Liui. lib. 3. in fi. car. 29. §

Halaricus Gothorum rex cum thesauris sepultus in alueo fluminis deriuati & repositi. § Blond. lib. 1. in prin. car. 4. § & de Decebalo Daciæ rege. § Dion in Traiano Imp. car. 6. a ter. §

Folles pro accubitis sternebat Imp. Heliogab. in prandio, unde accũbẽtes statim sub mensa redigerentur. § Lamprid. in eo. car. 108. ante. §

Perusinis conquerentibus de prętore, qui interfectorem suspendi facere intendebat cõtra statuta urbis sub pœna libr. 200. Reum puniuit librasque. 200. soluit. § Corius car. 216. a ter. §

Auxit stipendium Cyrus in nautas, unde spoliatos hostes dissoluit, & suum auxit exercitum. § Plut. in Lysand. in prin. car. 1. ante. §

Demetrius Mithridati regi socio taciturnus ex iureiurando baculi calce declarauit scribens periculum fuga sibi uitandum. § Plutar. in eo. in prin. car. 180. in prin. §

Feris expositus laniandus reus saltando cum baculo uel pertica hinc inde a leonis aggressu se tutum reddidit. § Blon. li. 2. de Roma triump. car. 89. §

Alius item cooperuit se cannitio scuto prostratus a leonum feritate, ubi supra.

Contrarium. cap. humili loco nati. supra.

## DE VARIETATE CASVVM.

Varietatem casuum in dies agnoscimus. De carcere cathenisque quis ingreditur ad regnum, & alius natus in regno inopia consumitur. § Ecclesi. cap.

clesl.cap.4.in fi.ut de § Dionisio Sicil.tyranno, &c.

C.Gutta quia Metello & Domitio cẽsoribus senatu fuerat eiectus, inde censor creatus est. § Tul.in oratio. pro Cluent.car.44. §

Valer.etiam Messala de quo Vale. § cap.de censor.nota §

Tiberius Claud.Nero Liuiæ filius ex Claud.Tiberio cum matre fugiens arma Cæsaris in Campania,qui subinde uictor Liuiam duxit uxorem,Tiberiumq; adoptauit & successorem reliquit in imperio. § Dioni.lib.48.car.8.in prin. §

Nero ad fastigium dignitatis ex adoptione Claudij auunculi,per annos.14. omni scelerum grauitate inquinatus grauatusque, ab omnibus tandem destitutus, hostis a senatu iudicatus, fuga lapsus, scrobem sibi ad sepulturam fieri requisiuit, pugione denique se transfodit. § Sueto.in eo.car.275. §

Hecuba expugnata Troia,captiua facta,seruire coacta, Priami tanti regis uxor. § Home.de quo Macrob.li.1.Satur.cap.11. ubi plura de Seruitute.

Andromeda etiam captiua abducta,Argiua in ciuitate,aquam ferẽs, ancillare coacta. § Dixit Home.libr.6.Ilia.car. pen.a terg. §

Sisicambis Darij regis potentissimi mater prælio ter superati per Alex.Mag.uti captiua ubicunque perducta.Curt.Aria.Plut. Iusti.

Cræsus Lydiæ rex ditissimus a Cyro uictus,captus,in seruitutem suã abductus. § Macrob.ubi supra.Sen.d.lib. de tranquil.animi. §

Diogenes & Plato Philos. tantæ qualitatis seruituti addicti, &c. ubi supra.

Themistoclis filij ad egestatem perducti patre maximo & imperatore,& diuitiarum & eloquentiæ possessore. § Tul.in epist.ad Brutum. car.555. §

Belisarius dux illustriss.post plures consecutas uictorias,legatus Imper.in Italia,cum exercitibus aduersus Gothos, reuocatus, depositus, excęcatus,mendicare coactus,&c. § Ponta.li.de fort.2.car.80.a ter.§

Iulianus Cęsarinus Cardin.legatus pontif.in ampla Legatione & elatione constitutus,abolita pace cum Imperat.Turca.constituta,renouato bello,fusi prælio Christiani,dissipati, fugiens ipse, per Lixas Vngar. spe prædæ,interfectus, spoliatus,nudus in uado fluminis ad Varnam relictus. § Cambi.lib.1.car.13.a terg. Ioui. in Amurate Imp. Turc. §

Castrutius Castraca. parentes ignorans, Imperator magnus euasus, in bellis Italicis,carceratus decapitãdus,extractus,dominus Lucæ cõstitutus,plures obtinuit uictorias & ciuitates, febre uexatus & correptus, dominio eiecti filij. §Blon.lib.9.histor.in med.car.151.a terg. §

Seianus omnia exequens imperialia ambitione tumens, timendumque

que se gerens,& ut Sen. Nunquid tam magnis, aut insperatis, aut tam uniuersis quam Seianus? quo die illum senatus deduxerat, populus in frusta diuisit, &c. § li. 1.de tranquil.uit.cap.ad imperitos.car. 154. a ter.Dion.lib.57.car.442. late de ipso. §

Marius pluries uictor imperator urbis dominus & exercituum Minturnæ captiuus destitutus, in ulnis delitescens extractus, ad mortem destinatus, liberatus profugit, mori denique coactus. § Plut. in eo. §

Baiasith plurium regnorum & exercituum dominus, prælio superatus a Tamerlane Scytharum Imper.captus in seruitutem consenuit, sub mensa uictitans cathenatus. § Cambi.& Ioui.in eius uita. ut & §

Valerianus Imper.a Turchis. § Treuel.in eius uita.car. 170. §

Corcuth Selym.Imp.frater a patre Imper.destinatus, destitutus, fugiens in siluis, abditus herbis, & melle uiuens aliquandiu, cognitus, extractus, interfectus. § Cambi.lib.4.in prin.Ioui.lib.14.histor.car.268. a ter.& in eius uita §

Tomumbeius Sultanus potentissimus, prælio fusus a Selymo Turc. Imp.fugatus, abditus, in paludibus delitescens, inquisitus, extractus, tortus ad enunciandos Thesauros, laqueo suspensus, uitam emisit. § Cambi.d.lib.4.car.antep.Ioui.in Sely.uita,& li.histor. car. 384. §

Sarra Colunnens. Romæ potentissimus, nobilissimus, pontificis Bonifacij.8.fugiens uim & furorem, per nemora delitescens, a piratis captus, incognitus, remigio addictus, per regem Franc. liberatus, quã primum cognitus, qui subinde pontificem ad mortem compulit uiolentã. § Blon.li.19.car.2.3.4.Machia.lib.1.histor.cap.20.Cori.car.162.Aemil.in Phil.4.rege.45.car. 356. §

Vgolinus Girard. Pisarum princeps, nutu omnia in ciuitate administrabat, ingenio, nobilitate, authoritate præstans,&c.uxore, filijs, bonisque omnibus præditus, in suos effusius efferens sese, interrogans amicum, quid sibi deesset, cui respondit, Ira numinis, gibellinis ab aduersarijs præpotentibus factis, uersa tunc fortuna destitutus, cum omnibus suis interfectus, ferro fameque oppressus. § Aemil.in Phil. 4. rege. 45.car. 341. §

Muleasses Africæ rex nobilissimus, trucidatis regnandi cã fratribus duodetriginta, lautissime uiuens, a filio exclusus regno, luminibus orbatus, profugus, captiuus, sub Franc. Touara, pedore obsitus, ad Carolum quintum amplifs.tunc Imperat.confugiens, uictum in Sicilia, publice sibi dandum impetrauit. § Ioui.li.44.car.12.fin. §

Variantis fortunæ plura not.Plin. § lib.7.cap.43. §

Antiochus rex max. oppressus a fratre, a socero, ab hoste, fugiens, a latronibus captus & interfectus est in uia. § Iusti.libr. 27. Vt de Seleuco

lêuco eius fratre, ibidem.

Corradinus cum amplissimo exercitu regnum occupaturus Neapolit.dux Austriæ, Iuuenis in maxima elatione, in Carolum primum Andegauen.tunc regem factus prælio acerrimo uictor, fusus, fugatus, captus, capite priuari publice iussus. § Blon.li.18. car.137. Colenut.& alij.omnes. §

Volero ordinum ductor, reus, ad Consules ductus, a plebe liberatus, Trib.pleb.factus. § Liui.lib.2.in fi.car.pen.ante.in med. §

Tetricus ex triginta tyrannis.22.Aureliano Imp.deditus ut uictus, & in triumphum ductus, proinde corrector Italiæ totius, ab ipso præpositus. § Spart.in eo.car.264.201.in fi. & eius filij similiter. §

Mathias Coruinus ad regium fastigium e carcere perductus ab Vngaris, ut de Castrutio supra. § Ponta.lib.1.de fort. car.4.ante, libr.2. car.1.in fin. §

Ludouicus Aurelianus dux a Franc.rege pugnans captus, decapitandus, iudicum iussu, custoditus ad supplicium, absolutus, liberatus, successor in regno Franc.regnauit, Mediolanum occupauit. § Aemil.in eo, & Arnoldus. §

Leo decim. Pontif.inopinanter creatus pridem, captiuus, prius autẽ Hierosolim. eques tantum, &c. § Ioui.lib.11.Guizar.libr.11.car. 98.in fin. §

Philippus Maria Vicecom. ultimus dux Mediol. euerso principatu paterno ad uictus inopiam peruentus, etiam accepta in uxorem Beatrice Facini canis max.ductoris, pridem uxore ditissima hæres relicta, regnum recuperauit, in amplitudineq; perduxit. § Blon.lib.21.in med.

Agrippa profusis opibus regijs, ad inopiam redactus, profugiens, accusatus a libertino ad Imperatorem Tyberium, in uincula perductus, cognouit a cõcaptiuo præsagiente, fælicitatem, opes & bonam sibi fortunam cum libertate futuram. § Iosep.lib.18.antiqui.Iud.cap.15.in med.& in fi. §

Alexes regiæ stirpis adolescens, obtruncato Stephano, rex suffectus per Boiares (urbis magistratus) ex optimatibus, qui in Padolia inops exulabat, non impetratis a Carolo Imper.auxilijs requisitis, ab eisdem perfide obtruncatus est. § Ioui.lib.40.in med.car.304.a ter. §

Techelles Imp.constitutus ex Heremita, in Persas, studijs deditus & probitati, religione & integritate præcipuus clarusque lecto exercitu max.ad Calderanos conflixit campos aduersus Selymum Turca. Imp. a Iacuppo Vsumcassani filio interfici iussus per fraudem, ex inuidia & æmulatione, quia plures erat consecutus uictorias. § Ioui.lib. 13.in med.car.245.247. §

Haria-

Hariadenus Mithileneus Pyrata, cognomento Barbarussa, uirtute & industia uictorias in hostem quemque consecutus, Africæ regnum occupauit, regibus eiectis, & Muleasse de quo supra, maris denique præfectus a Solymano Turc. Imp. constitutus, & quartus in curia Bassà purpuratus summo honore deputatus. § Ioui. lib. 33. in princ. §

## DE VESTALIB. VRBIS ROMAE.

Vestales sex institutas a Numa Pomp. rege, not. Liui. § lib. 1. car. 3. Plutar. in eo. car. 3. ante. § ex lege duodecim tabul. de qua Tul. § li. 2. de legi. car. 5. in fi. §

Capiebantur electæ puellæ, ritu de quo Gel. § lib. 1. cap. 12. li. 10. cap. 15. lib. 6. cap. 7. Sueto. in Aug. cap. postquam. car. 75. a ter. cap. testamentum. car. eius pen. § apud sex Virgines Vestales, &c. Octennis in circa, patrima & matrima, lingua integra & auribus. Maxima earum prior dicebatur, hodie Abbatissa, tunc etiam Antistitam dicebant. § Plin. lib. 4. epist. 11. Audisti, &c. Berosus lib. 1. antiquit. car. 64. in Armobrite rege. 9. Babil. Sueto. in Domit. car. 344. cap. Ius diligenter &c. Gel. ubi supra. § Rheam Siluiam Romuli & Remi matrem, Vrbis, & Imperij conditores, fuisse Vestalem, not. Liuius & alij ubi supra.

Vestæ templum intrabant uirgines ipsæ cum Pontifice tantū. § Lāprid. in Heliogab. car. 3. a ter. Gel. ubi supra lib. 6. car. 7. §

Testamentum condere poterant, prædia uendere & cōparare. § Plutar. de Licinia. in uita Crassi, & li. de utilit. ab inim. car. 4. uel 396. a ter.

Lictorem suum quęlibet earum præmittebat, quia per ciuitatē, procedentes quædam iniuriam passæ erant. § Plutar. in Numa rege, car. 3. Dion. lib. 47. car. 225. §

Eisdem priuilegia per Augustum concessa uti habentibus ius trium liberorum. § Dion li. 56. car. 6. uel 404. & in Ver. uxor, alibi. car. ult.

Peccantes in corpus uiuæ sepeliebantur. § Liui. pluribi. Plutar. in Numa, car. 3. in Tib. Grac. car. 3. plura, in problem. car. 214. Quid est cur Vestales, &c. Plin. d. epi. 11. Iuu. Sat. 4. in prin. § terram subitura sacerdos. Vestam dicebant uel Estam, idest ignem, &c. Dei lex talis erat etiam, de qua Iosep. § lib. 4. antiquit. cap. ult. in med. § uiua concremetur.

Templo egrediebantur ad curam matronarum ægrotantes requisitæ, & ad agnatorum commoda. § Plin. epist. 19. lib. 7. Angit me, &c. &c. de Fannia. §

Annis primis discebant, inde docebant. § d. car. 30. Sen. lib. de beata uita. car. ult. 142. ante. Plato lib. 6. de legi. car. 2. a ter. Polido. libr. 4. de Monachis. § Sacrosanctæ ergo tangi non poterant, nec deturbari, aut uiolari, ut ideo Claudia triumphantem patrem tutata est ne a Tribu.

bu.pleb.aduerſantibus,deturbaretur curru. ¶ Valer.cap. de pieta. in parent. Tul.in oratio.pro Cælio.car.47.car.2.Suet.in Tiber.Imp. ¶

Ludos publ.poterant ſpectare ſed ſeparatim. Vnde ſuffetiæ uirgini benemeritæ ſtatua poſita,not.Plin. ¶ lib.34.cap.6.in med. Sueto.in Aug.cap.factæ igitur.207.car.86.& in Tib. ubi ſupra. ¶

Ciuitate in tanta,quæ continebat homines mille millia, ut expoſuimus in Ver. Coloniæ,cóſtitutæ erant Veſtales ſex tantum,ad deprecandos eorum Deos quamplurimos.

## DE VLTIONIBVS.

Vindicta deſperata & Vltio rabida per Latronum principem perpetrata fuit in ſuos,qui profugere non ualens, in ſpelunca incluſus, deditionem facere non curans,filios ſeptem cum matre, ſingulatim exeuntem quemque,propria manu pater trucidauit,uxoremq; & ſeipſum præcipitem rupe dedit. ¶ Ioſep.lib.1.belli Iud.cap.26.in med. ¶

Pauſanias per uim ſtupratus ab Athalo & ſocijs fruſtra interpellato Philippo rege Maced. ad iuridicam uindictam, irriſus etiã, pugione in regem uindicauit iniuriam,quamuis proinde captus, & in crucem affixus. ¶ Plut.in Alex.Mag.Iuſti.lib.9.& in Ver.fatis,ſupra. Valer.cap. de miracu. ¶

Maioricenſis ciuis, ſeruo ſeuerius caſtigato,peregre profectus, domum regreſſus, clauſam uidet ianuam,ex quo ſeruus ipſe,uxorem uinctam cum filijs tribus,in altiorem domus locum deportauerat, requirẽti domino alterum præcipitat ex filijs ante patrem,poſt & alterũ & uxorem. Domino atonito requiſiuit ſeruus ipſi ſibi naſum quamprimũ præcideret ſi tertium ſibi incolumen filium ſeruari uellet, quo etiam neceſſitate urgente facto, filium etiam tertium cum ſemetipſo præcipitauit ſeruus,& familiam ita exterminauit totam. ¶ not.Ponta. li.3.de obedient.car.pen. ¶

Altobellus Todicenſis ciuis,in aduerſæ factionis ciues craſſans,& ſęuiſsimus latro agrarius, manu Vitellotij ductoris captus,iuſſu Cæſaris Borgiæ Alex.Pontificis filij,ſuper menſa expoſitus,uinctus, a quibuſq; laceratus dentibus,tum hominibus tum fœminis. ¶ & ut not.Leand. in ſua Italia in Vmbria.car.86. ¶

Simõ Sauli filius,corpore & audacia inſignis iuuenis,inter Hebręos furentes,clade,ſtrage,rapina inter ſeipſos etiam ſæuientibus ad internitionem matrem,uxorem,filios,& familiam totam trucidauit,ſeipſumque confecit. ¶ Ioſep. lib.2.belli Iuda.cap.22. ¶

Saguntini Senatores Annibalis ſæuitiam uerentes,oppugnati diu dedentes ſeſe,rogo excito,cum gazis ſeipſos combuſſerunt. ¶ Liui. lib. 21.car.3.a ter. ¶

Metulij

Metulij in Illirio deditionem abhorrentes, incendio ſeſe abſumpſerunt. § Apia.lib.Illir.in fi.car.antep. §

Numantini quattuor millia duplici uallo preſsi a Scipione Conſ.certare non ualentes, preſsi fame, ſeipſos omnes contrucidarunt. § Flor. libr.59. §

Campani ſimiliter Virio authore cum ſenatoribus, ueneno ſumpto, ſe omnes iniecerunt in rogum. § Liui.lib.26.car.3. §

Aſtapani etiam, de quibus Liuius § li.28.car.148. § Abydenſesque. § Liui.lib.31.in med.car.169.& Xantij.Dion.li. 47. in fin.car. 7.fin. §

Cantabri etiam libertate priuati, not.Dion. § lib.54.car.3.a ter. §

Perdica ab Ariarathe rege bello uicto, milites in urbibus quibuſque, occiſis primum coniugibus & pueris, domos cum ſemetipſis conflagrarunt. § Iuſti.lib.13.in med. §

Iotapata Galileæ urbe præcipua, diu obſeſſa, tandem & expugnata per Veſpaſianum poſtea Imperat. ciues uiuere ultra deſperantes, congregati, ſemet interfecerunt. § Ioſep.lib.3.belli.Iud.cap.20.in fi. §

Meſſeda obſeſſa & oppugnata ab exercitu Rom. Eleazaro authore, omnes inter ſeſe contrucidati ſunt, igne ferroque abſumpti. § Ioſep. lib.ult.ubi ſupra.cap.46.in med. §

FINIS SECVNDI TOMI.

# TITVLI IN TOMVM TERTIVM.



Ingenium

Reputatio.
Risus.
Sanitas.
Sapientia.
Sacietas.
Seruitus.
Sec.res.
Seueritas.
Senectus.
Silentium.
Similitudo.
Simulatio.
Solitudo.
Somnus.
Somnium.
Spes,
Stultitia.
Superbia.
Superflua.
Tacere silent.
Talis quis.
Tempus.
Temper.
Temeritas.
Timor.
Varietas.
Valitudo.
Veritas.
Verec.
Ver.blanda.
Versutia.
Virtus.
Vitium.
Vindicta.
Vicinus.
Vita hum.
Vnus tantum.
Volupt.
Votum.
Vsuræ.
Vtile.

PRAECEPTA

# PRAECEPTA MORALIA
## MATERIIS IN QVAMPLVRIBVS AD STVDIOSORVM COMMODVM.

## *Tomus tertius.*

### DE ABSTINENTIA.



ABSTINENDVM est in administrandis eorum proprijs bonis tanquam alienis. Aliena tanquã propria pariter administranda. § Sene.ad Albinam.lib.de consolat.car.150.capit.Quoniam,&c.lib.de breuit.uit. in med. car.162. in princ. § Administrans tuas tã abstinenter quã alienas, tam diligẽter quam tuas. § idem episto.75.in med. epist. &c. & li.de honesta uita.car. 72. & ubi supra.ad Albinam.cap.Qui meo.car.150. a terg. in princ. § Administrasti, ut tanquam in tuis laborares, tanquam in alienis abstineres. vtamur illis non gloriemur. & utamur parce tanquam depositis apud nos & abituris.quisquis illas sine ratione possedit non diu tenuit,&c. §Cato.cap. 5.rei rust.Plin.epist.28.in fi.lib.6.Scio, &c. § dices oportere me tuis rebus ut meis uti,etiam,sed perinde illis ac meis parco. § & in suo paneg.car.333. § Assuescat Imperator cum imperio calculum ponere. Sic exeat, sic redeat,tanquam rationem redditurus,&c. §Tul.in 2.offic.car.antepenul.in prin.§ nulla autem re conciliare facilius possunt, qui reipu.præsunt,quam abstinentia & continentia.Patere & abstine,dicebat Epictet. philosoph.de quo Gel. § li.17.cap.19. § Non tuus hic capiet uenter plusquam meus. § Orat.Sat.1.li.1.car.1. in fi.Geu. lib.1.car.294. § Non solum manus,sed & oculos abstinentes habere decet,dicebat Sophocles,de quo Tul. §in 1.offic.in fi.car.antepenul. a ter.28.Ponta.li.de magnanim.cap.Nec uero.car.220.in fi.de seipso.§ Sciscitanti regi quis esset is patronus & defensor respondit, Paupertatem,ea enim me aduersus accusationes tuebitur, & absolutũ in iudicio sistet. § Eras.prouerb.983. § Zenone moderatior. § Eccl. cap. 31.b.c. § beatus diues,qui post aurum non abijt,qui potuit transgredi & non est transgressus. § La[illegible]n.lib.6.cap.17.in med. § frugali

tas est abstinentia uoluptatum, uitium quod amore descendit habendi, melior est patiens uiro forti, & qui dominatur animo suo. § prouerb. cap. 10. in fi. § exempla plurium not. in cap. de abstin. ad Valer. unde Adrianus Imper. de quo Spart. § in eo. car. 4. § in Senatu sæpe dixit, Ita rempub. se gesturum, ut sciret, populi rem esse non propriam. Effugere cupiditatem regnum est inuenire. § Sen. in suis prou. §

DE ACTIONE, ET CONTEMPLATIONE.

Vitæ genus triplex habetur, Actiuum, contemplatiuum, uoluptuosum. hoc est autem pecudum proprium & belluarum. § Tul. in 1. parado. in fi. § Actiuum sine scientia ineptum est & infirmum. § Plutar. ubi infra. car. penul. a terg. § Speculatiuum solum est etiam inutile. Enitendum igitur actionibus & contemplationi uacare. § Plut. li. de educat. libe. car. 5. in fi. Sen. lib. ad Gal. de uita beata. car. ult. a terg. in med. 142. Ponta. lib. 1. de prud. cap. Quæ sit uita perfecta, ubi plura, & car. sequen. 164 lib. 1. de benefi. car. 1. 118. a terg. Salu. in Catili. car. 1. § Viuere ac frui uidetur, qui aliquo negotio intentus, præclari facinoris, aut artis bonæ famam quærit. Natura sine disciplina manca existit, & è contra, Disciplina sine natura cęca est.

Qui item studijs intentissimi, nullis prodesse curant, argumentũ habentes, se diu uixisse præter ætatẽ, &c. § Sen. li. de tranquil. uit. cap. aduersus. in med. car. 152. a ter. § Priusquã igitur incipias, cõsulto opus est, ubi cõsulueris mature opus est facto. § Sal. in Catili. in prin. car. 1. § Vtrunque per se indigens alter alterius indiget auxilio. Administrandis rebus frequentes atque assiduos esse oportet, ut nec tamen propter contemplationem & studia distrahamur ab agendo publice ac priuatim, & cæ. Non ut quisque uideatur ab humana societate abhorrens amicitias fugiat, amicis operam non præstet, &c. § Ponta. ipse ubi supra. cart. 164. a terg. 165. in prin. lib. 3. in princ. car. 181. 183. in fin. § Homines nati sunt ad agendum & contemplandum, & nullus nostrum sibi soli natus est, sed patriæ, parentibus, amicis, &c. § Plato episto. 9. de qua Tul. lib. 1. offic. car. 6. a terg. § mutuo sese adiuuent, communemque utilitatem pro uiribus colant. § Plato lib. 7. de repub. in prin. car. 2. a terg. in princ. Ponta. lib. de prud. ubi supra. cap. actiones. in fin. eius. § Est enim fælicis hominis maxime proprium officium & bene agere, & erga plurimos bene agere, idque assidue & cum iucunditate multis & dando & benefaciendo, &c. In contemplationem ueri & actionem diuiditur uirtus. Contemplationem institutio tradit, actionem admonitio. § Sen. epi. 94. in med. hanc partem, &c. car. 51. in prin. & epi. seq. Petis a me, in prin. eius, ubi late. Tul. in 1. offi car. 5. in prin. car. 6. § Virtutis laus omnis in actione consistit, a qua tamen fit sæpe intermissio, multique

tique dantur ad studia redditus, tum agitatio mentis, quæ nunquam acquiescit, potest nos in studijs cogitationis & sine opera nostra continere. § Tul.lib.2.de fini.car.73.Boet.lib.1.de consolat. prouer. 1.car. 3.in princ.Carda.lib.14.de subtilit.in prin.car.2.in princ.Ponta.lib.de benefic.in prin.eius.lib.1.de pruden.cap.Cumq; sit.car.152.in fin.Petrus Areti.episto.sua ad Gallum.car.109.a terg. § Fructus igitur uitæ humanæ totius actiones ipsæ sunt, ratione temperatæ ac rectę. Bene uiuere hominis est unius, quia unus ipse ad agendum atque contemplãdum est natus. Omnis igitur cessatio. § cap.quod autem. c.160.a tergo. § ab agendo turpis, nisi quæ relaxationis ac reparandorum uiriũ causa, &c. § & lib.2.car.2.a terg.169. § Solus etiam intellectu prælitus ac mente, quæ quoniam sola est hominis, hæc sola est amplectenda, ad eamque agendi & contemplandi munus omne referendum, &c. § & in uita Pompo.Attici.ad Plut.car.eius.2.§ Quiescenti agendum, & agenti quiescendum est. § Sen.episto.3. in fi. eius. § Ex quo natura etiam diem fecit & noctem. vita beata constat ex actionibus rectis, & ipsas ad actiones rectas præcepta perducunt, &c. § Sen.d.epist.95. in prin.car.52. in princ. § Præcepta autem procedunt secundum rationem. § Ponta.d.car.2.libr.2.in præfat.& car.1.eius. 168. a tergo. 169.a ter. § Namq; ut ad agendum nati atq; educati sumus, rationis etiam participes, sic natura hac duce trahimur actiones ad ipsas, ratione quidem recta, &c. § & d.car.164. a ter. § Vt administrandis rebus frequens assiduusque, nec tam propter actiones a rerum humanarum naturæque peruestigationibus, contemplandisque ab illis mente, ac animo perfruendis, &c. Virtutibus enim comparandis opus est institutoribus ac magistris. § car.169.a terg.d.lib.2.de pruden.lib.4.de sermo. car.1.in princ.lib.1.de benefic. car.1. 118. § pars uirtutis disciplina constat, pars exercitatione, & discas oportet, & quod didicisti agendo confirmes. Nam ut boues ad arandum, canes ad indagandum, equi ad cursum, sic homines (ut Aristot.ait) nati ad intelligendum, & ad agendum, & considerandum. § Tul.in 2.de fini.car.73.& in 1. offic. car. 5.in prin.& car.pen.30.§ Labores ideo improbandi non sunt, & quod experiendo magisquam discendo cognoui, &c. § Tul.idem lib.1.episto.famil.Legi tuas, &c.§ Quando ad agendum nascimur, nec nisi agẽdo uirtutem assequi, atque fælicitatem possumus, &c. § Ponta.ubi supra.lib.de prud.2.& lib.3.car.1.a terg.& car.secun.Tul.item lib. 1.offic.in princ.car.5.& car. penul. § cognitio contemplatioque naturæ manca quodammodo, atq; incohata sit, si nulla actio rerum cõsequatur. ea uero actio in hominum commodis tuendis maxime cernitur. anteponenda ergo est, &c. Optimum est tamen miscere ocium rebus. § Sen.

lib.de tranquil.uitæ.car. 153. in princ. § Virtus ergo omnis in actione consistit. § ubi supra.Plut.in posit.car. 6. ante. § de Architecto, qui in cõtentione dixit, Viri Athenienses, quæ iste pulchre disseruit, re ipse efficiam. § lib.de tranquil.animi.car.2.a terg.259.honesta enim omittere,&c.§. ut de Achille Home.de quo Plut.ubi supra.& in uita Cleomenis. § car.pen.a ter. 135.§ Tabescebat animo in ocio permanens,& tumultum bellicum exoptat,&c. Actiua item una est,alia contemplatiua.prima duplex,interior quæ apparet in facienda ut eleemosyna,in consilium dando requirentibus.Exterior, quæ se habet in agibilibus.Contemplatiua autem alia dicitur mundana, quæ uersatur in uarijs scientijs,christiana in diuinis. § Ponta.aliter.lib.3. de prud.cap.Quẽ admodum,&c.a ter.car.eius.3.omnino tria sunt,&c.§ & in ratiocinãdo & in eligendo proposito ipso,hęc non tam diuersa esse,sed & contraria disputat Plato in Phedo. § car.3.ante.ubi § de studio philosop. ad actiones corporis. & a terg. in princip. Omnes actiones totius uitæ honesti ac turpis respectu,temperantur. § Sen.episto.76.in med.Inimicit.car.32. in fi. § quæ ratione diriguntur agendi uel non agendi. Ponta.d.lib.1.car.160.cap.Quæ quoniam,&c. § honesti,ac iusti erit cum primis studiosus. Quid diuinius quam uitam omnem exercere in pulcherrimis cogitationibus atque benefaciendo? Anima operantium impinguabitur.piger uult & non uult. § Eccle.cap.13.a.Salu.in Iug. in princ. § animus incorruptus æternus agit atque habet, neque ipse habet,&c.Ignauis precibus fortuna repugnat. § Ouid.in 8.metham.

Considera igitur utrum natura tua rebus agendis an ocio studio contemplationique aptior sit,& eis inclinandum, quo te uis ingenij refert. male enim respondent coacta ingenia,reluctante natura,irritus & est labor. § Sen.lib.de tranquil.uitæ.car.153.cap. inspicere, & cap.hominum § namque delectus habendus est,&c. § Budæ. ubi infra. cart. 128.Alcia.fab.101.§ bella gerunt fortes,callidus astra tenet. Examinare igitur futuri principis oportet ingenium,in laboribus,timoribus, uoluptatibus,in disciplinis plurimis exercitatissimum. § Plato lib.6. de rep.car.4.ante.in fi.248.lib.7.in fi.car.penult.a terg.in princ.255.§ Iuuenibus conueniunt multi & maximi labores. Nulla animæ uiolenta est & stabilis disciplina, sed quasi ludentes enutriendi, ut & magis ad quod quisque natura sit aptus possis agnoscere. Labor enim ac somnus disciplinis auersi sunt. Stabiles in disciplinis,constantes in bello, in officijs perseuerantes,&c. § libr.2.de rep.car. penul.in prin.eius.224. § singula pro cuiusque ingenio tribuimus, ut quisque id unum ad quod natura ducit aggrediamur,ociumque a cæteris agens,&c.Quis bellicosus simul & agricola uel coriarius,nostrum erit officiũ quoad fieri possit,

fit,deligere quæ & quales naturæ fint ad urbem cuftodiendam idoneę. § & lib.4.car. 1. a terg. § Vnumquenque ad unum id opus duntaxat ad quod natura eft aptus ducere debet. § & car.fequen.ante,in med.§ Vnumquenque oportere unum aliquid exercere eorum ad quod natura effet aptifsimus. § Tul.d.li.1.in med.car. 22.a terg.de offic. car. 23. ante.& lib.de fenect.car.6.79.in prin.Plut.item lib. de tranquil.animi. in med. car. 267. ante. § quod homini naturaliter infitum eft eo uti decet & agere pro uiribus. Id maxime quęque decet quod eft cuiq; maxime. Suum igitur quifque nofcat ingenium, acremque fe & uitiorum & bonorum fuorum Iudicem prębeat,quam nobis metipfis iudicio noftro accõmodabimus. Alij ad philofophiam,alij ad ius ciuile, alij ad eloquentiam applicant,&c. alij in re militari. In primis conftituendum eft quot & quales effe uelimus, & in quo genere uitæ, quæ deliberatio eft omnium difficillima,& cæ.plura. § & libr.de fenect.car.6.ante.79. § quod homini naturaliter infitum eft,eo uti decet, & quicquid agas agere pro uiribus. § Ponta.lib.de magnanim.1.in med.cap.principio oportet. § natura fit ab ipfa munus ad hoc genitus, fruftra enim repugnante enitetur,&c. § car.233.in prin.& car. fequen. § perfuadere autem fibi fupra uires fupraque ingenium & attentare ea ad quæ non fit acceffus hominis eft inconfiderati,&c. & ut in prouer. Nofce teipfum, § de quo Eraf.Ponta.ipfe lib.2.de prud.cap.de electione.car. 175.a tergo. § Eft autem electio(quod fatis nunc fit) non infinita, non audax, uerum qua feipfum moderetur.Intelligatque quid elector ipfe præftare pofsit,&c. § & libr. de fermo. 1. car.2.a terg.Cenfemus igitur,&c. § cum nihil inuita Minerua. § Tul. libr. offic. § Quibus ipfi apti rebus fumus in ijs potifsimum occupemur.Irridendi funt illi,qui fupra uires, fupraque ingenium agenda fufcipiunt, attentantque quæ minime funt audẽda.vnde Orat. § in poet.car.1 § Sumite materiam ueftris uiribus,&c.Quid ualeant humeri, &c. Negocia expedita & habilia fequuntur actorem.Ingentia & fupra menfuram agentis nec dant fe facile & premunt. § Sen.li.3.de Ira.car.2.ante. in med.131.Plato itẽ li. 6.de rep.car.4.ante.in fi.§ Examinare igitur oportet,ut fupra. §Tul. in 1.offi.in med.§ multi funt qui tranquillitatem expeterent, a negotijs fe remouerunt, ad ociumque perfugerunt etiam nobilifsimi philofophi. Eligendæ funt actiones futuræ per Iuuenem in uita, &c. eligendus eft etiam quem imiteris,&c.ut in uer. exemplum.infra.

Electio adolefcenti facienda eft,ut in littera.y.in duas fiffa partes,aut ad uirtutem primo laboriofam,poft iucundam,uel ad uoluptatem huic contrariam. § Lactan. lib.6.cap.3. in med.cap.4. § Eligenda eft ergo uia & Chriftiano uel ad bona æterna malis breuibus,uel ad bona bre

uia malis æternis. Et si nõ datur factis, certe studijs uitam proferamus, & relinquamus aliquid quo nos uixisse testemur. § Plin. lib. 3. episto. 7. in fi. Modo, &c. in fi. eius car. 70. § Natura utrunque facere uoluit, agere & contemplationi uacare, quoniam ne contemplationi quidem si ne actione est, & assidua contemplatio sine exitu est, non satis est enim sine cultu ingenij nudas tantum ædere operas, &c. sed miscere inter se ista. § Sen. plura lib. de uita beata, in fi. eius. car. 142. in fi. lib. sequen. de tranquil. uitæ. car. 2. a terg. 153. in princ. cap. de exercitat. animi. § Optimum miscere ocium rebus quotiens actuosa uita, &c. Necessarijs rebus uacui auemus audire, uidere, discere, &c. § Tul. in 1. offic. car. 3. Geu. cap. 30. in fi. 106. § Secum uiuere decet, & actiones commen dabiles tractare probe electas. Aedificiorum elegãtia auri pondus, gene ris nobilitas, facundiæ lepos, dicendique acrimonia tantam uitæ sereni tatem non afferunt tamque placidam tranquillitatem, quanta animus ab negotiorum anxietate feriatus, procul prauis consilijs secum uiuens, &c. § Plut. lib. de tranquil. animi, in fi. eius, car. ult. 272. ante, & cap. An bene lateat uiuens. not. plura car. 424. & sequen. Ponta. li. præd. de pruden. 1. cap. de uita perfecta. § Non uotis uel supplicijs muliebribus, &c. uerum agendo, uigilando, bene consulendo, &c. Cato in oratio. de qua Salust. in Catilinam.

Deũ uoca, fac interim. § Era. prouerb. 510. cum Minerua. § In om ni negotio noscendum est quid agendum fugiendumque sit, ita tamen ut ratio præsit, &c. § Tul. in 1. offic. car. 20. de temper. Colu. libr. 1. cap. 1. in prin. Quid & quomodo, Cæs. libr. 3. ciui. car. 364. § Fortunam esse industria subleuandam, possidere nõ sufficit nisi adsit usus cũ iustitia & uirtute. § Plato in Euthid. car. 4. ante. in prin. & a ter. 104. § Sicut aqua iacẽs & quieta insalubris, sic animus torpens inutilis est etiã sibi. § Lactan. lib. 6. cap. 17. in med. §

Tintinnabulũ nisi quis illud tractet aut moueat mutum tacet. Plautus § in Trin. car. 301. cap. huic ego. in fi. eius. ante, in fi. Carda. li. 12. car. ult. 479. Plutar. in apophtheg. car. 174. de Pantæda. § operis effe ctio & usus conueniant. Scientia opus est, in qua & arte indigemus, eaque comparata sciant & uti, itaque beatos efficiat possidentes, &c. Plato in Menex. § in fi. car. 124. in prin. § Oportet igitur omnia cum uirtute exercere, scientes absque uirtute exercitationes & possessiones omnes turpes malasque esse, &c. Vt nec medici, nec Imperatores, nec Oratores quicquam laudabile faciunt sine usu & exercitatione. § Tul. in 1. offic. car. 12. a ter. Ponta. in dial. Charon. car. pen. in prin. § non ex bonorum cognitione consistit humana fælicitas, uerum ex eorũ pos sessione ac usu, qui quæ ipse dissereret, ea re atque exemplo comprobabat.

bat. § Et li.2.de prud.car.173.a terg.Ponta.car.3.cap.profectur ū. § Cæterum neque in armis filio traditis, ſed in optimo armorum uſu pugnæ euentus oſtenditur,&c. Verum in actionibus ipſis,& in uſu exercitationeque agendi uirtus cognoſcitur noſtra,&c.Vnde Orat.Quò mihi fortuna eſt,ſi non conceditur uti.de Pythagora,Socrate,& Plat. dicitur § in 1.de leg.in arg. § agere negotium publicum, cognoſcere, iudicare, promere,& exercere iuſtitiam, quæque ipſi deceant in uſu habere. § Plin.epiſt.10.lib.1.in fin. ſi quando. &c. § Qui audit uerba mea,& non facit ea,&c. § Mathe.cap.7.d. § Igitur eſtote factores uerbi,non auditores tantũ,&c. §Iaco.Apo.cap.1.d.Pau.ad Rom. 2.cap.6 § Non enim auditores legis iuſti ſunt,ſed factores legis iuſtificabuntur. § & in epiſt.ad Hebræ.cap.2.a.Gel.lib.4.cap.9. in fi.de Aſel.Sempron. § Facta ſua ſpectari oportere,non dicta,&c.Doctum uerba loqui,facilemque in rebus agendis.Home. §lib.9.Ilia.in med. car.99.a terg.Plaut.in Trin.cap.minus.car.295.a terg.in med.§ Tintinnabuli uel Campanarum eſt proprium uocare ad templum quoſque, ipſum nunquam tamen intrare.Geu. § li.1.car.146. § Nequicquã beneuult niſi qui benefacit,uerborum rethorem eſſe factoremque operum. § Plin.d.epiſt.10.§ quæ ipſi doceant in uſu habere. Satius eſt iſta facere, quam totos dies diſcendo conſumere, quod difficillimum in primis,& in prælio ſtrenuus erat bonus & conſilio. § Salu. in Iug. in prin.de ipſo Iug.Geu.cap.13.cat.59.lib.2.in fi.car.482. § a la Regina di Francia.Cæſar, § de quo Apia.lib.2.in prin.car. 1.a terg. de ipſis Cæſ.moribus. § adoleſcens adhuc dicendi & agendi promptiſs. longe clariſsimus, & qui uniuerſa auderet, &c.& de Annibale Liuius § lib.21.car. 1.in prin. § nuſquam ingeniũ idem ad res diuerſiſsimas, parendum & imperãdum facilius fuit,&c.fortitudo cum prudentia raro cohabitant.infra,in uer.fortit.Qui multa agit,ſe periculo ſæpe committit.quam tutiſsimũ eſt raro experiri. § Sen.lib. de tranqui.ui. car. pen.in fin.Nam qui multa &c.car.154.in fin.eccl.cap.ult.b. § fili mi ne in multis ſint actus tui, & ſi diues fueris,non eris immunis a delicto.

Poſtquam omnis res mea Ianum ad medium fracta eſt, aliena negotia curo excuſſus proprijs. § Orat.in 1. Sermo.Sat.3.de quo Beroal. in 2. ſua annotat. § non ſecundum opera noſtra, ſed ſecundum propoſitum ſuum,&c. § Paul.ad Thimot.2.cap.1.c.& cap.ſeq.ad Titũ, cap.3.b.Eccl.cap.16.b.Pſalt.nu.61.in fin.Quia tu reddis,&c.§ Non ex operibus legis,&c. § Pau.ad Rom.cap.3.c.d.cap.9.c.cap.11.a. § Negotijs ſecularibus ſe implicans,non militat Deo. Non turpis lucri cupidus. § Pau.ad Titum.cap.1.b.cap.2.d.ad Galatas,epi.1.ad Corinth.cap.7. f.§ Sic & uxori deditus.Benefacere ſtrenue plus proficit

quam bene argute, & cate dicere. § Home.lib.16.Ilia. in med. § In manibus finis belli, uerborum in consilio, ideo non oportet uerbum augere, sed pugnare, cognitionem prudentiamque sequetur considerata actio, ita fit ut considerate agere pluris sit quam cogitare prudenter. § Tul.in 1.offic.in fi.eius.Plaut.in Trucul.fab.ult.in med.cap.Nec expectetis,in prin.§ Strenui nimio plus prosunt populo, quàm arguti & cati, facile sibi facunditatem uirtus argute inuenit. Mallem, inquit Volũnius Cons.de quo Liui.lib.10. car.3.in fi. § in Appium Claud.collegam, Tu a me strenue facere, quam ego abste scite loqui didicissem. Nõ orator, sed Imperator uter sit melior, examinandum, &c. § Salu. in Catil.car.2.Geu.in M.Aur.Imperat.cap.20.car.10.11. § Viuere, ac frui anima uidetur, qui aliquo negotio intentus, præclari facinoris famam quærit, &c. qui acutè perspiciunt quid in agendo tenendum & abijciendum. Vsu autẽ destituti consilio temere agunt omnia, &c. § Ponta.lib.1.de obed.car.6.in prin.cap.Sunt autem,in fi. § rectũ ergo animaduertendum & cognoscendum, quod neque in dextram neque in sinistram, sed tractum suum sequens, nullo modo declinat. § idem lib. 2.de pruden. car.178.a terg.cap. esset fortasse. § Mediocritatem sequentes in agendo, nosmet considerantes, & metientes personas, res, facultates, tempus, locum, patriam, mores, leges, &c.

## DE ACCVSATORIB'

Accusatoris nomen turpe & sordidum, dicit Tul. § lib.2.offic. in med.car.41.a ter.Ascon.in Verr.pen.car.71.a ter.§ Quandoque laudabile, non sæpe. Tria enim sunt genera causarum non prætermittenda patrono, dicit Plin.Iun. § epi.29. lib.6.Auidius, &c. § Aut amicorum, aut destitutas, aut ad exẽplum pertinentes. Addit etiam illustres & egregias. § Machia.lib.1.discurs.cap.7.8.§ In repu. necessarios asserit accusatores. § Orat.libr.epod. Oda.6.Quid immerentes.car. 150. § Sunt uero quidam ut canes, alij ut anseres, qui tantummodo clamant, nocere non possunt. alij latrare & mordere possunt. Accusatores multos esse in ciuitate utile est, ut metu contineatur audacia, &c. § Tul.in oratio.pro Amerino,in med.car.26.§ Canina facũdia.prou. de quo Era.nu.1334.Machia.lib.1.discurs. cap. 45. § Ex quo reis euomebant quæq; grauia nullo respectu. Vnde & equus admissarius. § Eccle.cap. 33. a. § Robustiores accusare consueuerunt, non autem ut nunc adolescentuli. § Ascon.in diuinat.car.40.in prin.post Tul.ibidem.car.64.a ter.Budæ.in pand.2.car.53.lib.1.car.265. a ter.

Reo absoluto calumniatores in crucem acti, Terentio absoluto accusatores mulctati. § Tacit.lib.5.car.7.lib.12.car.pen.a ter.de Statilio Tauro.lib.13.car.5.in fin. § Nec ille diutius falsum accusatorem indigna

indigna sorte perpessus,&c. Tarquinius tamen curia exactus est. Vidimus delatorum iudicium,quasi grassatorum & latronum, quibus contigit desuper intueri,supina ora,retortasque ceruices, &c.congesti enim in nauigia & tempestatibus dediti. § Pli.in suo paneg.car.344. § de latores acerrime castigatos per T.Vespasia.Imper.not. Sueton. in eod. § cap.natura,in fi.car.335.a ter.Dion.lib.54.car.antep. repressos accusatores ab Aug.obloquentes.lib.57.in fi.car.5.fin.in fin.447. § Omnes iussit Impera.tales repertos certo die interfici, &c.Spart. § in Iuliano Imper.car.2.a terg.§ Didius liberatus est accusatore damnato. § & in Seuero Imp.car.2.in Macrino Imper.Capitol.car.pen. § delatores si non probarent capite affecit. de Mardocheo in Amam, Iosep. §lib.11.antiquit.cap.6.in fin.in Ester.cap.ult.in Daniele prof.libr.10. cap.ult.in fin.Diodo.lib.2.in med.§ de Aegyptjis qui accusationem inscribunt ęstimantque,probare conantur,reus etiam scriptis confutat, sententia ferebatur.Quid turpius putas,quam omne tempus uitæ in iudicijs,tum accusando,tum defendendo conterere,sed rudi iactãtia gloriari,ut potens ad inferendam iniuriam,&c. § Plato li.3.de rep. car. 4.in fi.229.lib.11.de legi.in fi.eius in aduocatos.car.366.a terg. § Si quis iustitiæ uires in animis iudicum in cõtrarium uertere conetur, aut mouentibus adest litigia mouens,in eum iudicium agitetur,&c. Et ambitionis uel auaritiæ conuictus moriatur, & ipsum supplicium subeat. Quid immerentes hospites uexas, canis ignauus qualis Molossus, &c. Orat.ubi supra.Quid tam inhumanum q̃ eloquentiam a natura datã ad salutem hominum in pestem pernitiemque conuertere. § Tul. in 2.offi.ubi supra,car.42.ante.§ Alia,in Ver. Quadruplat.in annotat. § Plutar.in Cato.Vitic.car.256.a terg.in prin.de Decuplatoribus a Catone pœna afficiẽdis Herodia.in Macrino.car.57.Martial. car.1.a ter. in delatores.Vopis.in Aurel.Imper.car.201.in fin.Tacit.li.21.in med. car.6.in fi. § Signo ultionis in accusatore dato,Delatores more maiorum puniendos.

## DE ADVOCATIS.

Aduocati qui dirimunt ambigua facta causarum, non minus prouidẽt humano generi,quam si armis decertarent, &c. Noxios aliquando defendere patitur consuetudo & humanitas,dicit Tul. § libr.2.offic. in med.car.45.a terg.Geu.lib.1.car.247.§ multorum causas nõ grauate & gratuito defendentis,beneficia late patent. §& in oratio. pro Murena.car.3.ante. § Concedi quidem non potest ut amicis nostris accusantibus non etiam alienissimos defendamus ? § & in oratio. pro Sylla,in med.car.177. § Seruitus est non dicere in quem uelis,ac defendere quem uelis,a maioribus traditum est, ut nullius amicitia ad

propul-

propulsanda pericula impediremur,&c.Nam non solum nobis nati sumus,sed ortus nostri partem patria, partem amici, &c.homines hominum causa esse generatos,ut ipsi inter se alij alijs prodesse possint. §Plato epist. nona,Venerunt,&c.a quo Tul.in 1.offic.car.5.§ Viuit qui multis usui est.& ut infra in uer. Vita humana. § Sen.epist.61.in fin. Quæris,&c. § uiuit qui se utitur, qui latitant & torpent,sic in domo sunt, quo modo in conditiuo, &c.in causis agendis non modo pactione,domo,manere,uerum etiam xenijs,&c. § Plin.li.5.epi. 14. in fi.§ de Vicetinis patrocinio fraudatis nundinarum causa. Aegyptij autem legum authores antiquissimi sine aduocatis causas agitabant in scriptis hincinde(ut & car.præcedenti.) § Diodo.lib.2.car.antep.ante.in med. § Quia oratorum ars,hippocritarum fraudes,lachrimæ pericli tantium,multos a recto auertunt iudicio. § Plato lib.11.de legi.in fi. eius,car.367.ut supra.Budæ.lib.1.in pand.car.3.plura.Plin. epist. pen. lib.1.consulis, &c.epistol.14.libr.2.Verum,&c.Iuuen. Sat.7.in med.§ quod uocis prætiū,&c.Aduocati lege Cinthia orabant gratuito. §Tacit.lib.11.in prin. § Alioquin & bonarum artium principem sordidis ministerijs fædari,fidem ne integrā manere, ubi quæstuum magnitudo spectetur,tūc inimicitias,accusationes,odia,& iniurias foueri. Sic fori,tabes,pecuniam aduocatis ferat,refert & Dion. §lib.54.in med. car.371.in prin.eius.11. § Caninum studium adlatrandi, & cōtra in nocentes & pro nocentibus. § dicit Colu.car.1.operis a terg.in causidicos.§ Neque pro iustis orandum,neque pro iniustis exorandum, dicebat Cato,de quo Plutar.in apophtheg. in Cato. superi. §car.145. in fin. § hunc etiam conuitia audire dicit Plin. § d. epi.23. libr.1.§ & si inulta pateretur inertem,si ulcisceretur insolentem uideri. Legislatores prudentissimi fuere,uerum qui nunc eas interprætantūr,prudentiam uertentes in malitiam,iura uenditant,leges contaminant,fas & ne fas solo discernunt prætio.Vnde prouerb. Litis comitem esse miseriā. §Ponta.in dial.Charon.car.54.in fin.§ Gratuitam non quæstuariam iuris prudentiā habentes iurisconsulti,in publicum quotidie prodeuntes,unicuiq; ciui consulendos se,antiquo more,& instituto,prębebant, &c. § Budæ.in pand.1.car.8.& car.4.a ter.lib.2.car.71. de ipsa lege Cinthia. § Aduocatum fisci primus instituit Adrianus Imp. de quo Spart. § in eius uita.car.29. in fin. § Vsque ad duodecim in causis adhibiti. § Ascon.in Scauro,car.10. § Eorum genera plura no. ubi supra in Diuinat. § car.40.per eundem.in fin.Budæ.lib.2.cap.95.§ Patronus,aduocatus,procurator,cognitor.§ Tacit. in dial. car. 13. a terg. § Exterminati a Germanis crudelitate & superbia prouocatis uarij in eos præfecti sub Aug.Imper.de quo Flor.in epitho. § car. ult.

ult.ante,in med. § Trucidatis etiam sibi legionibus tribus. § not. Suet.in ipso Aug.cum titulo § Sibilare desiste uipera. Vnde est ęnigma in talem,de quo Plin. § lib.4.epist.7.orator est uir malus dicendi imperitus.plura uide not.per Agrippam cap.5.de Rhetorica, de Catone utroque,Cicerone,Demosthene,Gracchis, &c.

Laus infra.

## DE ADVLATIONE.

Adulatio (philocolax dicitur) malum principibus præsertim perniciosum,quemadmodum qui audierunt Symphoniã,ut dicit Sen. §epi. 123.in med.itinere,&c.car. 68. a terg. § fert secum in auribus modulationem, actiones impedit, nec ad seria patitur nitendi. Sic adulatorum & prauus laudantium sermo, diutius hæret quam auditur, nec facile est animo dulcem sonum excutere,&c. Adulationes audiens similis esse dicitur Amphorę,quæ auribus ubicunque perferatur, ut per Biantem,de quo Plutar. § lib.de uerecun.uitio.car.ult.439. Pli. epi. 15.lib.3.car.81.petis,&c.& ut in prouerb.de quo Eras.nu.754.§ Male litus gladius,Discolor infido Scurræ distabit amicus. huic est diuersum uitium,&c. Asperitas agrestis,&c. § Orat.epi. si bene te noui,in prin.car.216.lib.1.epist.car.211.ad Quintium. § Verbis uacuas per mulceat aures,Arguit arguito,&c. § Ouid. libr. 2. de arte. § non deerat talia concupiscenti pernitiosa adulatio perpetuum malum regũ, quorum opes sæpius assentatio quam hostis euertit,ut not.Sen. de Xerxe, § lib.6.de benefi.cap.cum bellum.car.117. in fin. Curt. in Alex. li.8.in med.car. 110.in prin.Plato in Menex.car.212.in prin.Tul.in 1. offic.in med.car. 18. § Cauẽdum est ne assentatoribus patefaciamus aures,nec adulari nos sinamus,in quo falli facile est. § & lib.de amic. in fin. § Sic habendum est nullam in amicitijs pestem maiorem quã adulationem,blanditias,assentationem. Virtute aliqui non tam præditi esse,quã uideri uolunt.hos delectat assentatio,fictus sermo, &c. §ubi supra,car.pen.Plutar.in Annib.uita car.pen.in fi. ad regem Antiochũ. in Rom.88.in fi.Ponta.lib.de principe.car.pen.in fin. § fugienda est omnino adulatio,aures enim adulantibus præbens omnino suus esse desinet ex aliorum assentationibus omnia sua metiens. § Et libr. 1. de Sermo. cap. de Adulat. car.191.§ periculosa ac pestilens hominum consuetudo,ac familiaritas,quidam placere ac gratificari student principibus,ueritati aures obstruunt, &c. plura.Cognoscitur ut not. Sen. § Epist.45.in med.librorum,&c.Late Plutar.libr.de discri.adulat.car. 367.382.§ Similis est adulator Polypo uel & Cameleonti,qui omnium colorum exprimit similitudinem,ut ibi § car. 371. in fin. 369. ante.Alcia.fab.53.§ uel & speculo uel ut simia,sic & adulator populari uescitur aura,& solũ mores imitatur principis atros, albi & pudici

nescius

nescius, probatur homo & ore laudantis ut aurum igne, &c. Refutatio laudis tantæ. § Eras. prouer. 2. car. 298. ante. § Remedium igitur obseruandum est, de quo bene Machia. § cap. 23. de Principe, incipi. non uoglio, &c. § rem suam disputantes, audire decet, quod exequi intendit, nulli propalare, &c. Non acerba, sed blanda, timenda uerba. § Sen. lib. de honesta uita cap. de continentia. in fi. car. 72. a ter. in med. unde Alcia. fab. 35. de Thessalis, & de Cameleonte. nu. 53. Plutar. in apophtheg. car. 168. ante. de Demarato Corinthio, & car. 369. ante, ubi supra. § Qui ad gratiam loquuntur nocent, non qui cum odio, potest alienum sumere uultum, &c. § Iuuen. Sat. 3. car. 3. a terg. Sat. 5. in princ. § Aliena uiuere quadra. § Eccl. cap. 40. in fi. Arria. lib. 2. car. 66. § Assentatio certissima regnorum pestis. in Darium regem loquens. § Garimbert. plura. libr. de fort. 3. cap. 5. car. 75. § alio nomine & professione dicunt Captatores, qui aliquid donant ut plura cõsequantur, uel & uxorem. § Ponta. lib. 1. de sermo. car. 191. a terg. de Captatorib. § Adulationi fœdum crimen seruitutis, malignitati falsa species libertatis inest. § Tacit. lib. 17. in princ. §

## DE AFFABILITATE.

Affabilis cum grauitate, commendabilis, & quanto superiores simus, tanto nos submissius geramus. § Tul. in 1. offic. car. 18. lib. 2. in med. car. 41. a terg. & in uita Pompo. Attici. car. penul. a ter. § difficile est dictu, quantopere conciliet hominum animos comitas, affabilitasque sermonis. Extant epistolæ regum, quibus pręcipiunt, ut oratione benigna multitudinis animos ad beneuolentiam alliciant, militesque blando sermone appellando deliniant, &c. § & li. de senect. de Q. Fabio. § Erat in illo uiro comitati coniuncta grauitas, qui sermo, quę præcepta, quanta notitia antiquitatis, &c. de Catone Censo. Plutar. in eius uita. § car. 1. ante, in med. 110. § Sermo cum comitate, grauitate, terrore, iucunditas, salubris austeritas condiebatur. Serijs & dignitate rerum refertus erat. § Tul. lib. 1. de legi. in fi. car. 295. in prin. § Quæ natio non comitatem, non benignitatem, non gratum animum, & beneficij memorem diligit? Quæ superbos, quæ maleficos, quæ crudeles, quæ ingratos non aspernatur? non odit? Necessaria est affabilitas ad res gerẽdas, hominum beniuolentia. § Plato episto. 4. in fi. eius. § ut de Papirio Liuius § lib. 8. car. penul. a ter. § Sensit peritus dux quæ res uictoriæ obstaret. Temperandum ingenium suum esse, & seueritatem miscendam comitati, &c. de Coruino Cons. § li. 7. car. antepenul. a ter. § Non alias militi familiarior dux fuit. Omnia inter infimos militum, &c. Comiter facilis uincere & uinci in ludo militari uultu eodem, nec quenquam aspernari parem, &c. benignus pro re, dictis. § & lib. 28. § de Scipione

Scipione cum Asdrubale ad regem Syphacem. Tanta inerat comitas Scipioni, atque ad omnia naturalis ingenij dexteritas, ut non Syphacem modo barbarum facunde alloquendo sibi conciliaret, &c. § & li. 37. de eodem. § apud Africanum erat, uirum (sicut & cætera) egregium, ita & comitate, quæ sine luxuria esset non auersum, &c. dextra corpus pasci, animum uultu. refert Ponta. lib. de Principe. Verbum dulce multiplicat amicos, mitigat inimicos, &c. § Eccl. cap. 6. a. prouer. cap. 15. a. cap. 25. c. § responsio mollis frangit iram, durus sermo suscitat furo rē, lingua mollis confringit duriciem. § & ut in Ver. adulatio. in cap. pręced. § Est huic diuersum uitio, &c. Asperitas agrestis. § Orat. epi. 1. unde prouer. de quo Eras. § Seruilis capillus, lætus ad omnia, fron te semper pari, ut in præd. & in Alex. Imper. de quo Lamprid. § car. 122. a terg. Plin. episto. 3. lib. 4. quod semel. § Seueritatem istam pari jucunditate condire, summæque grauitati tantum comitatis adiungere, non minus difficile quam magnum est. § lib. 8. episto. 21. Vt in uita, &c. § ut in uita, sic in studijs pulcherrimum existimo, seueritatem, comitatemque miscere, ne illa in tristitiam, hæc in petulantiam procedat. § episto. 24. ibidem, amor, &c. § Absit regenti superbia, asperitas, &c. episto. 9. lib. 9. ibidem, unice probo, &c. § Quanta illi probitas in ore, quanta in sermone cunctatio, quam pari libra grauitas, comitasque, &c. § Ponta. lib. 1. car. 188. a terg. & lib. 3. sermo. cap. Sed nesciam. c. 214. in prin. plura de hoc, Plut. in Coriol. uita. car. 3. in princ. § non erat ille uir, qui grauitatem simul cum mansuetudine, quibus in rebus maxime ciuilis uirtus constat, fugiendam esse pertinaciam, quam Plato sociam solitudinis appellat. § Plin. etiam in paneg. suo. car. 2. a terg. § Nihil seueritati eius hilaritate, nihil grauitati simplicitate, maiestati humanitate detrahatur, facundum comitem pro uehiculo esse in uia. prouerb. de quo Gel. § lib. 17. cap. 14. § Comitas, urbanitas dicitur. Pō ta. § lib. 1. de sermo. cap. de Comitate. in fi. Geu. in med. Aurel. Imp. cap. 14. in princ. cap. 61. & in Ludou. Sfortia Ioui. lib. 1. histor. car. 8. ante. § Vnde fuit dictum Fabij, Canes & equos deponere feritatem, ob magistrorum mansuetudinem, lenioremque tractabilitatem, magisquā ob cathenas, aut uerbera. Comitatem appellant alio nomine, § not. Ponta. ubi supra. car. 188. a ter. § de comitate, & urbanitatem, de qua § lib. 5. car. 1. 135. § ubi de eius diffinitione.

## DE BENIGNITATE.

Benignitas obseruanda & in proximos, etiam humiliores. § Tul. lib. de amicitia, in fi. ut est prouer. de quo Eras. § Vnguium, criniumque, &c. Congregationi pauperum effabilem te facito. Declina pauperi aurem tuam. § Eccl. cap. 4. a. Plin. in paneg. præd. car. 378. § Vrba

nitas

nitas & uirtus eſt. § Ponta.lib.1.de obedien.cap. de temper. Machia. libr.3.diſcur.cap.19.20. de Cyro rege cap. 22. Geu. libr. 1. car.92. § & in reſcribendo quandocunque ad amicos, uultus & læta frons plurimum commendatur. Volunnius conſ.prædæ hoſtilis largitor, benignitatem per ſe gratam comitate adiuuabat. Liui. § libr.9. in fi. car.ult.in princ. § Militemque ijs artibus fecerat & periculi & laboris auidum. Laurentius ut erat diuina prudentia uir in regenda urbe, in promerendis ciuium animis, urbana quadam comitate, ciuilique modeſtia, ſola magnitudine ingenij adminiſtrabat pari cum cæteris culta. § Ioui.lib.1. car.antepen.in prin. §

## DE CLEMENTIA.

Clementia, uenia eſt, & pœnæ debitæ remiſsio. § Sen. in ſuis prou. & lib.de clem.car.96.ante. § Principem commendat gentibus, dicit Volcat.in Auidio Imp.ex Antonino Imp. Interrogatus Diocletia.Im, de quo Pompo.Let. Quæ eſſet potiſsima in principe dos, reſpondit, Liberalitas & clementia. § idem not.& Pontan.libr.de principe.car.1.a terg.in princ. § Colant potius quam timeant. § Sen.epiſt.47.in fi. Libenter, &c. § Ex quo princeps ſeipſum ſuperat. § Plin. in ſuo paneg.car.378.Geu.lib.1.epiſto.1.in fi.& ad Popilionem.car.424. Senc. lib.2.de clem.in princ.car.95. in fi. & in ſuis prouer. § Clementia eſt animi temperantia in poteſtate ulciſcendi. vel lenitas ſuperioris, aduerſus inferiorē in conſtituendis pęnis, &c.per eum. Magni animi eſt proprium placidum eſſe, tranquillumque, & iniurias deſpicere. Muliebre eſt furere in ira. Nihil enim laudabilius uel dignius placabilitate atque clementia. probanda eſt tamen ita manſuetudo atque clementia, ut adhibeatur ſeueritas, ſine qua ciuitas regi non poteſt. § Tul. in 1.offic. car.7. a tergo, car.17.in fin. Cicero Bruto in epiſto. ad Atticum.car. ult.518. Quæ litteræ, &c. § Video te lenitate delectari præclare quidem, ſed alijs rebus, alijs temporibus locus eſſe ſolet clementiæ. libr.ad Brutum. § epiſt.2.in fi. Scripta, &c. § Salutaris ſeueritas uincit inanem ſpeciem clementiæ. § Salu.in oratio. Memij.car.50.in oratio. Cato.car.21. Tacit.li.13.in med.car.16.in fi.eius. § Tu proijce tela ſupplicibus parcens, &c. Oraculi eſt reſponſum de quo Pauſan. § libr. 7. car.281. de Laconibus. § de Corbulone in milites deſciſcentes & laſciuos, remedium ſeueritate quæſitum eſt uſuq; ſalubre, & miſericordia melius apparuit, delinquens capite puniebatur. § Tul. in oratio. pro Marcello. § Animum uincere, iracundiam cohibere, uictoriam temperare, aduerſarium præſtantem extollere & amplificare, hęc qui faciat, non ſummis uiris, ſed ſimillimus deo reputandus. § & per Liuiam uxorem ad Aug.Imp.Dion.li. 55.plura de clementia, de Acheis Polyb. car.

car.71.lib.2.§ Ad eam amplitudinem Acheos perduxit duabus rebus ad hoc efficacissimis usa, æqualitate atque clementia. § & li.4.in medio, car.158.§ de Cleomenis beneuolentia. Tantum mansuetudo at que benignitas principum potest, &c. § Ponta.lib.1. de fortit. capit. huius.car.73.unde Alcia.fab.144. Vesparum, &c. Geua.epi.1.§ Ita & amplectenda placabilitas atque lenitudo, ut dignitas retineatur, quæ uacare debeat fastidio, &c. & per Cæs.epist.ad Oppium. Hæc noua sit uincendi ratio, ut misericordia & liberalitate nos muniamus, &c. § Ponta.idem lib.de principe, in prin. § Qui imperare cupiunt, duo sibi proponere debent, ut liberales sint & ut clementes. Quia ex hostibus amicos, ex alienis suos, clementem admiramur omnes, colimus, pro Deo habemus. Cui proprium est omnibus benefacere, parcere delinquētibus. hanc nominat comitatem, Ponta.ipse § lib.1. de sermo. §

Improbatur quandoque, not. Machia. § lib.de Principe cap.17.capit.22.§ Vt de fallenda fide. Tul.in 1.offic. Nam omnibus ignoscere quam nulli, eadem est crudelitas, dicit Seneca, § lib.1.de clem.in principi. § Clementia in quancunque domum uenerit fælicem eam & tranquillam præstabit. § ita in suis prouer. § hæc clementia principem decet, ut quocunque uenerit, omnia faciat mansuetiora. Ignoscere humanum est, ubi pudet cui ignoscitur. Nullum ex omnibus clementia magis quam regem decet, aut prælatum. res magnæ clementiæ est indulgendo corrigere peccatum.

## DE AMORE.

Amor est fruendę pulchritudinis desiderium. §Plato in conui.car.150.in prin. § Amorem Deum esse magnum, mirandum, &c. ubi supra. Circulum bonum, a bono in bonum perpetuo reuolutum. Appetitio, qua bonum sibi semper esse quis cupit. § ubi supra. car. 175.in fi. § Immortalitatis desiderium, cupiditas quædam, &c. Amoris tres habentur species, § not. ibidem lib.8.de legi.in med.in Phedro, &c.§ furoris & quattuor species. terræ dat iura atque mari. §ubi supra.car.174.Alcia.fab.111.§ pacem largitur hominibus, mari tranquillitatem, uentis requiem, cubile uiuentibus securum, rusticitatem amouet, homines conciliat, Cætus congregans, Dux in quibuscunque præsidēs, mansuetudinem porrigens, feritatem exterminans, &c. Nam ubi amor condimentum inerit, cuiusuis placiturum credo, neque salsum prorsus neque suaue esse quicquā potest ubi amor non admiscetur. fel quod est amarum, id mel dulce faciet. hominem ex tristi lepidum & lenem. Plaut. §in Casina, ut infra. §

Amoris incommoda & opposita not. Plaut. § in cistel.cap.§ Credo amorem ego primum apud homines Carnificinam commentum, &c.

&c. Iactor, crucior, agitor, stimulor, uersor in amoris rota, nullam mentem animi habeo, ubi sum, ibi non sum. § & in fab. Mercator. in princi. § nam amorem hæc cuncta uitia sectari solent, Cura, ægritudo, dolor, nimiaque elegantia, insomnia, ærunna, error, terror, fuga, ineptia, stultitia, &c. § & in Trin. cap. multas res. § Amoris artes eloquar, nunquam amor quenquam nisi cupidum hominem postulat, se in plagas conijcere eos cupit, blandiloquentulus, harpago, mendax, cuppes, auarus, &c. Nec spes libertatis erat, nec cura peculi. § Virgi. in Titiro, Ouid. in 2. de arte. § Litore, quot Conchæ, tot sunt in amore dolores, Vir gregis est aries, Clune tenetur amans. & ratione animi perdere quisquis amat. § Alciat. fab. 74. 75. 76. § Ita tuum conferto amorē semper, si sapis, ne id quod ames populus, si sciat, tibi sit probro, quod amas illud ama testibus præsentibus. Abstine a nupta, uidua, uirgine, iuuentute, & pueris liberis, ama quod lubet, &c. § Plaut. in Curcul. cap. Quotedhoc, & cap. placide, &c. § Nam bonum est pauxillum amare sane, insane non bonum est. § & in Casina. cap. omnibus. § Qui suo hero seruire uult bene seruus seruitutem, næ ædepol multa illum, & cæ. quæ hero placere præsente atque absenti censeat. § Plaut. in Persa. capit. 1. in prin. car. 253. a terg. in pseud. cap. malus. car. 234. in fi. § malus & nequam homo est, qui nihili imperium sui heri seruus facit, &c. nisi adeo monitus, &c. § in Rudenti. cap. Neptuno, &c. car. 277. ante. § Nihili est qui piger est, uigilare decet hominem, qui uult sua tempore conficere officia, nam qui dormiunt libenter, &c. Si uis amari ama, & ipsum & suos familiares. § Sen. episto. 9. An merito. Ponta. libr. 2. cap. & quando de obed. car. 13. lib. 3. car. 22. a terg. §

Signa uxoris in maritum de amore, & filij in patrem, uel serui in herum, primo imperata statim exequenda, deinde si animaduersa, etiā non iussa sponte exequantur præueniendo. § libr. 3. cap. Vere autem. car. 22. a terg. § Vxorem primum amare decet prolem, affines præponere, de absente solicitam esse, in ægrum officiosam, seditiones in domo uitare, priuignos odio non habere. In seruitore diligentia, taciturnitas, fides, studium, solertia, sobrietas, parsimonia, cura. § ubi supra. cap. Quoniam autem, car. 24. a terg. Plato lib. 6. de rep. in prin. § Mendacij expertes esse, ueritatem diligere, qui ex natura ad aliquid amore afficitur, quicquid cognatum & familiare est amato diligere. Amat, qui se amari putat. § Plin. epi. 21. li. 8. ut in Reuerentia posterorum, in paneg. car. 4. fi. in prin. 390. Pōt. li. de Principe. cap. Omnium aūt primum. car. 5. § Habes amicos quia ipse amicus es, potest imperator odio esse nonnullis, etiam si ipse non oderit, amari nisi ipse amet, non potest. Iucundissimum est amari, sed non minus est amare, &c. plura. Qui amat timet. pro

uer.

uer. de quo Plin. § episto. 21. lib. 4. li. 6. episto. 4. § ubi maxime gau debis, maxime metues. § Sen. li. 2. de Ira. cap. ex his, Ouid. in Medea. § hinc amor, hinc timor, ubi tranquilla tibi omnia uidentur, ibi nocitura non desunt, sed quiescunt.

Sed futurum aliquid, quod te offendat, existima, &c. plura, Qui amat, sibi somnia fingit. § Virg. eglo. 8. § Cupidinum crumena, porri folio est uincta. § Eras. prouer. 193. § Amor & melle & felle fęcundissimus est. § Plaut. in Cistel. car. 2. Ouid. in 1. metham. & in episto. ad Paridem. § Nullis medicabilis herbis. Quid delubra iuuant, & cæ. Solus amor morbi non amat artificem. § Proper. in 2. in prin. § Amatores expleta libidine beneficij pœnitet, non irretiti nunquam paritatem respuunt, &c. Sacietate afficiuntur. § Plato in Phedro. car. 4. in prin. 182. lib. 8. de legi. car. 2. 347. in prin. § Quid in mares, &c. Plut. in lib. de libe. educan. car. antepen. §

In amore hæc sunt mala, bellum, pax rursus, &c. § Orat. lib. 2. Sat. 3. car. penul. in fi. 290. Plaut. in Asin. cap. cur me. Geu. libr. 2. car. 313. a D. Francesca sua sorella. Miser homo qui amat. credula res amor est, &c. Malus clandestinus est amor, homo amore insanit. § Plaut. in Curcul. cap. Quotedhoc, in mercat. cap. profecto. in fi. Geu. lib. 1. cap. 282. 283. plura. § amoris uulnus idem qui sanat facit. § Sen. in suis prouerb. § Amans quid cupit scit, quid sapiat, non uidet. § Sen. ubi supra. in suis prouer. car. 167. § eaque uigilans somniat. Amare & sapere contrarium. § Eras. prouer. 1180. simul. Ouid. in Phedra. in eleg. § Quid deceat non uidet ullus amans. Nox, amor, uinumque nihil moderabile suadent. Amantum periuria impunita dicuntur apud Deos illos. § Plato in conui. car. 171. in fi. Ouid. lib. de arte. in epi. Phedræ. § Iupiter ex alto periuria uidet amantum, Iupiter esse pium statuit, & cæ. & in prouer. Venereum iusiurandum, de quo Erasm. nu. 1390. Quicquid amor iussit, non est contemnere tutum. Regnat & in deos, &c. Amanti & ebrio impunitas. § Plaut. in aulul. car. 76. Home. in 14. Ilia. in med. car. 157. § Somno & amore domitus.

Cum deformitate pugnam obseruat amor perpetuam. § Plato in conui. car. 173. Tul. lib. 4. Tusculan. car. antepen. Ouid. in Hipsiphile. § fama conciliatur amor. Quem non ames omnia uidentur insulse fieri, & e contra. § Tul. ad Atticum lib. 15. car. 3. undec. &c. epi. 3. libr. 12. car. 461. Geu. lib. 1. epist. car. 64. § Super explanatione uerborum, Iugum meum suaue est. & cap. 231. a Don Aluigi. Hercules, Menelaus, Pyrrhus, Alcibiades, Demophon, Annibal, M. Antonius Triumuir propter amicas, bellicis actionibus deturbati, gloriam perdiderunt cõsecutã. Nimio & amore impeditur Veneris actus, not. Carda. § car. 487. §

Rapidus fluuius est hic,non hac temere transiri potest,illebricosius nihil est,Nox,mulier,uinum,&c. Viscus meruit uestra blãditia. §Plaut. in bachi.in prin.car. 140.a terg.cap. cõstringe, &c.in Trucul.in princ. cap.non omnis. § Quam penes amantum summa summarum reddit. Quot amans exemplis ludificetur, Quot modis pereat. § cap. ha ha ha. car. 306. in fin. § piaculum est misereri nos hominum rem male agentium. Adulare quisquis ueniat,blandeque alloqui, male corde con sultari,bene loqui lingua,meretricem esse similem sentis condecet, quẽ quã hominem attigerit. § in menech.cap. Anime mi. &c. § Meretrix tantisper blanditur, dum illud quod rapiat uidet, &c. § in miles glori.cap.cohibete.car. 201. in fi. § Quæstuosa,quæ alat corpus cor pore,cuique sapiat pectus,non cor,non potest,quod nullũ habet. Amare Iuueni fructus est,crimen seni. Sen.in suis prou.

DE AMICITIA.

Amicitia est consensio quædam,dicit Plato in Alcibi. §1.car.pen. a terg. 15.in fin. § Honesta perpetuæ uoluntatis communio,& post mortem, § ubi supra in Lisia.in prin. Alcia.fab.155. § Triplex habetur,per ipsum Plato.ut ex Plutar. in eius uita, § in med. car. 333.a terg. § Naturalis,æqualis,hospitalis,ut agnatorum,sociorum,similitudinem morum tenẽtium,absentium per litteras,& mutua officia,&c. § Tul.lib.de amic.car.97.ante. § Beniuolentia, & summa consensio, quæ sine uirtute esse non potest. Ab amando dicta. § Tul. ubi supra car.ult.in prin.& car.4.est autem,&c. § Tam amicum quam seipsum etenim necessarium, ut nihilo sese plusquam alterum diligat. § Tul. in 1. de legi. in med.eius. car.296. § Aliter amicitiæ nomen occiderit,ut est prou. § de quo Eras.nu.2.§ Omni tempore diligit qui est amicus. §prouer.cap.17.c. § Veræ amicitiæ sempiternæ sunt dicit Tul.& Alciat.de Vlmo,fab.155.§ Amãs animũ. Plato ubi supra in Al cib. § car.ult.a ter.in prin. § Nã qui animum diligit,nunquã deserit,qui non corporum,sed animi morum pulchritudinemque diligunt. §Plato li.8.de legi.car.2.ante.347.& in conui.c. uidetur mihi, &c.car. 171.Sen.epi.55.A gestatione,&c.cap.20.in fi. § Amicus animo pos sidendus est. Est & alter idem,uidelicet,Idem uelle idẽ nolle. § Tul. ubi supra,car.106.a terg.car.fin.quinta,Salu.in Catil.cap.Catilina,&c. car.9.Plutar.lib.de amic.car.ult.a ter.478. § Quorum bona sint cõmunia. § Plato in Lysis.car.eius 2.49.lib.de pulchro,in fin.eius car. 47.lib.4.de rep.car.1.a terg.in med.233.§ Vt obseruatum est in plures,& nationes,& professiones,ut Christiani priorum tẽporum,qui bona omnia tenebant communia. § ut in libr. 5. de legi. in arg. ipso,& car.eius.3.Sen.epist.48.in prin.car. 18.ad epistolam,&c. Tul.li. 1. of-

fic.

fic. car.11.Eraſ.prou.1. operis. § Natura enim prouenit, quæ nihil poſsidet rarius.Eſt enim amicitia animal minime gregariũ, aut graculatim uolitans. Pluta.ubi ſupra,non procedit ergo in multos,nec a quàm pluribus.Nam & Auguſtus Imper.defuncto Agrippa & Mecenate, inter tot millia hominum,duos tales renouare nõ potuit amicos, ut eius refert contemporaneus Sen. § libr.6. de benefi.cap.Diuus Aug.&c. car.118.in prin.Tul.& lib.eodem.car.4.car.5.a ter. § Terentiã quãuis amicisſimi Mecenatis adamabat uxorem Auguſtus ipſe. § Dion. lib.54.in med.371.lib.55.car.4.in fin. § Ex omnibus ſeculis uix tria aut quattuor nominantur amicorum paria,&c. § Plin.de ipſo Agrip. lib.7.cap.8. § Dei ductu paratur amicus. § Plato in Lyſi.car.3.uel 50.ante. in med.§ Immortalis eſſe debet amicitia, inimicitia mortalis. § Tul.ubi ſupra.car.98.ante.Liui.in fin.operis.lib.40.car. antep. 412.& Eraſ.car.ult.operis.in uer.amicitias,&c.§ In pectore amicus, non in atrio quæritur. § Sen.epiſt.3.in prin.& libr. 6. de benefi. car. eius ultim.cap.apud nos &c.car.118.Macro.libr.1.cap.11.car.2.&c.§

Comparantur iccirco ſola beniuolentia per uirtutem ut commune commodum mutuis officijs gubernetur,admonendo mutuum, not. & Home. § lib.11.Ilia.in fi.de quo Eraſ.prou.2752.amicorum,&c.Eccle.cap.22.d. § ſi aperuerit os triſte non timeas. § & cap. præced. 6. § qui odit correptionem &c. § capit. 19. § Corripe amicũ, &c. § prou.cap.25.b. § bona eſt admonitio amici, cauſam tuã tracta cum amico tuo. § Home.ubi ſupra.car.pen.Tul.lib.ipſo de amicit.car.100. § Admonendum non modo aperte,ſed etiam acriter, ſi res poſtulabit,primum eſt enim ne quid fictum,ne ue ſimulatum. Aperte enim odiſſe magis ingenuum eſt.Monitio acerbitate,obiurgatio contumelia careat.In obſequio comitas adſit,&c. Vnde eſt,quod dicit Plutar. § lib.de utilit.ab inimico,lib.& de diſcri.adulat.car.2.a tergo. § non minus eſt amici laudare,quam reprehendere. § car. 3.in fin.ubi ſupra. § Intelligit amicus loquendi libertatem,&c. § Tul.lib.1.offic.in med. § Conſilia,ſermones,cohortationes,conſolationes, interdum etiam obiurgationes in amicis uigent maxime. Oportunitas non obſeruata cum omnibus quidem in rebus ingens affert malum,tum uero in admonendo detrahit utilitatem,&c.ab ijs temperandum eſt inter pocula,&c. § ubi ſupra.car.386.388.car.4.fin.28.a tergo.in med. § Cauendum eſt ne coram pluribus obiurgemus amicum,&c. ut de Platone,&c.cauendum illud etiam eſt ne in admonendo cõtentioſi ſimus, & contumaces. Amor enim obiurgatus premit, iuxta dictum Euripidis, &c.

Eſt enim iucundiſsima amicitia, quam ſimilitudo morum coniuga-

uit,dissimilitudo autem è contra. § Geu.lib.2.epist.car.437.§ Cõ sulendos esse in prosperis etiam. § Tul.in 1.offic.in med.car.18. ante. § Et in secundissimis rebus maxime est utendum consilio amicorum. Amici & uitium non fastidire decet. § Orat. Sat. omnibus hoc uitium,&c. § At pater & gnati sic nos debemus amici, si quod sit uitium non fastidire. § Plutar lib.de adulat.car.pen.in fin.Sen. libr.de moribus.car.71.ante.§ Amicos secreto admone, &c. plura.Inter pares firmissima, ut in prouer. de quo Plato in Phedro. §car.3.in prin. eius,Tul.repetit in 1.offic.in med.car.11.12.§ nihil est amabilius,& copulatius quam morum similitudo,&c.societas studiorum, conuiuendi subinde consuetudo. § Pont.li.de cõuiuen.car.1.in prin.141.§ Vnde inter dominum & seruum nulla potest esse amicitia. § Curt. li. 7. in oratio. Scytharum ad Alex. § Neque enim quilibet cuilibet conuenit. § Plut.li.de amic.car.3.a terg.Tul.etiam ibi.car.105.a terg.§ Dissimilitudo dissociat amicitias,quidam enim amicos uolunt, quales ipsi esse non possunt. § & car.98.a terg.in med.quod qui recusarent, &c.§ Si uis amari ama. § Sen.epist.9.in prin. An merito,&c.Plato ubi supra.in Lysis,in fi.eius.Eras.prou.ex Terent.in Phormio.§ Amico amicus. Ab amico & honesta petamus.

Amicorum causa honesta faciamus,&c. § Tul.ubi supra.de amic. car.100. Quid primum,&c.car.106. in fin. § Nec quicquam unquã nisi honestum & rectum alter ab altero postulabit, nec solum colent se inter se ac diligent,sed etiam uerebuntur. Nam maximum ornamentũ amicitiæ tollit,qui ex ea tollit uerecundiam.Igitur ne suspicari quidem possumus quicquam horum ab amico quippiam contendisse,quod contra fidem,iusiurandũ, contra remp. esset. hæc igitur prima lex in amic. sancitur,ut neque rogemus res turpes,neque faciamus rogati.Minus iustæ uoluntates amicorum,adiuuandæ non sunt.Iustę uolũtates exequẽdæ. §Gel.lib.1.cap.3.Plaut.in Amphit.car.2.in prol.§ contra tamen responsum fuit per Themistoclem, not. Plutar. in Aristidis uita. §car.1.a terg. nunquam profecto, &c.Idem Plutar.libr.de adulat.car. 382. a ter. § Amicus est instituendus & accipienda amicitia uirtute, familiaritate, consuetudine,uel conuersatione. § Plut.ubi supra.car. 2.a ter.478.de amic.Plato etiã de pulcro.car.2.a ter.§ non ad præsentem uoluptatẽ,sed ad futuram utilitatem familiariter utendũ. § Tul. d.li.de amic.car.103.ante,in med. 104.§ Diligentiam adhibendã in amicis comparandis, ut ne quando amare inciperemus eum,quem aliquando odisse possemus.Est igitur prudentis sustinere cursum,& impetum beniuolentiæ,cuius est fundamentum fides & constantia.Tul. ubi supra.car.104.in prin.§ nihil enim stabile quod infidum est, maxima autem

autem culpa est in eo, qui & aspernatur ueritatem, & in fraudem obsequio compellitur, nihil autem simulatum patitur. § Sen. epist. 3. in prin. & epist. 19. in fin. Exulto, &c. § Omnia cum amico delibera, sed de ipso prius. Ante inspiciẽdum est cum quo edas & bibas, quam quod edas & bibas. Confirmatur beneficijs mutuis ultro citroque datis & acceptis. § Tul. in 1. offic. car. 12. in princ. & in oratio. pro Amerino. car. 36. ante. § Iccirco amicitiæ comparantur, ut commune commodum mutuis officijs gubernetur, &c. § Plutar. ubi supra. car. 4. ante. & car. 387. § Generosi enim est animi angores amici, luctus, & pericula sua facere. Qui negligit damnũ propter amicũ iustus est. § Eccl. cap. 22. d. § Fidem posside cum amico, &c. Et si mala euenerint, honores, utilia, diuitiæ, amicitiæ anteponenda non sunt. § Tul. in 3. offic. car. 58. ante. lib. de amic. car. 103. a ter. in med. § Vbi eos inuenie mus, qui honores, magistratus, Imperia, potestates, opes amicitiæ non anteponant, &c. § car. 103. in fin. Plutar. in uita Agesil. car. 2. a terg. in prin. 206. § propterea antiquum non relinquas amicum. Nam uinum nouum, amicus nouus. § Eras. prouer. 2280. § nouos parans, &c. neque nouos uendicatos amicos ueteribus, neque turpia absque periculis, lucra honestis & laboriosis anteponere. Amicum tuum & patris tui ne dimiseris. § prou. cap. 27. b. Eccl. cap. 9. c. § Amicis obsequi opus est. Sed usque ad Deos, & in iudicando præsertim. Ac neque cõtra rempub. neque contra Iusiurandum, ut supra hic. § Tul. in 3. offic. car. 58. a terg. Plutar. in apophtheg. in Pericle. car. 135. in princ. libr. de Adulat. car. 171. in fin. Eras. prou. 2110. § usq; ad Aras, quando etiã præter honestum. § not. Gel. lib. 1. ubi supra. car. 3. Ponta. lib. de benefi. car. 120. ante, in fin. car. eius. 2. § Amicus est qui in re dubia iuuat, & ubi re opus est. § Ponta. ubi supra. car. ead. Plaut. in Epid. car. 133. cap. Rem tibi, &c. § Nam quid igitur te mihi esse retulis antiquũ beneficium oratione, si ad rem auxilium emortuum est. § & in Bachide. cap. multis. car. 144. a tergo. § homini amico, qui est amicus, ita uti nomen possidet, nisi Deos, nihil præstare. Ingrato homine nihil impensius. Pauci ex multis amici sunt homini, qui certi siẽt. § in Pseud. cap. Pseudole. car. 226. in fin. eius, Tul. in 4. epist. famil. li. plurimum ualuisse, &c. § In summa paucitate amicorum & propinquorum, &c. in re incerta cernitur amicus certus, dicit Ennius, de quo Tul. libr. ipso de amic. § car. 104. in prin. Eras. prouer. 3805. Amicus &c. amico amicus, ut supra. prouer. 2. 326. 510. § Toto pectore salem & mensam. § Plutar. ubi supra. de amic. car. 480. a terg. Eccl. cap. 22. in fin. Geu. li. 2. car. 505. §

**Sinceræ fidei amici maxime in aduersis cognoscuntur.** § Plato li.

1.de legi.car.eius.2.a terg. § Fides quæ maxime in periculis lucet. Nihil est, cupere me factum, nisi tu factis adiuuas. § Plau. in Casina. cap. Qui illum. car. 118. in prin. § Amicum ferentarium se gerere. § In Trin. car. 295. & cap. minus, &c. § nec quicquam illud uerbust, bene uult, nisi qui bene facit. Amicos secundæ res parant, aduersæ certissime probant. § Sen. li. Sẽtentia. car. 71. a ter. in prin. Plutar. in apophtheg. car. 134. in Mamertinis. § Aduersa fortuna amicos probat, § ubi supra. lib. de adulat. car. 387. ante. § Consolandi, recreandi, in aduersis præsertim. § Vale. cap. de amic. car. 93. in prin. Vt de Tarqui. rege Tul. lib. de amic. car. 102. in prin. 104. in prin. Geu. lib. 2. in fi. car. 465. al Arciuesc. de Barri.

Amicitiarum sua cuiq; permanet stabilis & certa possessio, &c. Tũc cum exulasset se intellexisse quos fidos amicos habuisset. qui igitur in re utraque grauem, constantem, stabilem se in amicitia pręstiterit, hunc ex maxime raro hominum genere iudicare debemus. Amicos factis nõ ex dictis pensent, dixit Quintius Conf. in conuentu græcorum. not. Liuius § li. 34. car. pen. a terg. in prin. 185. Plato epist. 9. ubi supra. Sen. epi. 35. Cum te, &c. Apia. in Mithri. car. 329. in prin. § Ad opera eius potius quam ad uerba adhibere animum. Tempore fælici, &c. § Plaut. in Sticho, cap. ita me, car. 288. a terg. § ut cuique homini res parata, firmi amici sunt, &c. § Apia. lib. 1. car. 32. in prin. § Norbanus satis ratus, nullum ulterius ex amicis (ut in aduersis mos est) in fide permãsurum, priuatam nauiculam inscendit, & Rhodum propere euadit. Vt aurum igne, sic beniuolentia fidelis periculo aliquo perspici possit. § Tul. lib. 9. epist. famil. car. 127. Delectauerunt, &c. § fælicitas multos habet amicos. § Eras. prouerb. 2404. Boet. lib. 2. de consolat. in fin. car. 26. libr. 3. car. 32. ante. Apia. in 1. car. 32. in prin. § Dum Zephirus spirat. § Ponta. lib. de benefic. car. pen. 121. ante, Polyb. in 3. car. 132. li. 4. car. 168. a terg. § Vt sunt barbarorum ingenia, cum fortuna mutauerat fidem, qui in periculo sunt, quandiu spem in amicis ac socijs habent, tandiu cum ijs amicitiam putent seruandam. Sunt qui tãtum uiuentes amant, seu potius amare se simulant, nisi quos florentes uident, nam miserorum non secus ac defunctorum obliuiscuntur. Vt cuique homini res parata est, firmi amici sunt, si labãt res lassæ. Itidem amici conlabascunt, amicos res inuenit. § Orat. Oda, O diua gratum. § At uulgus infidum, &c. § Plutar. in uita Luculli de Mithridate in Tigranem, car. 184. in prin. § Tigranes post Mithridatis cladẽ, nõ eum uidere, non affinem sibi uirum tanto Imperio eiectum, alloqui dignum censuerat. § Plin. lib. 9. epist. 9. Vnice probo, &c. Plaut. in Sticho. cap. Ita ne? car. 288. a terg. Plutar. & in uita Niciæ. car. 193. a terg. in med. §

Prospe-

Prosperis rebus permulti reperiuntur fautores, plerique norunt nisi quod fructuosum sit, & amicos tanquam pecudes diligunt spe tantum fructum capiendi, rebus commutatis statim auolant. Plutar. ipse ❡lib. de Adulat. car. 2. Tul. ubi supra. car. 5. fin. 106. a terg. ❡

Amicitiæ temporariæ dum conducunt coluntur, tamen simulatione amicitiæ duntaxat ad tempus. ❡ubi supra. car. 101. in fin. Sen. epist. 9. in med. ❡ Hæ sunt amicitiæ, quas temporarias populus appellat, qui causa utilitatis assumptus est. Nihil autem simulatum esse debet, nihil fictum. ❡ Tul. etiam. car. 97. in princ. ❡ Est enim amicus secundum tempus suum. ❡Eccl. cap. 6. in prin. cap. 37. a. ❡ & non permanebit in die tribulationis. Sodalis amico cõiucundabitur in oblectationibus, & in tempore tribulationis erit aduersarius, &c. Diues commodus, &c. ❡cap. 13. d. Era. prou. 216. 1088. ❡ Fælicium multi cognati. Dion. lib. 38. car. 36. a terg. lib. 41. in prin. car. 97. in consolat. ad Ciceronem. prouer. 1781. Eras. ❡ Viri infortunati procul amici, sed & inimici. Boet. ubi supra. car. 32. ante. Ioui. in re Turc. de Solym. Imper. Cæs. lib. 3. ciui. car. 4. fin. a terg. in med. prou. 3125. ❡ Benignior pellace uulpica tribus minis. ❡nu. 1337. ❡ Vtilitas quæ.

Amicabilis ad societatem magis amicus quam frater. prou. ❡ cap. 18. in fin. Eras. prou. 2917. ❡ fidus amicus, &c. ❡Home. li. 8. odiss. in fin. car. 72. ❡ An aliquis etiam socius uir grata sciens bonus, quoniã non fratre minor est qui socius existens prudẽtia sciat. Vbi amici, ibi opes. ❡ Plaut. de quo Eras. prou. 224. ❡ Cyrus, de quo Xenop. ❡ libr. 8. car. 5. fin. a terg. ❡ non est aureum hoc sceptrum Cambises quod regnum seruet, sed amici multi Sceptrum sunt regibus uerissimũ maximeque securum. Pereo nullis fultus amicis. Deserta est futura uita humana nullius amicitiæ cincta præsidio, taleque subsidium tam necessarium temere assumi non debet, apprehensum sperni non conuenit. ❡ Vale. cap. ipso de amic. in prin. Plato epist. 1. in fi. epist. 6. in prin. Phalaris tyran. epistola sua ad Aglaum. car. 7. ❡ Quantum amicorum bonorum constantia atque fidelitas. Amicus fidelis protectio fortis, qui inuenit illum, inuenit Thesaurum. Amico fideli nulla est comparatio. Amicus fidelis medicamentum uitæ. ❡ Eccle. cap. 6. b. cap. 25. b. ❡ præsidia regni sunt amici, arma, leges. ❡ Salu. in Iug. car. 33. in oratio. Micipsæ ad filios, & car. seq. per Adherb. in senatu cont. Iug. Plin. in paneg. suo. car. 4. ult. 390. ❡ Etenim cum plurimis amicitijs fortuna principũ indigeat, præcipuũ est principis opus amicos parare. ❡Dion. lib. 37. car. 3. a terg. ❡ Nihil æque oblectauerit animum quam amicus fidelis. ❡ Sen. lib. de tranquil. uitæ, cap. Nihil tamen, car. 153. ante. ❡ Ita in amicorum legendis ingenijs dabimus operam, &c. ❡ Plutar.

lib.de discri.adulat.car.3.a terg.369. §

Eorum recordatio iucundissima,& per litteras præsertim. § Plut. in uita Iul.Cæs.c.3.ante. in fin. & in uita Pompo. Attici. in fin. eius. § Primus amicorum per litteras salutandorum dicitur repertor. § Tul. in 2.offic.car.5.Dion.lib.37.car.3. a terg. § rerum autem omniũ nec aptius est quicquam ad opes tuendas ac tenendas,quam diligi,nec alienius quam non amari. Vnde Ennius,Quem metuunt oderunt. § & li. de amic. in Tymone.car.107.a terg. § Sine amicorum beniuolentia, nec in aduersa,neque in secunda fortuna quisquam uiuere potest, dixit Ciceroni M.Marcellus,de quo in eius epi.famil. § li.4.plurimum,&c.

Amicitia plures res continet,quoquo te uerteris præsto est,nullo loco excluditur,nunquam molesta,&c. § car.95.in fin.96. in medio. § Quod si exemeris ex natura rerum beniuolentiæ coniunctionẽ,nec domus ulla,nec urbs stare poterit. § Quoniam res humanæ fragiles,caducæque sunt,semper aliqui acquirẽdi sunt quos diligamus, & a quibus diligamur. Charitate enim & beniuolentia sublata,omnis est e uita sublata iucunditas. § & car.ult. Tul.in lib.ubi supra.Plutar. in apophtheg. car.155.a terg. § Vtilitates in amicitia not. Tacit. § lib. 20.car.2. in prin.76. § Nullum maius boni imperij instrumentum, quam bonos amicos,fidelem uirũ omni argento atq; auro in seditione meliorẽ. § Plato lib.1.de legi.car.2.a terg.in princ. Plut.libr de adulat.car. 369. a terg.Geu.lib.2.car.504. § Amicus magis necessarius quam ignis & aqua. § Eras.prouer. 1175. § Sine amico uita est uisceratio leonis ac lupi. § Sen.episto.19.in fi.Exulto,&c.Tul.in 2.offic.car.39. a tergo. § Nullis præsidijs septi,multis afficiemur iniurijs. Imprimis igitur habendum quibus cum possis familiares conferre sermones. § & in oratio.pro Plancio.car.antepenul.ubi de gratitudine plura. § Quæ potest esse iucunditas uitæ sublatis amicitijs? Ego uos hortari tantum possum,ut amicitiam omnibus rebus anteponatis,nihil est enim naturæ tam aptum,tam conueniens ad res uel secundas uel aduersas. § lib.de amic.car.4.a ter.5.in fi. 107.a terg.libr.1.de finib. in fi. car. eius penulti. § Secundas enim res facit splendidiores,aduersas communicans leuiores,quod melius cognosci potest ex dissensionibus & discordijs,&c. plura.adeo ut uitam sine amicis nullam sentiant. § car.107. a terg. § Solitudo & uita sine amicis insidiarum & metus plena est, ratio ipsa monet amicitias comparare, quibus paratis confirmatur animus, &c. Plin. § in paneg.d.car.390. § Amicorum neque nobis,neque cuiquam hominum satis fuit.dixit Sylla ad Bochum regem, de Iugurta sibi tradendo,non e contra. § Salu.in Iug.car.85.a terg.Eras.prou.2388.3075. Nhil hi omini.Alcia.fab.155.157. § Vnus deus,amici plures. Quid

enim

enim ſtultius q̃ parare pecuniã,ueſtes, equos, uaſa pretioſa,&c. amicos non parare, optimam & pulcherrimam uitæ ſuppellectilem. { Tul. ubi infra. de amic. car. 102. in prin. Orat. Sat. 5. libr. 1. egreſſum mag. } nil ego contulerim iucundo ſanus amico, &c.

- Electio,&c. paucis familiaris ſis, omnibus æquus. { Sen.d.car. 72. a ter. de form. hon. uitæ. cap. de cõtin. in fi. Geu. li. 1. car. 97. ad Ferdi. Gonzalũ. } Conſiliarius ſit tibi unus è mille,&c. { Eccl. cap. 6. in prin. } narraui amicis multis conſilium meum. { Plaut. in aulul. cap. Narraui. car. 72. a terg. in menech. car. 187. cap. Quis a me. in fin. } Conſulam hanc rem amicos meos quid faciendũ cenſeant. { in pen. car. 252. cap. decipitur. } Decipitur nemo, qui ſuis amicis narrat recte res ſuas,&c. { in ſticho. cap. Qui manet,&c. in fi. eius. } bene ualete, Ibo, atque amicis uoſtra conſilia eloquar, probiores credo arbitrabunt,&c. { in Trin. cap. Quomodo, &c. car. 297. } Ibo ad meum caſtigatorem, atque ab eo conſilium petam,&c. { nota de confeſsione,&c. } neque multis, neque nullis ſis amicus. Amico & inimico noli narrare ſenſum tuum. { Eccl. cap. 8. in fin. Non omni. cap. 19. b. } cum iudicaueris diligere oportet, non e contra. { Tul. ubi ſupra. car. 106. ante. in fi. 107. ante. Geu. car. 41. 42. Vt ne nimis,&c. Eraſ. prouer. 2537. Plut. d. car. 481. in fi. operis. Sen. d. car. 71. & lib. 6. de benefi. car. 118. cap. Sed ut me. epiſto. 3. in fi. } Dexteram non cuique inijciendã, dixit in præceptis Pithagoras, de quo Plut. lib. de educat. liberorum. { c. 119. in prin. ubi ſupra. car. 480. a terg. de amic. Eraſ. prouer. 2. Alcia. fab. 39. } Amicos quot habeas neſcis, oues & capras ſcis. { Tul. li. ipſo de amic. car. 103. a terg. 102. in prin. 107. ante. } Experiendi ergo quos cognoſcere aues, ex multis exquire unum qui certus ſiet. Plaut. in pſeud. { c. 226. cap. pſeudole. in fi. Plut. de Namerte in apophtheg. car. 174. } Amici diem perdidi, dixit Veſpaſi. Imp. non collato in quẽ quam eo die aliquo beneficio. { Sueto. in eo. car. 335. } & idẽ per Scipio. Africa. de quo Ponta. { li. ult. de prud. car. 160. } multi modij ſalis edendi ſunt priuſquam cognoſcas amicum. { Tul. ubi ſupra.

Amico non indiget ſapiens. { Sen. epi. 9. ubi plura, An merito, in med. Tul. ubi ſupra. car. 7. eius. 97. a ter. } Virtute & ſapientia ſic munitus eſt, ut nullo egeat. { Tul. ubi ſupra. car. 95. ante, & in 1. offic. car. 11. á ter. } præferendi ſunt de pluribus, coniux, liberi, fratres,&c. Item ciues potiores ſint quam peregrini, propinqui quam alieni,& cæ. ut & infra. in uer. Benefic.

Amicorum uulnera meliora, quam fraudulenta oſcula odientis. prouer. { cap. 27. a. Eccle. cap. 22. in fin. } Et ſi mala mihi euenerint. { Sen. li. Sent. car. 71. a ter. in prin. } peiora ſunt tecta odia q̃ aperta.

Amicum

Amicum ita habeas,ut quandoque inimicum fieri posse putes, dicebat Biantes, quem repræhendit Scipio Africa.de quo Tul. ⟆ lib.ipso de amic.car.100.a ter.103.Sen.in suis prouer.Ita amicum, &c. ⟆ Ita crede amico,ut non sit inimico locus. Est igitur prudentis uiri sustinere ut cursum,sic impetum beniuolentiæ, &c. ⟆ Valer. cap. Vafre dictum.car.156.Eras.prouer.1027. ⟆

Ama tanquam osurus,dicebat & Euripides, de quo Plut. ubi supra. ⟆ Gel.lib.17.cap.14.in suis prouer.cap.3.in fi.libr.1. in med.Macrob. lib.2.car.308. ⟆ reprobat etiam Tul.libr.ipso de amic.ut imprudenter prolatum.

Ne quid expectes quod tu ipse facere possis,de Cassita Gel. ⟆libr. 2.cap.29.Eras.prou.937. ⟆ mihi ipsi balneum ministrabo.Beneficia nec improbanda. ⟆ infra.in uer.beneficia. ⟆

Amicum ne decipias,dicebat Hipparcus,de quo Plato ⟆in eo.car. 1.in fin. ⟆ Amici ne diligas inimicum. ⟆ Hom.libr.9.Ilia.car. penult.ante. ⟆

Qui denudat arcana amici fidem perdit. ⟆ prou. cap. 25.b.Eccl. Qui conuitiatur amico dissoluit amicitiam. ⟆ cap. 27.c. cap. 22.c. Plutar.libr.de adulat.car. 385,388.Orat.Sat.3.in fin. ⟆ Mihi dulces ignoscent amici,& cæ. ⟆ car.4.fin. Xenop. libr.8.car. 4.132.ante. ⟆ Oportunitas captanda,non in conuiuijs,nec amicorum uitia in amicos obseruare,unde libere admoneas, offendas minime, post obiurgationemque non destituere amicum, sed præsidium præstare & opẽ afferre. Amicum orare decet,amico propitia,non cõtraria cum iniuria. ⟆Home.in 9. Ilia. in fin. ubi supra. ⟆ neque te oportet hunc diligere, &c. Amico,uxori,filio,ne des potestatẽ super te & bonis tuis, ne pæniteat, &c. ⟆ Eccl.cap.33.cap.9.a. ⟆ Neutralitas uitanda,ut infra.in uer. Neutral.Nimia familiaritas contemptũ parit,uel facilitas tãta. ⟆Plutar.in uita Cato.Vtic.car.255.in prin. ⟆ Occasiones quærit,qui uult discedere ab amicitia,ansam quærit,&c. ⟆ prouer.cap.18.a.Eras. nu. 304.1068. ⟆

Deponenda amicitia & dissoluenda quandoq; ut pernitiosa. ⟆Tul. ubi supra.car.106.in princ.Eras.prou.1286.libr.1.offic. car.24.ante. ⟆ Est dissuenda,non præcidenda.

Multas amicitias diremit silentium. ⟆ Eras.prou.1026. ⟆ Conuersatio,è contra,ipsam auget,&c.ratio est,de qua Gel. ⟆lib.12.cap. 1.in fin. ⟆ de filijs per parentes educandis. ⟆Tul.ubi supra.car.97. in fin. ⟆ me dilexit,auxit beniuolentiam consuetudo.

Amici uitia,si fers,facis tua.Sen. ⟆ in suis prou.car.167. ⟆ Secrete admone amicos,palã lauda,&c.Geu. ⟆plura.li.2.car.306.a. ⟆ D. Alfonso,

Alfonso, 307. principi periculosum est unam tãtum amicitiam colere, & alias excludere, quia seruituti proxima uidetur. Ioui. § lib. 31. car. antepen. § Absentem qui rodit amicum, qui non defendit alio culpã te, commissa tacere qui nequit, &c. § Orat. ubi supra. Sat. 4. libr. 1. car. 255. §

DE ANIMO.

Animus est quodam modo se habens spiritus. § Ita Tul. lib. de senect. car. antep. in fin. pen. in fin. plura. lib. 1. Tusculan. car. 5. de Enthelechia. Sen. epist. 50. in med. epist. &c. lib. de consolat. ad Albi. ut antiquiora. in fin. car. 149. in princ. Macrob. libr. de somno Scip. cap. 14. in prin. car. 68. cap. & 17. in prin. § Mentem esse dicit anima diuiniorẽ. Nostra uis omnis in animo & corpore sita est. Alterum nobis est cum dijs, alterum cum belluis commune. § Salust. in Catil. in prin. in Iug. in prin. Xenop. lib. 8. car. 5. fin. a terg. 153. in oratio. Cyri ad filios morientis. § Animus itaque neque stupidus est, neque insipiens cum separatur a corpore. Sed cum mens mera ac pura ab eo discreta fuerit, tũ etiam ipsam maxime & capere & sapere. Cum autẽ homo dissoluitur, abire singula ad cognatam spetiemque suam.

Animo tamen excepto, qui solus dum adest neque dum abest uidetur. At hominis animus tum maxime diuinus perspicitur, & tum futurorum aliquid perspicit. § Põt. in 1. de prud. car. pen. 167. li. 2. in prin. § hominis solius proprium, non belluarum est fælicitas. Itaque ratione & mente differimus a bestijs, &c. plura.

De triplici animæ qualitate, quæ alat, quæ sentiat, quæ ratione utatur. § Sen. epistol. 41. in med. facis, &c. § In homine laudandum est quod ipsius est, quod sibi eripi non potest nec dari, quid hoc est? animus & ratio in animo perfecto. § epi. 80. in med. hodierno, &c. § Quanto facilius animus corroborari posit, ut fortunæ ictus excipiat inuictus, &c. ex se crescit, se ipse alit, &c. § epist. 92. in princ. puto, &c. § Quid est beata uita, securitas, perpetua tranquillitas, hanc dabit animi magnitudo, constantia, &c. § epistol. 120. in med. epistola tua, &c. §

Maximum argumentum est animi ab altiori uenientis sede, si hæc in quibus uersatur, humilia iudicat, & angusta, si exire non metuit, &c. § Pont. ẽt in Aegidio. cap. Quid ni mihi? &c. car. 171. ante. § Vt homo sui Iuris sit, in ijs administrandis omnibus, in quibus animus imperare habeat, ẽt particeps diuini, & humani uel uoluptatum. § Plato in Phedro. car. 4. 183. in phedo de anima. car. 204. eius 6. lib. 10. de rep. car. 4. uel 272. a terg. in med. § Vt pote qui cognatus sit diuino, in mortali, sempiterno, animus post deos diuinisimus est. § li. 5. de legi. in prin. § Antiquiorem diuinioremque corpore animam esse. § in Epin. in fin. car.

Ephemeri dicti paruo uiuentes tempore. § Eras. car. 333. ante. § Ephemeri uita, uiue memor quam sis æui breuis. Orat. § in 2. sermo, Oda. 4. lib. 1. § Vitæ summa breuis, &c. Sed cum sit genus hominũ superbissimum sua parum sorte contenti, uitę breuitatem accusant, nec intelligunt, qui plures ætates uixisse memorantur, ut Ioannes a Stampis, § de quo Aemil. libr. 5. in Ludou. 7. rege. 40. Franc. car. 220. § qui uixit annos. 160. in circa, & alij de quibus cap. de senect. notauimus. Eos nec Solonem, nec Catonem superasse uirtute & sapientia. Temporis profusissimi sumus, cuius est unius honesta auaritia. Alter enim post mortem quoque est, alter ante mortem perijt. Non fuit unus è multis, sed uixit, & uiguit. § Sen. epist. 93. in Epia. Ponta. in dial. Charon. car. 4. ante. 52. § Breue tempus ætatis satis longum est, ad bene honesteque uiuendum. Liuius præter tantam rerum historiam scripsit & dialogos, &c. § Sen. epi. centes. Fabiani, &c. 101. in fin. Tul. lib. de senect. § non longissima uita, sed uirtute prædita optima est habenda. Plato in Tymeo, § car. 4. fin. a terg. § Quem secutus est & Plutar. in sua con solat. Bene uiuas oportet & refert, non quandiu. Non ut diu uiuamus curandum est, sed ut satis. Longa est uita, si plena est, impletur autem, &c. § Sen. epi. 93. In epi. ubi plura. §

Actu metiamur illam non tempore. Quæris quid sit amplissimum uitæ spatium? usque ad sapientiam uiuere. Cognosci dicitur spatiũ uitæ per Aristot. de quo Plin. § li. 11. cap. 52. § per signa hominis uita uel longior uel breuis. § Carda. libr. 12. de subtilit. car. 446. § rationẽ reddit. Causa longitudinis uitæ hominis est calor maximus, & humidi pinguis abundantia, &c. plura, Plin. lib. 7. cap. 51. §

Senilem Iuuentã præmaturæ mortis esse signum, & ideo puerum statura uirili breui tempore uixisse. § & infra in uer. Cito. § Ingenia quæ illustriora breuiora sunt. § Persi. Sat. 4. in prin. § Scilicet ingenium & rerum prudentia uelox, ante pilos uenit. § Sen. lib. de cõsolat. cap. præter hoc. car. 147. ante, epist. 77. in fin. subito. Plin. li. 7. cap. 51. in med. Senilem Iuuentam, &c. § nulla uita est non breuis. Non quandiu, sed quam bene acta uita sit refert. § Pli. lib. 3. epi. 7. in med. Modo, &c. § Quid tam circumcisum, quam uita hominis longiss. Plinius auunculus, tempus in horas disponens diligentissime excussis tot mill. librorum, de quibus lib. suo 1. historiam conscripsit. § in lib. 36. & ut in epist. 5. libr. 3. § per eius nepotem & filium adoptiuum relatum est. Drusi Nero. in Germania uictoris gesta li. 20. & alia quam plura uolum. de Aufidio Basso. li. 36. Electorum commentarios. 160. Origenem scripsisse ad sex mill. uolu. librorũ dicit B. Hieron. de quo Platina lib. de Pontific. hominis ætatem cornicis, cerui, &c. § Plin. libr. 7. cap. 48. de nimphis. not. in cap. de senect. in fi. diu uiuentibus. & in cap. orac. in fin. §

## DE BREVITATE CORPORIS.

Breuitas corporis est contemptibilis (ut proceritas commendata) de Aduaticis Gallis Cæs. § li. 2. Gal. car. pe. in fi. § Vnde dicit Plut. in sua polit. Leo Bizantius Orator Athenis profectus, quia pusillus uisus, derisui habitus est, & de Tydeo not. Home. § lib. 5. Ilia. & Eras. prou. pusillus, ut Molon. § de Lucio bipedali. § Sueto. in Aug. Imper. car. 85. & in Domit. Imperat. ult. cap. spectacula car. 339. a tergo. § portentosi paruique capitis. § Plin. plura. lib. 7. cap. 16. § de uaria hominum statura. § Ponta. lib. de magnanim. cap. Verum. Geu. libr. 1. epistol. a D. Ignigo. car. 87. § Archidamus rex pecunia mulctatus dicitur per Lacedæmonios quoniam pusilli corporis uxorem duxisset propter progeniem, &c. § Plut. li. de libe. educan. in prin. car. 109. in prin. § Constantius Imp. Constantini magni fil. Romam intrans, statura etiam paruulus, caput incuruabat (more anserum) ex quo risum promouebat quibusque. § Plati. in Felice Pontif. 38. § Petrus Heremita, acri uir ingenio, nationes plures inuisit explorabundus, paupertate uilique cultu inter Barbaros tutus, & qui corporis specie indeco-

ra,breuiq; statura,& minus liberali facie contēnendus, magisquā metuēdus apparebat,&c. § Aemil.li. 4.car.2.148.a ter.In Phil.1.reges 38.car. 181. etiam ubi supra.§ Corbana exiguo erat corpore sed ingenti spiritu, &c.Proceritas unde stata commendabilis,ut de Scipione Liuius ac Plutar. ubi supra,& in uer.bona.Plin. §de Traiano Impe.in suo paneg.car.334.§ de Henrico rege Angliæ, Iouius § libr. 11. car. 177.in fin.Virg.in 8.§ de Palante, Cunctis altior ibat, corporis proceritate,& egregia indole mirādus apparuit,&c. § Plato in Charmi.car.1.a terg.111.& lib.6.de rep.car.2.ante & a ter. 246.§ Honesta sit indole atque procerus.De Palante ipso Euandri filio not.Corius § in Henrico Imper.car.555. a tergo.§ Romæ in sepulchro reperto cum inscriptione sui nominis,pedum decem. Orestem Agamemnonis filium cubitorum septem repertum refert Herodo. § lib.1.cap.6.Iudæum procerioris staturæ,refert Colu. § li.4.cap.8.ubi & de Neuio Pollione.Plin.d.cap.16.lib.7.Iosep.lib.18.antiquit.cap.12.in fin.Carda.lib.11.car.432.§ M.Anton.Columnam commendat Ioui.li.18. hist.in fin.§ staturæ proceritate,firmitate membrorum,decore uultus,&c. §Gueu.li.1.c.78.a Don Ignigo.c.79.§ Anteus dicitū cubitorū septuag. § Plut.in uita Serto.car.2.ab Hercule tamē superatus.Nimis proceri quinimo habentur ut plurimum,inertes, ut in prou. Caliga Maxim.est expositum prouer.Clematis Aegyptia. § Eras.car.11. a terg § Amens longus. § car. 267. in fin.§ nihil ab elephanto, caput uacuum cerebro, Arcadicum germē. A breuiori superatum procerum habetur pridem in Bucecallo Genuæ præfecto per Gonzagam singul.certamine. § Iouius in Baiazet Turc. Impera.§ Gallus per Torquatum de quo Liuius § li.7.Cæs.lib.2.in fin.car.pen.lib.4. de Sueuis.car. 1.§ Galatam corpore eximium & uelocitate superauit Maurasius perbreuis. § Apia.lib.1.in med.car.18.in prin.§ Inter Corbim & Orsuam fratres,Liui.per Scip.ad Carthag. nouam § libr. 28.car.5.Vale.cap.Dicta improba.§ Astu facile maior superauit stolidas uires ætate minoris.

## DE BREVITATE.

Breuitas in dicendo laudata.Nam facietas molestissima,laconismus, id est breuiloquentia,ut in prou. de quo Eras. Scytala item Laconica, breuis epistola. § Beroal.in 61.annotat. sua.§ non est eiusdem & multa & oportuna dicere. § prou.199.§ grata breuitas. de Licurgo Plutar. § in eius uita,car.15.in fin.§ de Alcibiade ad Ephoros, not.idem Plutar. Perdita sunt bona Mindarus interijt, &c. § in sua polit & per Pomponium prætorem de prælio ad Transimenum & clade,Liui. § lib.22.car.2.a terg.Plutar.in Fab.Max. O uiri Rom. magno

gno prælio uicti sumus,&c. Phocionis breuitatem in dicendo admirabantur omnes. Demosthenem oratorem aiebant amplissimum, &c. § in eius uita. § Optimũ orationis genus,quo paucis multa sunt grauiter,sapienter,acute significata,&c. Adest uerborum meorũ gladius, dicebat de Phocione Demosthenes ipse. § & in apophtheg.car. 176. in fin. § de Spartiatis in Samiorum legatos. posteriora non percepimus,quia prima memoria exciderunt. Menelaus succincte dicebat, pauca quidem,dicit Hom. § lib. 3. Ilia. § sed ualde acute,quoniam nõ multorũ uerborum. Lucij M. Antonij Triumuiri fratris in sua deditione ad Cæsarem,modestiam breuitatemque loquendi uel maxime laudauit Octauius ipse. § Apia. li. 5. § de congressu Lucij & Cæsaris ad Perusiã,& Minutij ad Cæsarem,de quo. Cæs. § ipse lib.ult.ciuili.car. 508. § Si mihi uitam tribuis,&c. Agesilaus Ephoris gaudiũ. § not. Plutar.in apophtheg.Lacon. § car.4. uel 158. § Multas Asiæ partes subiugauimus,Barbaros expulimus, &c. Boemi se dedentes Carolo Magno Imper.eorum uictori. § not.Aemil.lib.3.car.107.a tergo. § ita dixerunt, Dux felix fortissimos superasti uiros, quo quid fortunatius? in deditionem accipe.& etiam Bulgari, § ubi supra car. 109. in fin. § per Crunum eorum regem,Nicephorus es,utere nomine nuncupationis tuæ, uictoriam ferens, eaque certa & incruenta contentus da supplici æquas leges fædusque. Breuis esse laboro, &c.& alibi etiam Orat. Quicquid præcipies esto breuis,&c. § in Poet.& in Sat. 10. lib. 1. § est breuitate opus,&c.& summa sequar fastigia rerum. § Virg. in 1. § Deo quinimo grata breuitas. § Mathe.cap.6.b. § Orantes nolite multum loqui sicut Etnici faciunt. § Geu.libr. 1. c. 82. § Senatori Oratorique competens,nec est longa unquam oratione utendum,nisi,&c.in senatu per ambitionem. § Tul.in 3.de legi.car.ult. § Benedictus Pontif.horis septem orauit. § not. Aemil.car.452. a ter. In Carolo.6.rege. § Lex etiam breuis esse debet. § Sen. episto. 95. in med.petis a me. § Diuturnitas quando apta not. Plin. § li. 1.epi. 20.frequens,&c. § copiosa erat in Cicerone,breuis in Salustio, pinguis in Plinio. § Macrob.lib.9. cap.1.Saturn. § eligendus dicendi modus,non breuis,non longissimus,sed optimus,non enim curandum de prolixitate aut breuitate. § Plato li.4.de legi.in fi.eius,lib. 10.car. 1.libr.de regno,in med. § epistola quæ longissima optima,dicit Tul. § lib.ult.ad Atticum.car. 498. § Quid opus est longis in senatu sentẽtijs,cum optima cito consentiant,dicit Tacit. § in suo dial. car.ult. § in historia scribenda laudatur breuitas,ut magis idonea ad docendum, delectandum,mouendum. Sacietas è cõtra lectorem auertit. Vtilius est pauca idoneè effundere, quam multis inutilibus homines prægrauari.

nemo,&c. DE CASTIGATIONE.

Castigatio uel reprehensio necessaria est aliquando. Difficile est.n. Satyrã non scribere,&c. § Iuue.Sat.1.in prin.§ Sed hæc sincera cũ rõne sine Ira. § Sen.li.1.de Ira.car.1.& 2.Iuu.car.1.§ manum feru læ subducere. § Dion.li.44.car.10.165.in oratio.Cic.in morte Cæsa ris.§ ut solent patres in filios oĩa non castigantes delicta,sed aliqua re mittẽtes,&c.corrigẽdus est qui peccat,& admonitione & ui, & molliter & aspere, meliorq; faciẽdus est tam sibi quam alijs non sine castiga tione,sine ira,&c.non minus gratum esse debet reprehendi,quam repre hendere. § Plato in Gorg.car.2.136.a terg. § delitiæ remouendę sunt & castigatio sine contemptu adhibenda,sine contumelia,ne nimiũ delitiosi reddantur.Ita & liberos uolumus. § Idem lib.7.de legi.car. 2.in princ.340.lib.6.car.pen.a terg.336. § qui odit correptionem, minuetur uita,&c.corripe amicum, ne forte non intellexerit, corripe amicum & proximum antequam commineris,&c.qui odit correptionẽ uestigium est peccatoris,&c. § Eccle.cap.19.b.c.cap.21.b. & seq. § plus proficit correptio apud prudentem, quàm centum plagæ apud stultum. § prou. cap.17.b.cap.9.b. § qui arguit impium sibi maculam generat,noli arguere derisorem ne oderit te, argue sapientem & diliget te. § Eccle.cap.7.a. § qui odit increpationes, insipiens est. § ubi supra. cap.12.a.cap.15.b. § Qui corripit hominem, gratiam postea inueniet apud eum,magis quam ille qui per linguæ blanditias decepit. § ubi supra,cap.28.d.29.a. § Illud assero ad honesta pueros exercitia,nõ plagis aut uerberibus,sed monitis ac rationibus adduci.&c. § Plut.lib.de libe.educ.in med.car. 115. lib. de cohib. Irac.car.449. § Si merito obiurgaueris,scito quia profuit, si immerito quia profuisse uoluit. § Sen.lib.de contin.car. 72. de form. hone.uitæ. § Qui nõ castigat,irritat.Dion. § li.55.car.10.fi. infra,in uer.Bonis nocet,de Iustitia. § Consueta uitia ferimus, nisi reprehen dimus.Sen.in suis prou.Crudelis,in re aduersa obiurgatio.plura supra, in uer.Amic.

DE CELERITATE.

Celeritas est breui in tempore multa peragere. § Plato in Laches. hæc uires adimit,sed tarditas occasionem. § Machia. lib. 2. Histor. car.47.li.3.car.97.cap. 30.§ periculũ affert celeritas ipsa. § Apia. in 2.§ de Cæsaris consilio in traijciendo freto. Festinatio improuida est & cæca, omnia non properanti clara certaque sunt, dixit Fabius Max.ad Aemilium Cons.de quo Liui.ubi de clade Cannensi. § & li. 31. in concilio Aetolorum per legatos Rom.§ Consilijs nullam esse tam inimicam, quam celeritatem dixit.Celerem enim pænitentiã, sed

ſeram atque inutilem ſequi cum præcipitata conſilia reuocari non poſ ſint. Tædium ex mora prouenit, periculum ex properantia. § Tacit. lib. 12. § de Mithridate. Mediocritas plerunque pernitioſa. § Tacit. ipſe lib. 19. in Vitellio, de Fabio Valente. § Agendi tempora conſultando conſumpſit, quod inter ancipitia deterrimum eſt, dum media ſequitur, nec auſus eſt ſatis nec prouidit. § alia not. ſunt in cap. Milites, in uer. neutral. nu. 17. § Nimium enim properans tardius abſoluit, ut eſt prou. de quo Plato, § lib. de regno car. 2. libr. de rep. 7. car. 254. car. pen. in prin. Eraſ. prou. § Canis feſtinans qui nimium properat, &c. Artabazus, de quo Herodo. § libr. 7. cap. 2. in med. § Lenti prudentes, Romanus ſedendo uincit. Qui feſtinus eſt, pedibus offendet. § prou. cap. 19. a. § Aſſequitur tardus uelocem. § Home. li. 8. Odiſſ. car. 67. § Dandum eſt tempus actionibus. Veritatem dies aperit. § Sen. lib. 2. de ira. cap. Quoniam. in fin. & car. ſeq. in prin. §

Mora quandoque utilis. § Ioui. lib. 11. car. 167. in fin. lib. 15. car. 313. a tergo. libr. 17. car. 360. libr. 25. in med. § Gallos mora & cunctatione eludendos, impetu tãtum ualentes. de Pompeio Bruto & alijs ideo ſuperatis § nota in cap. milites nu. 8. in fin. car. eius ult. § nec audaciæ conſilium deerat celeritatem præcipitibus rebus, cunctationẽ immaturis, dubijs fortem animum, &c. de Pipino, Aemil. in Theodor. 1. rege. 15. car. 53. a terg. & in Ludou. 7. rege. 40. car. 218. a ter. § Vbi ſenſit celeritatem uimque animi cunctatione potiorem, ad Maxi. &cæ. Ocior accipitre, &c. prou.

In omnibus eſto uelox operibus tuis. § Eccl. cap. 31. c. § multa bella impetu ualida per tædia ac moras euanuiſſe dicit Tacit. § libr. 17. in Othone & Vitellio, Ioui. lib. 17. § in Gazelis opinione. Celeritas plurimũ profuit Cæſari, Alex. Mag. Carolo Magno, Baiazet. Turc. regi. Tardus quãdoque Lucullus, & celerrimus Marius & Fabius Max. § Curt. lib. 5. car. 53. 57. Apia. in 2. car. 55. 62. Dion lib. 42. car. pen. de Cęſare, de Carolo, ad Plutar. car. 339. pluribi, & in Alcibia. uita. car. 40. In Mario. car. 165. in Lucullo. 185. Ioui. in Selymo Imper. in prin. & in Baiazetis uita. lib. 38. car. 179. in Coſmo. § & per Græcos ad Marathonem duce Milciade in Perſas. § Iuſti. lib. 2. in med. § in Treuiros Labienus de quo Cæſ. § lib. 6. car. 2. a terg. § Heluetij ad Nauaram in Francos inopinantes. § Ioui. lib. 11. car. 171. § In Iubam regem Cæſar, ut pluribi habetur, contra per Henricum regis Frãc. filiũ ad Perpenianum inuadendum miſit, ubi mora uictoriam abſtulit Heluetios expectanti, Ioui. § lib. 41. car. 10. in fi. §

Lente propera, prou. de quo Suet. in Aug. § cap. neque poſt. car. 69. § feſtina tarde. Tutus melior quam temerarius Imperator. Sat cę

leriter fieri si fiat satis bene plura pedetentim. Placide bos, tacito pede. Eras. in suis prou. &c. Cato, de quo Sen. lib. 1. de ira, epist. etiam. 44. in fin. § In labirintho properantes uelocitate se implicāt. In tumultu festinatio quoque tarda est. § Curt. lib. 9. § In scribendo, loquendo, per uiam incedendo, quiete omnia faciendo dicit Plato, § in Charmid. car. 2. § sæpe enim, qui nimis properat, ut supra, tardius absoluit. § lib. 7. de repu. car. 4. Plaut. in casin. cap. age tibicem. car. 123. a terg. Alcia. Fab. 20. Maturare iubent, &c. § Quę ad animum spectant, uelocia promptaq;, tardis & quietis pulchriora esse. festinationē improbauit Augustus Imper. ubi supra. not. Suet. Maximi est momēti ad res gerendas ipsa celeritas, dicit Plutar. § in Alcibi. Dion. lib. 42. car. pe. Apian. etiam. libr. 2. de Cæsare ipso. § in celeritate potius & audacia quam in apparatu spem ponens, breue tempus longum est imparatis. Dies enim affert & hora, nisi prouisum est, magnas etiā clades. § Tul. in Philipp. 3. in prin. & in quinta. § minimis momentis maximæ inclinationes temporum fiunt, tum in repub. tum in bello, &c. Cū plerisque in rebus gerendis tarditas & procrastinatio odiosa est, tū hoc bellum indiget celeritate. § in Philipp. 6. ad fin. § Sed omnia sunt maturanda. § Ponta. in 4. de prud. cap. omnino. Cæs. libr. 1. Gall. car. 25. § Cæsar magnis diurnis nocturnisque itineribus contendit, &c. Nihil in discordijs ciuilibus festinatione tutius, ubi facto magisquā cōsulto opus esset. § Tacit. libr. 17. in fin. car. 48. in prin. § Cito uenientia, cito fluunt, quicquid ad summum uenit, ad exitium prope est. Quæ cito maturuerunt, &c. § Plin. li. 21. cap. 1. § Ingenia quo illustriora breuiora sunt. Videre puerum Romæ fuisse statura ingentis uiri, sed hic cito decessit. § Sen. lib. de consolat. cap. præter hoc. Ponta. in dial. Charon. cap. en Aeace, &c. § Odi puerum præcoci sapiētia. § Eras. prou. car. 328. in fin. Alcia. fab. 199. de amigdalo. Plin. li. 7. cap. 51. in med. § Ante barbam doces senes. Simul dictum & factum. Citius quam asparagi coquantur. prouerb. de quo § Sue. in Aug. Imp. § Celeritas in actionibus, errore uexatur. Mora quandoque mater est effectus, & boni exitus. Scelera impetu, bona consilia mora ualescere. Tacit. § lib. 17. car. 5. a tergo. Herodo. lib. 7. cap. 2. car. 2. a ter. § Etiā celeritas in desiderio mora est.

Mora omnis odio est, sed facit sapientiam. Sen. in suis prou. præueniendo & diuertendo conficiuntur optime bella. Guizard. § libr. 1. car. 34. § Tarditas autem ut plurimum pernitiosa. Guizard. § ubi supra. car. 37. § de Federico cum classe in Genuenses. Sed, ut supra, quæcunque negotia maturanda sunt per prudentem, uel celeritate uel quandoque procrastinatione.

## DE CONCORDIA.

Concordia paruæ res creſcunt, Diſcordia maximę dilabũtur. ₰ Salu. in Iug. Apia. in prohe. lib. Lybici. in med. ₰ Agrippa uir ingentis animi, fœlixque cum in publicum fuit, dicere ſolebat, multum ſe huic ſententiæ debere. ₰ Sen. epi. 94. in med. hanc partem, &c. car. 51. in prin. Xenop. item. lib. 8. car. 5. fin. ₰ de Cyro in eius filios tunc decedente. ₰ Liui. lib. 10. in Facio, in Decio. car. 80. a ter. ₰ ex concordia conſulum bona quæque, ex diſcordia mala euenirent. Diſcordiam & ſeditionem omnia oportuna inſidiantibus facere, Concordiæ in ciuitatibus principes, &c. ₰ lib. 34. car. pen. a terg. Alcia. fab. 123. de Leone & Sue. ₰ Nihil occulti eſſe poteſt inteſtina in diſcordia. ₰ li. 40. in prin. ₰ de ſeditione inter Perſeum & Demetrium fratres Philippi regis filios. Propter unitatem & commodum mutuum inſtitutæ ciuitates, & hominum cætus, &c. ſic ſe inuicem accipiunt homines, aliumque ad alium uſum aſciſcunt, cum multis indigeant, conducere ſibi uiciſsim exiſtimantes. ₰ Plato lib. 2. de rep. car. 3. li. 4. in prin. ₰ Vnaquæq; ciuitas duæ ſunt inuicem diſsidentes. ₰ lib. 5. de rep. in med. lib. 8. in princ. eius. car. 2. ante. in med. Alcia. fab. 10. in uer. fœdera, &c. ₰ ciues impulſione conciliat, facitque ut mutuo ſeſe adiuuent, cõmunemq; pro uiribus utilitatem colant, &c. Vt ipſis ad copulam ciuitatis utatur omnem rempub. mutari, uerum eſt quando in ipſa ſeditio oritur. Dum uero ipſa ſecum conſentit, mutari eſt impoſsibile. Non ullæ opes aut latifundi tantum ualent ad uitam, quantum mens bonorum uirorum cõſentiens. ₰ Plato ipſe, epiſt. 1. in fin. epiſt. 7. in med. ₰ quare ſeditiones ipſę componendæ ſunt in ciuitate. Quamobrem, qui tanquam potentiores rempu. tenent, ſi ſalutem exoptant, &c. ₰ car. 385. a terg. in med. ₰ Nihil eſt tam periculoſum ciuitatibus, quam cum delecti ciues inter ſe diſsident. Inimica nanque eſt maximarum rerum diſcordia. dixit & Catilina in reſponſione ſua in ſenatu. Aeternas eſſe opes Rom. ſi non inter ſeſe ſeditionibus ſæuirent. ₰ Liui. lib. 2. in med. car. 7. a terg. ₰ Vna communis utilitas, quæ ſocietatis maximum uinculũ eſt, &c. dixit Annibal ad Antiochum regem profugus, de quo Liuius ₰ li. 36. in princ. eius. ₰ Concordia uictoriam, Diſcordia exitium attulit. ₰ Eutrop. in bello Numant. car. 50. Aemi. car. 40. in Clota. 2. rege. 10. ₰ nullam ratus prævalidam armis gentem inter ſe cõſentientem uinci ab externo hoſte, quamuis feroci opibusque præſtante. Inſuperabilem ciuitatem, non arma, non pecuniæ, ſed unus publici decoris cõſenſus efficit. ₰ Ioui. lib. 26. hiſtor. car. 285. in prin. car. eius. 6. libr. 25. in med. de Carducio in Florentia. ₰ funiculus triplex difficile rumpitur. Omne regnum in ſe diuiſum facile deſolabitur. ₰ Eccl. cap. 4. in med. Ma

the.cap.12.b.Plin.li.33.cap.11.§ Legatos Carthagin.dixisse inueni mus, Nullos benignius inter se uiuere quam Romanos, eodem enim ar gento apud omnes cænitauisse seipsos. Discordia uenenum est urbis, pa trum, & plebis certamina, dixit Quintius Cons. de quo Liuius § lib. 3.car.ult.Vale.cap.sapi.dicta, de Claud.Nero.& Liuio Cons. § quod si exemeris ex natura rerum beniuolentiæ coniunctionem, nec domus ulla nec urbs stare poterit. Id si minus intelligitur, ex discordijs percipi potest. Quæ est.n.domus tam stabilis, quæ tã ciuitas firma est, quæ non odijs atque dissidijs funditus possit euerti? &c. §Tul.li.de amic. car. 6.ante. § sine cognatione iniustus, sine domo est ille qui bellũ amat intestinum asperum, dixit Nestor, de quo Home. § libr.9. Ilia.car.2. exemplũ in binos equos per Sertoriũ, in Lusitania, productos, de quo Plutar. De fasciculis per Scilurum, de quo Plutar.etiã §in apophtheg. car.125.& in uita Sertor. Ioui.lib. 11. car. pen. § de Heluetijs domi inter se sæuientibus, de Saladini filijs, per Blondum. De Tamburlani filijs, per Iouium ipsum. De membris corporis inter se dissidentibus cũ uentre, per Agrippam legatum, de quo Liui. §lib.2.in med. lib.4.in princ. § de Ardeatibus ex rapta uirgine. §Vnde Virg.in 7. § Tu potes unanimes armare in prælia fratres, atq; odijs uersare domos, &c. In dissensione nullam se salutem perspicere, &c. dixit Cæs. de Sabino & Cotta legatis a Gallis obsessis, & in difficultatem constitutis. § lib. 5.in med. § fælices ter & amplius quos irrupta tenet copula. §Orat. Oda.13.lib.1. § mutua defensio.prou.de quo Eras.& de cornicibus Politia. §in 67.miscell. Alcia.fab.38.Cornicum mira, &c. § Concordia fratrum, amor proximorum & coniugij. § Eccl.cap.25.a.Eccle.cap.4.c.Psalt.cap.132.§ probata sunt coram Deo & hominibus. Ecce quam bonum & quam iucundum est habitare fratres in unũ. Vnde è cõtra, Domesticum dissidium, prou.de quo Eras. Animorũ disiunctio, non potestatum dissimilitudo dissensionem facit, quia ex ambitione prouenit. §Tul.in oratio.pro lege agraria in Rullum.in prin. Plato.li.7.de rep. Alcia.fab.10.car.38.fædera, &c. § Spes præmij cõcordiam firmat.infra.in uer. Spes. Concordiam conseruat in ciuitate paritas. § Herod.lib.5.cap.6.§ Aureum est & adamantinum uinculũ, quod omnia in pace uita festiuitate tenet. Discordia uastitatem, solitudinem, orbitatem regnis affert, &c. § Aemil.de Oddone decedente. In Carolo 3.Simplice.car.125.§ propter eorum seditiones Rhodum a Demetrio captum, Tirus ab Alex. Magn. Siracusæ per M. Marcellũ, Numantia per Scipionem, Cantabria per Augustum, dixit in sua oratione ad senatum Traianus Imperat. de quo Gueu.lib.2.in fin.car.425.de Aegyptijs regibus, not. § Apia.in prohemio lib. Lybici.car.pen.§

DE

## DE CONSILIO.

Consilium est perscrutatio in rebus dubijs,& mentis agitatio, & sic non scientia quæ certa est.propterea insuper, cōsilium præbens uacuus esse debet ab affectibus,rectus,honestus,bonus,elector idoneus, loco, tempore,usu,experientia.Et sic prudenter actionem rationibus conie-cturare,uestigatione facta. §Ponta.lib.3.de prud.cap.Quæretis.car. 192.§ Consilia enim ęgrotis facile damus,cum ualemus. §Teren. in And.Curt.lib.7.per Cobarem,Eras.prou. facile,&c.§ Afflictorū res non recipiunt obiurgationes,aut sententiæ dictionem, sed subsidiū desiderāt,&c.Plutar. §li.de discri.adulat.car.5.fin.387.§ Etenim dolenti grata est amici oratio. At monita sane desipienti nimis.Cupidi-tas naturalis cogitationum amor,Consilio non impetu opus est,&c.ri-diculum est ignorans sua uelle,aliena perscrutari. §Plato in Phedro. in princ.car.180.ante.in med.Tul.lib.3.Tusculan.car.antep.Dion. li. 38.in med.car.10.31.a terg.§ facilius est persuadere quam consiliū præstare, & fortiter constanterque in molestijs se continere. § Eras. prou.§ Aliorum medicus ipse ulceribus scates. §Politia.in Lamia, in med.Mathe.cap.7.a.Orat.Sat.3.lib.1.§ Cum tua prouideas ocu-lis male lippus inunctis,&c.prou.Atheniens.temeritas, Tacit.libr.19. Eras.etiam.prou.festucam,&c.§ Consilium ab omnibus datum est, pauci periculum sumpsere.Malum consilium quod mutari non potest. Sæpe enim melius prouenit. § Gel. libr. 17. cap. 14. & in uer. For-tuna.§ In arena ergo consilium capiendum, ut infra hic. § Tul. in episto. libr.decima,car.140. a tergo.§ Res indicabit, exitus acta probat. prouerb. de quo Erasm.& infra.in uer. exitus. Ita Phocion, de quo Valer. § capitu. de constant.car.74.§ Consulens & delin-quens pariter puniendi in atrocioribus, pluribi per Iuristas. § Alcia. fab.169. preconem lituo, &c. Plutar. de clar. mulier. car.3.§ ple-runque temeritatem casus adiuuat, ubi prauo consilio propius aspirat, &c.& è contra. Semper contra fortunam luctata uirtus etiam citra effe-ctum propositi operis enituit. § Sen.lib.ult.de benefi.car.pe.in prin. cap.debitoris.car.12.in prin.Herod.lib.3.cap.5. in Dario 1.tanto re-ge.§ grauiora grauius & diligentius consuli desiderant.§

Consilium spectat sapiens, non exitum.infra. in uer. fort. & in uer. exitus,infra. § Plutar.in uita Pauli Aemil.Cons.car.pen.ante. 125.§ Virtus in acie cadentium magnam habet reuerētiæ partem, ēt apud ho-stes.Ignauia etiam fortunata uituperatione nō caret, præcipua est laus in bonis consultationibus etiam quam exitum non habeant,quia fortu-na consilium superet, malum consilium raro beneuertit. § Herodo. lib.7.cap.2.car.2.Machia.lib.4.histor.car.104.Cæs.libr.2.ciui.car.5. fin.

fin.in prin.311. § Quia res secũdæ beniuolentiã comparant, aduersæ conciliant odia,& contemptum.Consilia,ut plurimũ,euentis ponderantur. § Tul. in oratio.pro Rabirio.in prin. eius,& in Epi.ad Atticum lib.8.car.272.Nedum,&c.in prin. § consilia ex euentu, non ex uolũtate probari solent. § Plin. libr. 5.epist. ult.in fin. § usu receptum quod honesta consilia uel turpia, prout male aut prospere cedunt, uel probantur uel reprehenduntur,&c. § Dion lib.45.car.2.lib.46.car. 207. de Cicerone. Salu. ad Cæs. car.100. § Nihil iniquius quam ex euentu famam habiturum. §Liui.lib.27.car.pen.143.§ Quia sæpe praua magisquam bona consilia prosperè eueniunt,& plura etiam magis fortibus consilijs quam bonis prælijs patrata sunt. § Agathius lib. 2.in fi.de bello Goth.in Memeroe duce capto pedibus. Machia. lib. 4. in princ.libr.8.cap.246.histor. Cæs. libr.1.ciui.in fin. car.5.fin.282. § Malum consilium consultori quandoque pessimum. §prou. de quo Gel.lib.7.cap.5. §

Consilium uiribus anteponendũ dicit Hesiodus,de quo Eras. prou. Nec tibi.& alibi in uer.Milites. § Viam qui nescit,consulendum,&c. prou.Asinum,&c.Alcia.fab.14.Bellorophon.Saluſ.in Catili.in princ.§ In bello ingenium,&c. § Apia.in Lybico.car. 268. § de Scipionis uictoria.Inchoandis in rebus consilio & prudentia uti oportere,in periclitantibus audacia utendum. § Ioui. libr. 3. in responsione regis. § Ea satis decora esse consilia,quę dubijs rebus securitatem promitterẽt. Illa uero longe turpissima,quæ ab ipsa temeritate,omnes uictorię rationes conturbarent. § car. 85. & inferius. car.98. § Ea sibi maxime salutaria cõsilia uideri,quæ impauidi animi,& bellici decoris plena spectarentur,spem enim & metum in bello natura esse ęqualiter diuisa. Antequam incipias,consulto opus est,ubi consulueris,opus est mature facto. § Salu.in Catil.in prin.Ponta.lib.3.de prud. cap.Est autem prudentis. § Cæde unus omnibus & patere te uinci consilio, &c.Furius ad Camillum, § de quo.Liui.lib.6. § In nocte consilium,prou. de quo Eras. § Plutar.in Themisto.uita.car. ultim. in princ. de Olbio.§ Nocti uocem,nocti consilia, nocti uictoriam dato. Diu delibera in bello,in matrimonio,in sacerdotio.& in uer.Non licet,infra. § prouer. Non suscipiendum,in Xerxis oratio.in med.Herodo.lib.7.cap. 5. car. 213.§ Tyberius Imper. de ratione belli cum pluribus communicauit belligerans in Germania. § Suet.in eo. cap. proximo. car.139.§ Eum primum dicunt esse uirum qui consulat quid in re sit. secundum eum,qui bene monenti obediat, &c. dixit Minutius ad Fabium dictat. de quo Liuius. § lib.22. in med. § Id consilij caperent, cuius dum in futurum minus cauti essent & prouidi,extemplo pæniteret. § dixit Antio-

Antiochus rex ad proceres, Liui.lib.36.car.2.Ora.epist.ult.in fi. Geu. lib.1.c.186.§ Viuere si recte nescis decede peritis. Epicurus, de quo Sen.epist.52.in princ.hos maxime laudat, quibus ex se impetus fuit, qui seipsi protulerint, quosdam indigere ope aliena, hoc & est secundæ notæ ingenium,&c. Xenop.lib.3.car.antepen.a terg.lib. de uenat.in fin.§ qui potest alios facere meliores, habetur absolutæ probitatis. qui horũ admonitionem habet, se existimet semiperfectum, &c. § Tul.in oratio.pro Cluent. & lib. 1. offic. § Si quid reprehensum est a pluribus id corrigatur, hique & secum & cum alijs quid in eo peccatum sit exquirunt, facienda,& nõ facienda,& corrigenda. Non enim uiribus, aut uelocitatibus res magnæ geruntur, sed consilio & authoritate, & sentẽtia. § lib.de senect.car.4. § ut de Nestore Agamennon, de quo Home. § lib. 2. Ilia. car. pen. § Vtinam tales decem mihi consultores essent Argiuorum. § Tul.ubi supra.car.7.eius.80.ante.§ Quæ natura impedita sunt consilio expediuntur, ut per Annibalem in classe deducenda not.Liui. § lib.25.car.3. in prin. § & in certamine Corbis & Orsue ad Carthag.nouam. § lib.28. in med. § maior usu armorum & astu facile superauit stolidas minoris uires. Gladiator in arena consilium capit. Tul.in epi.ad Atticum, Ex re & ex tempore. §lib. 8.Et Si nonis,&c.car.260.Eras.in suo prou.§ consilio non impetu. Nihil tam alte natura constituit, quo uirtus non posit eniti. § Curt.li. 7.car.pen.§ Festina lente, Delibera utilia,&c.Cõsilia hostibus occultanda. § Plaut.in miles glor.car.199.a terg.cap. cohibete in princ. & in uer.milites.car.pen. § Non ipsorum accipienda, uel proditorum præsertim. § Tacit.libr.20.car.78. eius.4.in princ.contra,& infra.in uer.Inimic.in fin.§

Consultandum cũ peritis & hominibus doctis, & ab ipsis de re quid placeat exquirere,& si quid reprehensum sit corrigere. § Valer. cap. Suæ quenque art. Tul.ubi supra.in 1.offi.car.antep.Machia. li.de principe.cap.23.§ non a Socero, sed a temetipso,& cor boni consilij statue tecum. § Eccl.cap.37.b.c.cap.6.a.Tul.epist. ad Curion. incipi. Sera gratul.lib. 2.car.20.li.9.car.106.Te adhibe. § Consiliarius tibi sit unus è mille, cui dicas sæpe uideto. § Orat.epist.1. li.ad Lollium. car.218.§ & ab affectuum uacuo, multa decet audire, plurima circunspicere, exquirere.

Campana homines ad concionantem uocat auscultandum, non tamen auscultat ipsa. cotes acutum reddit & ferrum, exsors ipsa secandi. Orat.in poet.in med.eius. § non statim dictis assentire. Aliorum opiniones examinare, quod ipse sentias non aperire, aut nõ statim, aut paucis. § Pont. lib.de princi.in med.lib.4.de obed.cap.Et quoniã. Plin. epist.

epist.17. libr. 7. Sua cuique.in fin.§ cum multis & sæpe tractandum quod placere & semper & omnibus cupias. §Salu. de Cæs. in Catilinam.Machia.de principe.cap.23.§ not.Traianus Imper.in sua respõ sua ad Plutarcum eius præceptorem,de qua Gueu.li.2.in fin.car.414. Guizar.ubi infra.

In consulendo examinandum quod rectum, quod honestum, quod bonum, circumspicere loca, tempora, personas, & rationibus niti. Cõsultandus per uim nullus, nec etiam filius. §Ponta.libr.3.de pruden. in med.& in uer.oratio.§ Indignari aduersus eum qui utilia consulit, gratiam habet nullam. §Plato lib.4.de rep. car.2.Machia.libr.3. discurs.cap.35.§ Seruo utilius est parere quam consilium afferre. §alibi latius.§ nam qui suadent proprium sibi prouocant periculum. & cæ. §Curt.lib.3.car.3.& car.9.in prin.lib.7.in med. cap.ubi de magica, de Caridemo per Darium, Nabarzanus ad eundem lib.5.car.58. Salu.ad Cæs.de rep.car.100.§ Scio quam difficile & asperum sit cõsilium regi dare atq; imperanti.de Metrod.Plut.in Luculli uita, §in med.eius,& car.seq.§ de Taxile, felicius per Demarathum in Xerxẽ. not.Sen. §lib.6.de benefi.car.117.Machia.ubi supra. d. capit.35. de ipso Xerxe, & Vale.cap.de superbia.car.202.ante. Sen.in suis prouerb. de Chendemo in Selymum.Ioui.li. 14.car.273.§ deliberare utilia est mora utilissima, deliberandum est diu quicquid statuendum est semel. consilium in arduis necessarium, sed periculosum. sapientes tamen prudenter consulunt. Guizard. §libr.1.car.59.in fi.§ consilia tamen prudentum uanescunt si negligenter exequantur, ubi supra. §libr.4. car.201.a ter.§ Cautis quam acribus consilijs tutius haberi. §Tacit.lib.11.car.penul.§

## DE CONSCIENTIA.

Conscientię magna est uis, ut neq; timeant qui nihil commiserint, & pænam semper ante oculos uersari putent qui peccarint. §Tul. in oratio. pro Milone,in med.in oratio. pro Sexto Roscio de Cælijs fratribus in patrem.§ Sua quemque fraus, & suus terror maxime uexat. Suum quemque scelus agitat, suæ malæ cogitationes, conscientiæque animi terrent.&c. §& in oratio.in Catilinam,& lib.1.de finibus, car. 5.fin.& in prima.Parad.§ Quemadmodum temeritas, libido,& ignauia semper animum excruciant, & solicitant, turbulentæque sunt, &c. gaudium iusto est facere iudicium, & pauor operantibus iniquitatem. §prouerb.cap.21.c.cap.28.a.§ fugit impius nemine persequẽte. Iustus absque terrore erit. bona conscientia prodire uult & conspici. Ita nequitia tenebras timet. Latenti si facultatem habent, fiduciam nõ habent. Ita est tuta &c. Tuta scelera esse non possunt. Mala facinora cõ-

scientia

scientia flagellari, & plurimum illi tormentorum esse, natura scelera abhorrere, quod nulli non etiam inter tuta timor est, proprium nocentium est trepidare,&c. §not.Sen.epist.97.in fi.Eras.&c.epi.105. Quæ obseruanda.§ Male agit, qui famæ non conscientiæ gratus est. §lib.6.de benefic.cap.Soleo mihi.car. penul. eius.§ de Apollodoro, Hipparco, Pausania, furijs somnijs spectrisq; agitatis.not.Plut. §lib. de sera muni.uind.car.8.344.345.§ de Nerone,Suet.in eo. §& Pli. epist.8.lib.5.in prin.§ Conscientiam rectæ uoluntati maximam consolationem esse rerum incommodarum,&c. §Tul.epist.libr.6.epist. fam.Noui quod,&c.§ Securitas magna portio est, nihil inique facere, confusam uitam & perturbatam impotentes agunt, tantum metuunt quãtum nocent, nec ullo tempore uacant. Trepidant cum fecerunt, hæret conscientia aliud agere, &c. plura. § Sen. etiam libr.de moribus,in med.car.71.a terg.in prin. & in suis prouerb.§ Nequitia ipsa sui pęna est, mala conscientia sæpe tuta est, secura nunquã. §Iuuen.Sat.13.car.59.§ Exemplo &c.Euasisse putes, quos diri conscia facti, mens habet attonitos? & surdo uerbere cedit.&c.Continuo templum & uiolati numinis aras.&c.Et animus metuens ne crimen pęna sequatur. §Orat.lib.Epod. oda.5.in fi.§ Dira detestatio nulla expiatur uictima, quin nocturnus occurra furor & in quietis assidens præcordijs pauore somnos auferam,&c. plura. oda ibi septima.Mentes per culsæ stupent.Curt.de Philo.medico in Alexandrum Mag. grauiter ægrotantem. §li.3.car.7.ante,li.6.car.5.fi. in fi.77.Plut.in eius uita.§ scelerati conscientia obstrepente cum dormire non possint, agitãt eos furiæ,&c. §& lib.7.car.2.in princ.§ Trepidatio conscientiæ inditium est. Sæpe enim minus est constantiæ in rubore quam in culpa,cõiectum oculorum quibus ut fur destinabatur. §ubi supra.li.9.in med. car.138.§ Tutius ergo, nil conscire sibi, nulla pallescere culpa. Vnde Eras.prouerb.lupus ante clamorem festinat. Vbi timor ibi pudor. Multi famam conscientiam pauci uerentur. §Plin.epist.20.lib.3.me ministi,&c.Sen.in suis prouer.plerique fa.Iuuen.Sat.1.in fi.§ Cui frigida mens est,criminibus tacita sudant præcordia culpa. §Plut. libr. de sera numi. uind.car.6.in prin.uel.344.345.a terg.Plin.idem epist.8. lib.1.in fi. peroportune.&c.Epist.22. Diu iam.&c.§ maiore animo honestatis fructus in conscientia quam in fama reponatur. Sequi gloria non appeti debet.&c. omnia refert ad conscientiam, recteque facti non ex populi sermone, sed ex facto petit. &c. nonnunquam accidit ut mortalium animus scelere semel occupatus, cum in præsenti periculo timor ingruit, facile uel inusitati sceleris infamiam contemnat. §Iouius lib.40.in Alexandro rege.car.306.Orat.epist.primi libri, ad Quintium.§

tium.§ Falſus honor iuuat.&c.qui metuens uiuit. Qui non deliquit decet audacem eſſe, & confidenter pro ſe & proterue loqui. §Plaut. in Amphit.cap.Saty.in fi.car.24.Orat.oda.22.lib.1.§ Integer uitæ, ſceleriſq; purus. &c. Ab Ruteno quodam inter proximos uerſante trepidatione detecto tormentis, expreſſa confeſsio eſt cogitati facinoris per Tyberium Imperatorem. §Suet. in Tyberio ipſo, cap. Diſciplinam.car.139.in fi.§ Nil eſt miſerius, quam animus hominis cóſcius. § Plaut.in moſtell.cap.Sceleſtiorem.Sen. epi. 20. in med. Si uales,&c. contentus ſis,&c.epiſt.29.in fi.de Marcello.epiſto.97.in fi.Eraſ. &c.§ Vt contentus ſis temetipſo, ex te naſcentibus bonis, &c. quæ fælicitas propior? malis artibus populi fauor acquiritur,ad rem pertinet,ut qualis tibi uidearis quam qualis alijs.ut malis tibi placere quã populo,præſtat,&c.bona enim conſcientia prodire uult, & conſpici, ipſa nequitia tenebras timet,&c.proprium eſt nocentium trepidare,conſcientia mentem exagitatam uaſtabat. § Saluſt.in Catil. car. 11.Tul.lib.de ſenect. car.2.in fi.3.a ter.lib.2.ad Atticum.c.375.de Silio,&c.li.13.car.405.§ conſcientia bene actæ uitæ & multorum benefactorum recordatio iucundiſsima eſt. Fabius enim erat, non modo in oculis ciuium magnus, ſed intus domique præſtantior,& cæ. § Sene.etiam epiſto.7.in fin.§ unus mihi pro populo, & populus pro uno, dicebat Democritus, de quo Sen.ubi ſupra.Exemplum in Beſſo refert Plut. §lib.de ſera num. uind.car.343.in fi.§ de nido hirundinum diſcuſſo parricidium eius detegente.Legem cóſcius ueretur,fortunam innocens.Sen.in ſuis pro uerb. &c. Exemplum refert Guizar. § lib. 1. car. 66. in fi.§ in Alfonſo rege Furijs uexato propter proceres uerſutia captos crudeliter & morti datos.

## DE CONSVETVDINE.

Conſuetudo in uerbis dicitur conſenſus eruditorum,ut ſiluæ folijs, &c.Ita uerborum uetus interit ætas,multa renaſcuntur,&c.Vocabula ſi uolet uſus,quem penes arbitrium eſt,& uis & norma loquendi. § Orat.in poet.Gel.lib.2.cap.25.Cæl.lib.1.cap.12.§ Zeno Stoicæ ſectæ author in artibus quibuſque plurium fuit repertor uerborum. Quintilia.de quo Ponta. § lib.2.de aſpirat.in med.Bud.in pand. li.1.car.65.

Conſuetudo & in conuiuijs obſeruanda. § Ponta.ipſe lib. de conuiu.§ adeo ualet ut locis etiam montuoſis delectemur & ſiluestribus, &c. § Tul.lib.de amic.& lib.3.de finib.plura.§ Omnia minuit etiã grauia.Neceſsitas fortem ferre docet,conſuetudo facile, Calamitatum molimentum conſuetudo etiam inuenit cita in familiaritatem grauiſsima adducens. §Sen.li.de tranquil.uitæ.1.cap.At ad aliquod.car.154. uirtus conſuetudine & exercitatione comparatur. § Plato. libr. 7. de

rep.

rep.in princ. Salust. in Iug. § benefacere ex consuetudine in naturam uertitur, dicebat Marius consul. ubi supra. Lex & regio. Contribulis factus, serua ordinem. § Eras.prouer.2555.3171.& in uer.Ordo. infra. § grauissimum est imperium consuetudinis.Sene. in suis prou. Diuturna consuetudo pro lege habenda, optima & est legum interpres. fieri enim potest ut qui longe distant in idem redigat consuetudo, dixit Phalaris Agrigent. tyrannus in epist.sua ad Pithagoram Philos. § car. 11.in fin. §

Infra exemplum.
Infra Talis quis.

## DE CONVERSATIONE.

Conuersatio mala deturpat, & corrumpit bonos mores. Sumuntur a conuersantibus mores, ebriosus in amorem uini conuictores trahit. Impudicarum cætus fortem etiam emollit, eadem ex diuerso ratio uirtutum est, quod secum habent mitigent. § Sen.libr.3.de ira,cart. 131.episto.19.in fi.Ex uita,&c. § uidendum prius & circunspiciendũ est cum quibus edas, aut bibas, quam quid edas & bibas. Tã bonorum malorum longa conuersatio amorem inducit. § episto.7. Quid tibi, &c. § Inimica est multorum conuersatio. Cum his ergo uersare, qui te meliorem facturi sunt. Illos admitte, quos tu potes facere meliores. mutuo ista fiunt, & homines dum docent discunt. § epist.94.in med. hanc partem.car.50. in fi. § nulla res magis animos honesta induit & reuocat ad rectum, quam bonorum uirorum conuersatio, descendit in pectora, & uim præceptorum obtinet frequenter audiri, aspici, & cæ. § & lib.1.de tranqui.uitæ.cap.nihil tamen.car.153. § Nil æque obletauerit animum quam amicitia fidelis. In amicorum legendis ingenijs dabimus operam, quam minime inquinatos assumamus,&c. Si cum sancto sanctus eris,&c. § psalt.cap.17.in med.Eccl.cap.37.c.cap.13.a. § Cum uiro irreligioso tracta de sanctitate, qui tetigerit picem inquinabitur ab ea. Corrumpunt bonos mores colloquia praua. § prou. de quo Eras. nume. 132. § natura optima si sub aduersa forma nutriatur deteriorem & ignauam euadere. Ingenio præstantem & præditum si male fuerit educatus, pessimum fieri. § Plato.lib.6.de rep.car.2. lib.8.car. 2.in fi.quapropter. § Theognidis est dictum, de quo Plato ipse in Meno. § car.pen. in fi. § a bonis bona perdisces, quod si malis adhæseris, quam habes mentem perdes, &c.

## DE CVRIOSITATE.

Curiositas (uel diligentia excessiua) est studium cognoscendi aliena mala, periergia græce. Quæ non potest esse sine malignitate, mea ignorans, aliena perscrutari, maledicendi gratia. § Plato in Phedro.in prin

ci.

ci.car.180.in Theæteto.car.61.ante Plut.li.de curiosit.in prin.car. prima,uel.454.car.4.457. § neque exacte,neque curiose disquirere generosi est animi.Contrarium autem illiberalis,sua agere,neque per aliena perscrutari iustitia est. § li.4.de rep.per eundem.car.3.ante.235.§

Curiositas est item libido audiendi secreta retrusaque. Ij enim perdunt sua ipsorum negotia,dum intenti sunt alienis.Omni fide caret curiosus.famulis enim & hospitibus credimus epistolas, magisquam amicis curiosis.Ij enim perfodiunt alienas epistolas,aures admouent parietibus uicinorum,susurros miscent & cum infamia, quod esse non potest sine maledicentia. § Plut.ubi supra.car.ult.in fi.lib.de problema.car. 223.§ unde tales dicuntur Aliterij,& Sicophantæ.Diligentia dicitur cura mediocris in rebus expediendis.Exactior quam oportet dicitur curiositas.Odiosum genus hominum. § Ponta.lib.4.de prud.cap. de diligētia.car.202.a ter.Plau.in Sticho.car.285.cap.famem. Bud.in pand. 1.car.257.§ Curiosus est nemo,quin sit maliuolus & maledicus. Anxietas nimiaq; diligentia talis,ut sunt eorum qui concursantes sine proposito uagantur quærentes negotia,quales formicæ per arbusta repentes.unde prouenit uitium auscultatio & secretorum inquisitio. § Sen. li.1.de tranquil.uitæ.cap.circuncidenda.lib.de hone.uita.car. 72.a ter. in medio.§ ne fueris curiosus, non est enim tibi necessarium ea quæ sunt abscondita uidere oculis tuis. § Eccl.cap.3.c.cap.21.d.§ stultus a fenestra respicit in domum,& auscultat per hostium. Arcanum neque tu scrutaberis ullius unquam. § Orat.in 1. episto. ad Lollium. § percontatorem fugito, &c.Momo satisfacere.prouer. de quo Eras.Nō uis esse iracundus? ne sis curiosus. § Sen.lib. de ira. car. 131.in fin.§ Verborum curiositatem uitabis,& eris sapientior. § Plato lib. de regno.car.1.a terg.Beroal.in 58.annotat.§ Coricei auscultant, balneator,tonsor,miluus omnia,&c. § Eras. prouer. 165.§ Non expedit uidere omnia,audire omnia. § Sen.libr.de tranquil.uitæ. car.154.in fi.d.car.131. in fi.§ unde & prouer.Dimidium plusquam totum.infra. in uer. Princip. ut cucurbitulæ sunt tales ad se trahentes quicquid in carne deterrimum est.Plut.ubi supra. § lib.de curiosit.car.3.in fi. uel.456.a terg.§ Perquirentes quid noui, ut frequenter hodie,pœna afficiebantur,Locrensium lege.not.ubi supra. § car. 457.a ter.§

## DE DIVINATIONE.

Diuinationem esse, consensu omnium nationum constat, obseruatā per Asirios,Caldæos,Aegyptios & populos quoscunque, ut & per oracula,quæ complura celebrabantur(de quibus alibi diximus.) Animus enim præsagire auet,ualetque & furore ut in Sybillis,uel somnio ut per exempla.Ita comprobant philosophi Xenophanes, Socrates, Pithagoras,

ras,Democ.Diogenes,Posſidonius,Panetius.Veriti ſunt tamẽ,ne aſſenſum præſtent temerarium,ut per errorem negãtes uel negligẽtes impij, uel anili ſuperſtitione obligẽtur. Conſtat aũt prænotio arte uel natura, extis,monſtris, fulguribus, ſortibus,ſomnijs uel uaticinijs per inſtinctũ uel Diuino afflatu. Vt de Satyriſci partu in Dionyſio tiran. de ardente face in Hecuba, de ſanguine effuſo per Mercurium in Phalaridis partu. Solem elabeſcentem in ortu Cyri regis. de Calano Indo in Alex. Mag. ab Babiloniam,de Iunone in Annibalem,de templo Dianæ Epheſiæ,de bellua Italiam uaſtante, Amilcarem Siracuſis obſeſsis cænaturum. Decium prælio inclinato eius morte uictoriam acquiri. Eudemum ægrotantem cõualeſcere. Dominantẽ Alexandrum tyrannum interfici. de aurea patera tunc ſurrepta per Herculem uindicari iuſſa & per Areopagitas. Ludos uotiuos uindicatos, C.Gracchum exitu fratri ſimilem futurum,ſignificatum in ſomnijs,&c. plura § Plut. de ſera numi. uind. in med. ubi & aliquot exempla. car. 345. ante. lib. 5. de placitis in princip. § Simonidem naufragio futuro retentum. Arcades duos Megaram peruẽtos uno per hoſpitem obtruncato,alterum requiſitum de uindicta iudiciali. Tullium ipſum in Arpinati ſibi uiſum ſe in C.Marij theatro abſolutum & reuocatum ab exilio. Vnde aſſerit Plato,ubi de ſomnijs. Immoderate uiuentes,turbidis agitari & uanis. Moderatos ratione in mentem elucente,ueracia uidere. Vnde faba ueſcentibus impedimentum,animo non ſeuocato,præterita recordantur, futura præſagiuntur. corpore ſopito uiuit animus,præſertim & poſt mortem,& in ipſa etiam morte ſæpe diuinant,morientes triplici cauſa, Et quia ex ſeſe diuinat animus, & ex immortalibus animis in aere uerſantibus, & ex facilitate Deorum in exitu,præſertim hominis ipſius, unde & Hector Achillem prænũtiauit proxime moriturum, & ipſum § not. Homer. & Xenoph. in apolog. pro Socrate. car. 206. ante. § Patroclus interfectus nuntiat Hectori proximam in eundem uindictam ab Achille. § lib. 16. in fi. eius. § de hac ipſa diuinatione uti dementi not. Plato § in Tymeo. car. 5. fin. in fi. 297. § ex quo nemo dum eſt ſanæ mentis diuinat,niſi appræhenſus morbo,ſomno,uel furore diuino,&c. § Pont. in dial. Actius. car. 112. in princ. § uiſiones offeruntur ſenſibus liberis ac uacuis,ut furor poetas occupat uaticinantes incognita. Vnde & ſomnia quandoque probata per Priſcos & Stoicos & Academicos, Beatumq; Auguſtinum. Vt de Sylla ad Lucullum refert Plut. ſomnia cum primis animaduertenda.

Sedatus animus diuinat,agitatus in furorem uertitur. Deus enim cenſet homini permittendũ futura noſcere. Sed & in Galliam iã Dryiudę,in Perſis Magi,in Siria Chaldei, in Italia Etruſci, Thelmenſes in Caria & Gludiade. § Arria. lib. 2. car. 3. lib. 7. car. 208. ad Beroſum. car. 36. §

Veios a Romanis expugnari,post & à Gallis Romam. Vnde & Aium lo cutium & Deã monetam nuncupatos. Animus ergo diuinum quoddã sentiens diuinare est,ut per prudentes.i.prouidentes. § Tul.li.1.de di uinat.car.6.fi.Pli.li.18.cap.28.§ ut in Thalete Milesio,qui olei quãti tatem comparauit,unde lucrum poterat quam maximum consequi. Vn de terræmotus signa præuisa per Phereciadẽ Philos. ex puteo tunc aqua abundanti. Animus solutus diuinare potest, liber a motu corporis, castus,purusque Demonium quoddam olet. Diuinatio ex Crisippo, dicitur esse uis cognoscens,uidens,& explicans signa a Deo significata. Vis est item explanans in somnis,&c.ita & Plato ubi supra.

Diuinatio est spiritalis, aut naturalis, aut artificiosa, aut popularis. Spiritalis per extasim, quæ & parabola,&c. Visio triplex oculis, mente, maginatione. naturalis fur entium,dormientium, Brutorum, ut in auibus,formicis,&c.

Furor est quadrupliciter,uatum,poetarum, bacchantium, amãtium. Visus per somnia aut phãtasmata artificiosa, & per medicos & consiliarios ex prudentia Pythiæ,Dodoneiq;,& ut in uer. Oracula.& per numeros Babilonios,de quibus Orat. § oda,Tu ne quæsieris. Tul. in 1.de diuinat.car.260.Valer.& de Plato.in fi. § Sophronis numeros. Diuinatio instinctu lymphat.naturalis bilis intemperie. § Budæ. in pand. 1.car.244.§ ex aspectu methascopus. Plin.ex Aristot. § lib. 11.ca pit.52.§ ex signis corporis,Zopirus profitebatur. § Tul.lib.de fato.car.3.ante.§ hominis mores,uenturaque ex corpore,oculis,uultu, fronte pernoscere. § Politia.in pane post.in fin. eius.§ de Trasyllo in Tyberium Imper. § Sueto.in eo.cap.redijt.car. 138. Dion. li.55. car.7.§ qui cognouit animum Tyberij in eundem noxium, sibique explicauit mærens uitæ periculum suę,Galbamque postea regnaturum cognouit obuium habens,illæsumque dimisit, & rem aperuit futuram. § Suet.in eo. Dion.li.57.in med.car.433.car.penul.in fi.450. Tacit. li. 5.car.10.§ De natalicio die.not.Tul.ubi supra. § lib. .in med.car. 231.§ de Horoscopo, de die ad prælium infælici Gallis per matronas uaticinatis,de quibus Cæsar § li. 1.Gall.in fi.car.penul.§ Martha uates multa Caio Mario cons.prædixit,quibus miratus est. § Plu tar.in eius uita.car.3.in fi.§ Velleda uirgo in Germanos fatidica prædixit plura,de quibus Tacitus, § lib.20.in med.car.83.in fi.li.de German.car.1.in fi.§ de Megarensibus, de quibus supra casum explicat Tul. § lib.1.de diuinat.in med.car.168.refert,& Valer. cap. de somni.in fi.§ Vidimus sub Di. Vespasiano Imper. Velledam diu numinis loco habitam,&c. Diuinatio per Stoicos habetur ex instinctu, ex afflatu diuino,qui fanaticus dicitur furor,lymphaticusque feruor,&c. § Plu

tar.

tar.lib.de placit.5.in prin.Ponta.lib.1.de rebus celest.Curt.libr.3.car. 4.a terg. § de Dario rege prælio certaturo.

Artis certitudinem asserit & professus est Domitianus Impe. de quo Suet. §in eo.cap.per hæc,&c.§ annum,diem ultimum uitæ suæ,horam & genus mortis agnouerat,sibi puero per Chaldæum enuntiata,uola manus inspecta,genesi cognito cum die & hora. § Iuuen.Sat.6. de Trasillo, hora sumitur ex libro. § Adrianus Imper.de quo Spart.in eius uita § in med.car.18.in prin.§ Mathesim se scire sibi uisus est, ut scriberet quod toto anno eueniret,omniaque scripserit futura usque ad horam qua mortuus est,Gordianus Imperat.de quo Iul.Capitol.in eo.car.ult.Mathematicum sibi asserit & filio prædixisse,de imperio consequendo,& mortem,genusque mortis,locumque.

Vanam esse disputat Tul. § lib.de diuinat.pluribi & in eius episto. famil. lib.7. Vereor ne desideres.Ponta.in dial.Aegidius. car.168. li.1. de rebus celest.car.274. § Petrus Aloys.Placentiæ & Parmæ dux nouus,Pauli.3.Pontifi.filius nothus,ob sæuitiam trucidatus, ab ipso patre astrolog.dedito animaduersus diem sibi cauendum eundem, cathena suspensus,inde præcipitatus. 1548. per coniuratos iniuria pridẽ grauiter affectos. Quinimo mathematicum etiam asserentem per canes lacerandum eius corpus,interfici iussit Domitianus Imper.prædictus,& sepeliri cum diligentia. Vnde repentina tempestate oborta, cadauer a canibus discerptum.Alex.Mag.potationibus tota nocte deditus, per fœminam Siram animaduersus Apollinis furore correptam, ut sæpe, rogatus, & iussus ab ipsa, ad conuiuas reuersus, coniurationem deprændit in ipsum tunc constitutam. § Arria.libr. 4. & hoc est uerum.car. 172. § Nihil difficilius esse futurorum scientia,nisi diuino afflatu,dicit Carda. § lib.16.de subtilit.car.4.fi.& car.3.scribit & Ioui.libr.4. histor.in med.car.325.§ in Algerij expeditione per Carolum quintum Impe.prædixisse Anum quandam in loco uaticinantem, frustra oppugnatum pergere Christianos oppidum, maleque se habitos inde abituros tempestate subsequente,&c.Cędem in Alexandrum Medicem primum tunc ducem,sufficiendumque in ducatu Florent.Cosmum,prędictum fuit,Ariolum per Gręcum,& Oratium in aula tunc ministrum, qui ter uisus est,in somnijs febricitans uidisse principem a Laurẽtio eodem iugulari,&c.Ioui. § li.38.in med car.151.§ Diuinatiua Martij uatis carmina,not.Liui. § lib.25.car.ult.in princ.§ Virginis honestæ uaticinium quod sacerdos Iouis Cluniæ somnio monitus eruerat annos ante ducẽtos.Similiter a fatidica pronuntiatum puella oriturum quandoque ex Hispania principem dominumque rerum. § Sueto.in Galba Imper.cap.peracto.car. 285.in prin.§ Catha mulier prædixit

diutiſsime Vitellium imperaturum,ſi ſuperſtes extitiſſet matri. § Sueto.in eo.cap.pronus.in fi.car.311.in fi.& in Veſpaſia.Imp. car.2.318.§ Conſtans opinio erat in fatis etiam,ut eo tempore Iudæa profecti rerũ potirẽtur,quod interpretatum fuit de Veſpaſ. (uel aliter per Hebræos, uel de Chriſto Deo noſtro ) Ioſep. ex captiuis in uinculis aſſeuerauit,ſe liberandum de proximo ab ipſo uictore Veſpaſ.ſed Imperatore creato, § ubi ſupra.car.319.a terg. § Alexan.Seuero Imper. prædixit mulier Dryiuas eunti ad Germanicum bellum ſermone gallo.Vadas nec uictoriam ſperes,militi nec tuo credas. § Lamprid.in eius uita.car.antepenul.ante. § Federici Imper. in natiuitate pater Henricus Imperat. ex quo quinquagenaria erat eius uxor Conſtantia addubitans plures conſuluit,& Be.Ioachinum ad ſeſe tunc accitum,qui eum nondum requiſitus certiorem reddidit de dubitata conceptione, de proxima eius morte apud Meſsinam Siciliæ,ſibiq́ue interprætatus eſt quædam iamdiu expoſita per Erithream Sibillam Merlinumq́ue uatem. § Colenut. libr. 4.car.2.102.§ In morte ipſius Imperatoris prædictum ſibi fuit in Florentino moriturum, non autem Florentiæ uel Campaniæ,ſed Apuliæ.

Iuliano Imper. prædictum fuiſſe per puerum in ſpeculo ſpectantem, hoſtes properare,& ad eum interficiendum,miratur Carda. § lib.19. de ſubtilit. car. eius 4. § ubi de Leone moderno ſcriptore, puerum prædicere,in uaſe aqua pleno cum gutta olei.Reſponſa reddere ſolitam in Brabantia fæminam ueracia,refert Aemil. §in Phil.3.rege.44.car. 124.a ter. § Diuinandi uim per ſtellas prouenire aſſerit Pont. § li. 11.rerum celeſt.car.ult. § Humanorumq́ue commixtiones tales nominat & fanaticos idem Ponta. § lib.13.in prin.car.4. § Quorum genus eſt duplex quod conſtat in diuinantem & fatuum aut ueſanum, ut per poetas quandoque, ut infra.in uer.Poetæ. Vbi de Roma & ruitura,Aſtronomiam ſapientiſsimum quiddam eſſe aſſerit Plato, § lib. ulti.de legi.car.ult.ante. § Abſtineat Venere & uino qui Pythia cantat. § Orat.in poet.car.penul. in fi.Ponta. plura,in dial. Actius. car.112.in princ. § Epithaphium Sibillæ propoſitum & enucleatum Delphicæ, refert Geu. § lib.1.car.164. § Romam ruituram ferro, fame, &c. Ita & de furore Sibaunico in ipſos Romanos anno noningento urbis, not.Dion. § lib.57.in med.car.432. a terg. §

## DISCENDVM ESSE.

Proprium eſt hominis inueſtigatio ueri, curis enim uacui auemus audire,uidere,diſcere. Omnes nanque trahimur ad cognitionis & ſcientiæ cupiditatem.Diſcendum propterea quandocunque, & etiam in ſenectute,ut per Solonem,de quo Plutar.in eius uita. § Tul.lib.1.offi. car.3.Lactan.libr. 2. cap.8.in prin. § ſeneſco ſemper addiſcens.Aliter

ter Plato § lib.7. de rep. car.ult. a terg. § Vnde quidã ultimas adie re terras,& iam,& hodie cupiditate sciendi. § Ponta.lib. de fortit.1. cap.Sed nec.car.51.§ rationem prædictorum nititur reddere Petrus Areti.Epist.sua ad Paulum Petrasancta. § car.eius libri.78.§ Cato græcas litteras senex didicit. § Plutar.in eius uita.car.1.a terg. 109. Tul.li.Acade. quæsti.car.2.Sen.ubi infra,&c.Plato in Laches.car.2.& c.215.in prin.§ Tandiu discendum est quandiu nescias. § Sen.epi. 76.in princ.inimicitias.Epist.108.in princ.Id de quo, &c.§ pars uirtutis disciplina constat,pars exercitatione,& discas oportet,& quod di dicisti agendo consumes.Inter studia uersandum est, & inter authores sapientiæ,ut quæsita discamus,nondum inuenta quæramus.Sic eximen dus animus ex seruitute in libertatem. Quandiu quidem nescieris quid fugiendum,quid petẽdum,quid necessarium, quid superuacuum quid iustum,quid honestum,&c. § Sen.epi.104.In momento.§ nec ani mo uolenti,quicquam difficile,nec ætas ad discendum tarda est ulla, & cum ætate crescit sapientia,cuius puer studiosus esse nõ potest. § Põ ta.in dial.Charon.car.3.Plato in Hippia.2.car.ult.109.§ sine rubore uerecundiæ discendum est. Tempus autem & mora frequensque inqui sitio ad aperiendam controuersiam conferunt. § Plato.lib.6.de legi. car.3.uel 334.a terg.lib.5.de rep.car.ult.243.ante. § præcipua eruditio quod discere uolebat. § Plin.epist.23.lib.8.omnia,&c. § ho minem ad degustandam quamlibet doctrinam propensiorem ad discẽdumque promptissimum & inexplebiliter hiantem,merito philosophũ nuncupabimus. § Tul.in 2.de finib.car.74.car.11.§

Natura cupiditatem ingenuit homini ueri inueniendi, ex quo uacui curis etiam quod in cælo fiat scire auemus. Nihil dulcius quam omnia scire. § Tul.ad Attic. car.118.651.epi.Delectarunt.li.4.Cæli.lib.6. cap.3.Orat.lib.poet.car.ult.in princ. § & quod non didici, sane nescire fateri. § Colu.lib.12.cap.1.§ prætiosissimum est intelligere, quenquam nescire, se quid nesciat, semperque cupere quod ignoret addiscere. § Plin.epist.29.libr.9.Vt satius.Sen.epist.59.in prin.Itinera,&c. § mens hominis discendo alitur,& cogitando aliquid.Alit lectio ingenium.Nec scribere tantum,nec tantum legere debemus,alterum altero temperandum. § Tul.in 1.offic. car. 21.de ludendi modo.lib.etiam de senect.in med.Sen.epist.104.ubi supra.Plin.epi. 1.lib. 3.in med.epist.19.lib.8.in fin.epi.29.libr.6.Auidius,&c.Ouid.in Phedra.§ Quod caret alterna requie durabile non est.Nec corpori solũ, sed & menti atque animo multo magis est subueniendum,quoniam animi se exercendo leuantur. § prou. de quo Eras. Plato de philoso. in princi. car. 2. a tergo.§ dicitur Polymathia,dicendo dicere discunt.

Consequitur, qui quærit, & qui se putat ignorare. Semper omnes scire cupiunt. § Plato in Alcibi. 1. car. 1. in fin. 12. Plin. lib. 35. cap. 2. in fi. § & si alterum pedem in sepulchro haberem, &c. Multiscius quamplura tamen ignorat. Nulli affuere unquam tot bona, ut non etiam plura de fuerint. § Ponta. in dial. Charon. car. pen. in fin. § Labor & somnus disciplinis aduersi sunt. § Plato. li. 7. de rep. car. ult. Orat. in poet. & in 1. epist. Virg. in georg. § Nocturna uersate manu, uersate diurna. Posces ante diem librum cum lumine. Iuuat impallescere carthis. § Pers. Sat. 5. in med. § Asiduis terram insectabere rastris. Deducitur puer ad grammaticum ingemiscens ac plorans, sentit sæpe doctoris & correctoris ferulam obiurgationesque, cogitur ad multam noctem uigilare, matutino expergisci tempore, in librum incumbere, ingenium exercere & memoriam, item & uocem recitando, quid molestius? Multum legendum, non multa. § Plin. epist. 9. lib. 7. in fin. Quæris, &c. Sen. epist. 2. epist. 45. in prin. librorum, &c. § non refert quam multos, sed quam bonos habeas. Lectio prodest uaria delectat. § Plutar. li. de libe. educ. 8. uel 115. in princip. § Vt legat historias, authores nouerit omnes. § Iuuen. Sat. 7. in fin. § Melius distincta seruantur, & quæcunque hausimus non patiamur integra esse, nec aliena, sed concoquamus illa, alioquin in memoriam ibunt, non in ingenium. § epi. 59. itinera. in med. § plurima audire, memoriæ mandare. § Sen. epist. 23. magnam, lib. 4. § multa delectant, pauca manent. § Sen. lib. ult. de benefi. in princ. car. 119. § cum plurimum scias, quotidie tamen addiscere, &c. Multum lege, scribe, meditare, ut posis cum uoles dicere, dices cum uelle debebis. § Plin. epist. 29. li. 6. auidius, &c. epist. 1. lib. 3. in med. § Tum ille, tu autem cum ipse tantum librorum habeas, quos hic tandem requiris? § Tul. lib. 3. de fini. car. 3. in prin. § uoluptates studijs condiantur, necessitates uoluptatibus, seria iucundis, seueritatem comitatemque miscere. § epist. 21. lib. 8. ut in uita, &c. Plin. ipse, & epist. 3. lib. 7. epist. 9. quæris. ubi supra. § dulcibus cibis acres acutosque miscere, ut sacri fontes, &c. sæpe etiam flores uernaque prata iuuant, &c. bona librorum copia, &c. Orat. epist. si bene te noui. in fin. Sen. epist. 2. Vide, ne lectio multorum auctorum aliquid habeat uagum & instabile. Certis ingenijs immorari & innutriri oportet, nusquam est, qui ubique est, multa hospitia nullas amicitias, &c. § epist. 45. in prin. ubi supra. § non refert multos habeas libros, qui non destinauit ubi peruenire uult, una sequatur uia, nõ per multas uagetur, nõ ire istud, sed errare. § Sen. lib. de tranqui. ui. 1. cap. Placebit autem. car. 153. in fin. § Onerat discentem turba, non instruit, multoque satius est paucis te auctoribus tradere quam errare per multos. Immo neminem asserebat ludo. Pontanus,

tanus,de quo § Iouia.Ponta.ipse. lib. de principe.car.pen.a tergo. § posse in litteris clarum euadere nisi quam plurima legerit,audierit,memoriæ mãdarit,unde & Home.de Vlixe,Qui mores hominum multorum uidit,& urbes. Multa scire bonum, malum scire omnia,quomodo, sapere sufficit ad sobrietatem. § Paul.ad Rom.cap.12. in prin. Plato in Alcibi.2.car.3. in prin.uel 19.Tul.li.2.de fin.in princ.Sen.epi.117. in princ.& in med.multum,&c. § sapientiam bonum esse, sapere bonum non esse.Sublata enim cognitione & scientia tollitur omnis ratio & uitæ degendæ & rerum gerendarum. § Tul.ubi supra.lib.1.de fin. car.pen.ante. § Tullius tamen ex satietate,& per actiones occupatus litteras deposuit & studia,quæ & inde reassumpsit,ut not. ipse § li.9. epist.suarum famil.epist.1. in prin.lib.1.Tusculan.in princ.not.Agrippa.lib.de uanit.scient.cap.1. § Gorgias Leontinus omnibus respondebat de quacunque re ex tempore. § Plato in Meno.car.1. in Gorg. in prin.Vale.cap. Quæ cuique mag.alibi in cap.de memoria diximus.§ Manum ferulæ subducere , ut subeant teneræ uerbera sæua manus. § Ouid.in 1.eleg.prou.de quo Eras.car.200.Sen.epist.89. in fin. Rem utilem,&c. § Stude ut non plus alijs scias,sed ut melius. eruditorum dies unus magis proficit quam imperitorum longissima turba, dicebat Possidonius,de quo Sen. § epist. 78. in fin. uexati,&c.prou.cap.21. b. § Qui sectatur sapientem sumet sapientiam,præcepta dare scienti superuacuum,nescienti parum. § epi.94.hanc partem,&c.§ Nihil tamen inuita Minerua.prou. Iuuentus ad omnia proficit,senectus è cõtra. § Plato in Theæt.in princ.lib.7.de rep.car.ult.Eras. prou. 61. § memoriosus esse debet scientiæ professor, integerrimus , tollerantissimus,cum acumine ingenij,& facilitate ad percipiendum. §Plato lib. ipso.7.in fin.c.155.ante.lib.6. de rep.car.1.a terg.car.2.a tergo.245.§ Exile ingenium nihil magnum proficit. § Tul.libr. ult. Tusculan.in med.car.197.§ tardis mentibus,&c. § Budæ.in pand.1.car. 128. Alcia.fab.de falcone.135.§ Ad laudem & uirtutem naturam sine doctrina,quam sine natura ualuisse doctrinam. § Tul.in oratio.pro Archia.Geu.lib.2.car.286.§ Tempus studijs proferamus, ut relinquamus aliquid quo nos uixisse testemur,&c.& si non datur factis,certe studijs uitã proferamus. § Plin.lib.3.epist.7.Modo,&c.in fin.lib.1.epi. 3.in fin.Quid agit, &c.§ excude aliquid quod sit perpetuo tuum , dũ suppetit uita enitamur , ut mors quam paucissima quæ abolere possit inueniat. § epist.5.lib.5.nuntiatur.§ Opus est seculis duratura cõponere,& agere ne te posteri taceant. § Sen.libr. de tranqui.uit.cap. 1.in fin.car.seq.in fin.152.in fi.eius.151.in fin.Plato epistol. sua. 2.in prin.Alcia.fab.128.Neptu ni tubicẽ.fab.202.de hedera.113.§ Est do

ctis cum meretrice nihil. Quid turpius quam grandis natu senex nullũ habens argumentum, quo se probet diu uixisse præter ætatem, Sed non scribere sed & addiscere. § Plato dic. sua epist. 2. in fi. In Phedro. car. ult. Vnde Tul. lib. de senect. dicit, car. 82. a terg. lib. de amic. car. 4. fi. uel 107. a tergo. § Sæpe audiui a maioribus natu qui se pueros a senibus audiuisse dicebãt, &c. nec esse fas existimãt Galli, de quibus Cæs. § li. 6. car. 138. § disciplinam litteris mandare ne in uulgum efferatur, ne etiam litteris confisi minus memoriæ studeant. § unde metham. in fi. operis, Orat. Oda. 31. lib. 3. § non omnis moriar, &c. Dignum laude uirum Musa uetat mori, paulum sepultæ distat inertiæ, &c. § Oda 8. & 9. li. 4. Boet. contra lib. de consolat. car. 25. ante. Eccl. cap. 1. in fin. § Qui addit scientiã, addit & dolorẽ. Ridicula res est elementarius senex. Iuueni parandum est, seni utendum. § Sen. epist. 36. in med. amicum, &c. Vnde prou. car. 31. in fi. § Senis doctor, Qui studet optatam, &c. Multa tulit fecitque puer sudauit & alsit, &c. § Orat. in poet. § Nihil difficile cuius sibi ipsa mens patientiam indiceret. § Sen. lib. 2. de Ira. cap. utilis, in med. car. 127. §

Discipulus prioris dies posterior. Sen. in suis prou. § car. 167. Pli. lib. 7. cap. 40. Alius iudicat inter diem & diem, Alius iudicat omnẽ diẽ. § Pau. ad Rom. cap. 14. in prin. § remigem prius esse oportet, quã ad gubernacula admouere manus, de Prænestinis pop. Apia. § li. 1. Sen. epist. 80. in med. hodierno. Tull. libr. 3. Tusculan. in princ. § Multi corpora exercent, ingenia paucissimi, quæ nosti sine arrogantia postulã ti imparties, quæ nescis sine occultatione ignorantiæ tibi postula impartiri. § Sen. idem, li. de hone. uita car. 72. in fin. § Nullam artem sine interprete & sine aliqua exercitatione percipi posse. § Tull. epi. ad Trebat. car. 99. a ter. Pau. in epist. ad Rom. cap. 10. c. § At te nocturnis iuuat impallescere cartis. § Pers. Sat. 5. in med. § In sentes ager natura fæcundus exuberat. Sic animus incultus uitijs sponte inualescentibus obducitur. § Lactan. lib. 6. cap. 15. Ponta. lib. de principe. car. 4. ante. 90. § æstate pueri si ualent satis discunt. § Martial. lib. 10. ad Mag. Ludi. § pluribus econtra disputat Corn. Agrippa li. de uanit. scient. cap. 1. § Nihil scire fælicissimum esse.

## DE DISTINCTIONE, VEL DIVISIONE.

Distincta uel diuisa melius seruantur, exponũtur, percipiuntur. pulcherrimum est quod quæritur ab alijs statim discernere. Præstat autem per media progredi partiendo. Sic melius, faciliusque Ideas inuenimus. Rectius autem per species ac duo membra. § Plato lib. de regno. car. 1. in fin. car. 4. in fin. & in Phedro, in medio, car. 186. in fin. § eorum quæ facimus, &c. harum ego diuisionum amicus sum, ut intelligendi & loquen-

loquendi sim compos, prooemium primam partem, narratio secundam. Tertio coniecturæ. 4. uerisimilia probationes, &c.

Vt alimẽta in stomacho quæ mutata in uires & sanguinem transeũt. § Sen. epist. 59. in prin. Itinera, &c. epist. 94. in med. hanc partem, epist. 108. in prin. Id de quo. § Deinde quæ in uniuersum confusius uideã tur in partes diuisa diligentius considerantur.

Nec passim carpenda sunt, nec auide inuadenda, per partes peruenitur ad tutũ. Aptari uiribus onus debet, nec plus occupari quam cui sufferre possimus. § Carda. lib. 16. de subtilit. car. pen. in fin. § rem de qua tractatur in species diuidere oportet, atque illas etiam distinguere &c. Ita absolutissime quæcunque explicare licebit, &c.

## DE EDVCATIONE.

Educatio puerorum uel Disciplina debet esse, quæ in amorem uirtutis paulatim adducat animum puerilem, a teneris enim assuescere multum est, qui præstantes uiri in aliquo euasuri sunt. Ab ineunte statim pueritia oportet idipsum tam ludendo quam studendo meditari. § Plato lib. 1. de legi. car. med. car. 4. in fin. lib. 2. in prin. & car. 2. a terg. Virg. in 2. georg. § nullo modo permittendum est eos ad propriam libidinem uiuere in mollitie, & in delicijs. § Plato in Laches, in prin. car. 116. lib. 2. de rep. car. pen. 224. in prin. Tul. in 1. offi. in med. car. 20. § pueris non omnem licentiam damus, sed eam quæ ab honestate non sit aliena. § Sen. lib. 2. de ira, cap. Quoniam. car. 128. ante, in med. §

Difficile regimen est. Danda propterea est opera, ut indolem retundamus, facile ingenia adolescentium a recta honestaque disciplina ad luxum & uoluptatem delabuntur. § Herod. lib. 1. car. 2. a terg. § Omnis operis maximum quid est principium, Iuueni præsertim & tenero cuique. Tunc induitur figura quam quis unicuiq; imprimere uelit. Imitari a pueritia fortes, temperatos, sanctos, &c. § Plato. libr. 3. de rep. car. 3. in prin. 228. Plutar. lib. de liber. educan. car. 2. § a teneris enim incipientes perseuerant & in mores ac naturam abeunt. § & lib. 4. car. 1. a terg. § quæ seruata bona quoque efficit ingenia, bonaque ingenia per talem educationem in meliorem euadunt. honestis igitur in iocis primum assuefaciẽdi sunt. Tacere inde coram senibus, cedere locũ, assurgere, uestire decenter. Quæ educatio ad eam uiuendi rationem ducit, quam lex rectam dictat esse, & uiri præstantes usu rerum comprobarunt. § lib. 2. de legi. car. 2. a terg. lib. 3. car. 2. a terg. lib. 6. car. 3. a ter. in med. § hominem dicimus esse animal mansuetum, si cum natura fælici rectam disciplinam fuerit assecutus in diuinissimum solet euadere. Si uero aut non satis, aut non bene fuerit educatus, ferocissimum omnium animal redditur. prima ipsa germina si apte ceperint, ad naturæ

uirtu-

uirtutem uim habent,ad finem sibi debitum imponendum,quod in plã tis euenit, & in brutis.Educatio igitur non est postponenda, nã & per matrem educandi sunt,non per alumnam. ratio est de qua Gel. § lib. 12.cap.1.ubi supra. § non frustra creditum est sicuti ualeat ad fingẽdas animi atque corporis similitudines uis & natura seminis, non secus ad eandem rem lactis quoque ingenia & proprietates ualere. Et quia quæ partus suos deserunt & alijs nutriendos dedũt, uinculum illud animi & amoris, quo parentes cum filijs natura consociat diluunt, deteruntque,&c. § Plutar.lib.de liber.educ.car.3.a ter.112.115.§ Victus enim cibique sodalitium quiddam beniuolentiæ,&c. §& in uer. uxor.diximus alibi.& infra.in uer.Natura.Iuuen.Sat.14.§ Sic natura iubet,&c.maxima debetur puero reuerentia, si quid turpe paras, ne crimina nostra sequantur,sed pater in causa. Vnde Cato maior de quo Plutar.in eius uita. § car.pen.in prin. § uerborum turpitudine pręsente puero temperauit quasi Vestalibus præsentibus. § Xenop.li.7. car.ult.in fin. § filios quicunque nobis nascantur instituamus, ita & ipsi meliores futuri simus, si uelimus præbere nosmetipsos liberis nostris quam optima exempla,&c.

Crescit spiritus licentia,seruitute comminuitur,assurgit laudatus,& in spem bonam adducitur. § Sen.li. 2.de Ira.cap.Quoniam.car.128. ante in med.de reme.iræ.§ sic inter utrunque regendus est,ut modo frenis utatur,modo stimulis,nihil humile,nihil seruile patiatur, attolli non gestire patiamur.Dabimus & aliquod laxamentum, in desidiam & ocium non resoluemus. Recta educatio potest & corpus & animã optimã reddere. § Plato.lib.7.in prin.& a terg.de legi.lib.8.de rep. car. 4.ante in fin.§ ab infantia in metu nutrire & in exercitatione ad mores,ex quo delitiæ,difficiles, morosos, iracundos Iuuenum mores efficiunt,& è cõtra,nimia seruitus ineptissimos reddit,nec uoluptates omnino sequi debent,nec fugere omnino dolores,sed medium sequi. Delitiæ remouendæ & castigatio sine contemptu adhibenda & sine contumelia,& ita firmi in moribus consuetudine stabunt. Dormiat puer sola sanitatis commoditate seruata. Somnus enim multus, nec corporibus,nec animis,neque rebus gerendis natura conducit. Nec cum dormit alicuius est pretij,ac si nõ uiueret.Nec sine pedagogo sit,quia puer omni bestia intractabilior & petulans. § Gel.lib.4. cap.pen.§ Ad litteras decennis proficiscatur triennio insistẽs. Chaldeorum pueri philosophiam discunt a teneris annis,in qua diutius perseuerantes doctissimi euadunt, non ut græci qui cito ad quæstum uertuntur. § Diodo. lib.3. in med.car. 18. in med. § Indi & Sophistæ de quibus Curtius § lib.9.in princ.§ liberos non alunt,sed quibus est mandata cura,&c.

Plut.

§ Plutar.plura lib.de educa.liber.car.116. § Super omnia puerorum memoria exercenda est,consuescendaque quasi cella penaria.Quoniam ea dicitur esse mater musarum,flagitiosorum consortio segregandi. Cā bises rex malis nutritus moribus Persarum regnum amisit.Cyrus laboribus innutritus imperium restituit.Benefacere ex consuetudine in naturam uertitur. § Plato.lib.3.de legi.car.4.ante. Salu. in Iug. in oratio. Marij. supra. in uer. Naturam. ubi exemplum de canibus.§ Tria sunt obseruanda ad institutionem. § Plutar.ubi supra.car.1.§ & ad bene formandum puerum Natura, Ratio, consuetudo idest disciplina & exercitatio. Cæca est enim res una sine alia, & manca. Non aurum, sed pudorem liberis relinquendum. § Plato lib.5.de legi. in princ. § Summopere cauendum est etiam per Senes coram iuuenibus uerecundiam exhibeant, præstans enim & iuniorum & seniorum disciplina est, non uerborum increpatio, sed eadem ipsa facere uideatur, § & ut infra. in uer. Exemplum.§ Adhibenda per patrem diligentia maxima, ut filium optimum reddat. §Plato in Theag.car.2.car.5.ante.in Prothag.car.3.a terg.lib.7.de legi.car. antepenul.§ Ars fit ubi a teneris, &c. §Ouid.in Phedra.§ educatio & disciplina mores faciunt.Vnusquisque id sapit,quod didicit. § Sen.lib.de moribus in princ. car.71. ante in med.§ Quo semel est imbuta recens seruabit odorem, testa diu. § Orat.episto.Troiani belli.in fi.car.193.Plin.episto.12.lib.9. Plut.lib.de educa.liber.car.8.a terg.Eras.prouer.176.Geu. libr. 1.car. 28.episto.suarum.§ Ad honesta pueros exercitia,non plagis,aut uerberibus,sed monitis ac rationibus adduci oportere. § Plut.ubi supra. car.8.a terg.uel.116.§ mixtim & alternis utendum obiurgationibus & laudibus, non immodicis tamen. militat in Siluis Catulus, nunc adhibe puro pectore uerba puer,&c. § Orat.episto.1.lib. 1.in fi.eius. § Non uiolentia,sed quasi per ludum instruendi,non decet enim liberum hominem cum seruitute disciplinam aliquam discere, nullaque animę uiolentia est stabilis disciplina,labor etiam ac somnus disciplinis aduersi sunt,stabilitasque ac constantia requiritur. § Plutar. ubi supra.car. 116. in prin.§ Nihil etiam inuita Minerua. §Tul.in 1.offi.de quo Eras.prouer.ex Plato.lib.7.de rep.car.ult.a terg.lib.2.de legi.in prin.§ remissiones laborum statuendæ,ut & infra.in uer.Ocium. § Sen. lib. 2.de ira.car.128.in fin.ubi supra hic.§ Dandum est semper tempus, unde instituta solemnia,festa & feriæ quibus cantare, & saltare potest. § li.7.car.antepenul.a terg. ubi supra.§ & lyræ operam dare,nec pro peratione. § supra.in uer.Celeritas.Alcia.fab.de Amigdalo.car.ult. 199.§ Cito uenientia cito fluunt, filiusque indisciplinatus est confusio patris,& e contra. § Eccl.cap.22,in princ.cap.30.a.b.§ Qui di

ligit

ligit filium ſuum aſsiduat illi flagella ut lætetur. Non corrideas illi, nec condoleas. Non des illi poteſtatẽ in iuuentute, &c. nimia libertas & nimia ſeruitus abſit. ut & infra. in uer. Obedient. Qualesque filij, talis habetur paterna domus. ❡ Eccl. cap. 11. d. Plato in Laches. car. 2. ante. ❡ In filijs ſuis agnoſcitur uir. ❡ lib. 4. de rep. car. 1. in fi. libr. 6. car. 2. ante. naturam optimam, &c. ❡ Filij tibi ſunt, erudi illos, & curua illos a pueritia. nam qui parcit uirgæ, odit filium ſuum. ❡ Eccl. cap. 7. c. cap. 30. a. prouer. cap. 13. d. cap. 23. b. cap. 29. c. d. ❡ uirga & correptio tribuit ſapientiam, puer autem qui dimittitur uoluntati ſuæ confundit matrẽ ſuam. erudi filium tuum, & refrigerabit te. unde Solon, lege filium abſoluit paterna poteſtate, quem pater nulla inſtruxerat arte. ❡ Plutar. in Solon. uita in med. car. 16. in fin. Xenop. lib. 7. car. ult. in fi. ❡ filios inſtituamus ut meliores futuri ſint exemplo per nos metipſos, nec improbi fient qui nihil turpe aut uideant aut audiant, & in ſtudijs honeſtis uerſentur. Pater omni cura uideat, optimus ut puer euadat, monſtrans quæ uitanda, quid iuſtum, quid iniuſtum, moribus deinde optimis imbuat, potiusquã litteris aut cythara. ❡ Plato in Prothag. car. 3. a terg. in med. 93. lib. 6. de rep. car. 2. ante, lib. 7. car. pen. ante, Plin. epi. 3. li. 3. ❡ Ingenio enim præſtantes male educati fiunt peſsimi. Memorioſi debẽt eſſe, integerrimi, tolerantiſsimi, ingenioſi eſſe requiruntur, unde tradendus eſt puer præceptori, a quo mores primum, mox eloquẽtiam diſcat, quæ male ſine moribus diſcitur, bene imbuendus, ſub præceptoribus poſt & exercitatione firmandus.

Conceduntur autem pueris ludi (ut equinis pullis uacationes ab oneribus) omnis uero ceſſatio ab agendo turpis, niſi quæ relaxationis cauſa animi uiriumque ad refocillationem, &c. ❡ Ponta. libr. 1. de prud. cap. quod autem. car. 161. in prin. ❡ aſperos pullos in optimos equos euadere uidimus diſciplina & exercitatione. ❡ Plutar. in Alcibi. uita in 1. car. 1. a terg. ❡ Nobilis etiam equus umbra uirgæ regi ſolet, ignauus nec calcaribus quidẽ excitatur. ❡ Curt. lib. 7. car. 88. a ter. ❡ Rebellesque filij connubio quandoque caſtigandi. ❡ Plutar. lib. de educa. libe. car. ult. ❡ puerorum cognoſcitur indoles ex eorũ ſtudijs, & in imitatione ſenilium documentorum. ❡ prou. cap. 20. b. Ponta. lib. 3. de pruden. cap. omnino, in fin. Plutar. ubi ſupra. car. 3. uel eius. 111. in princ. ❡ Dum tener eſt gnatus, generoſos inſtrue mores. ❡ Orat. Oda. 4. lib. 4. Qualem, &c. ❡ fortes creantur fortibus, & bonis. eſt in Iuuencis, eſt in equis patrum uirtus. ❡ Oda. 24. lib. 3. Carm. Intactis. &c. ❡ Quid leges ſine moribus, Carda. ❡ li. 11. de ſubtilit. car. pe. ❡ quomodo inſtituendi.

Locutio infra.

Orator,infra.

## DE ELOQVENTIA.

Eloquentia quid præſtabilius, laudabilius uel admiratione audientium,uel ſpe indigentium, huic quoque datus eſt principatus § dicit Tul.in 2.offic.& in 2.de natu. deo. Plutar. in Marij uita. car. ſecunda, in princ.Alcia.fab.176. Cedunt arma togæ. § neque diuitias eloquẽtiam,quibus,qui tum primi in urbe erant,populum ducebant,ut eſt Euripidis dictum,de quo Plutar.in Pyrrhi uita.car.3.omnia conficit oratio,quæ hoſtile ferrum conficere non poteſt.nam dicebat Pyrrhus rex, plures a Cynea oratione,quam a ſe armis urbes partas. § in ſua polit. car.5.a terg. § mores & oratio perſuadent omnia, ut nauem a gubernatore,equum per frenum,ita ciuitatem per oratores regi. Eloquentia nil præclarius, qua homines inter ſe cæteris antecellunt. § Tul. ubi ſupra.Plutar.& in Pericle.car.3.in prin.in Polit.ubi ſupra.§ Veriſsimum eſſe dixit illud Platonis, Oratoriam uim animis hominum imperare,eoſque ad quoſcunque uelit motus impellere,nonnulla tamen orationis uis.Sed ut per Thucydidem, de quo Plutar. Vitæ dignitas atque exiſtimatio innocentiæ,abſtinentiæ præclara, &c. § & in apophtheg. Lacon.in Agiſ. car. 162. § orationem rerum omnium potentiſsimã eſſe.Quid ſi tu taces? & per Hortenſiam, de quo Valer. § cap. Quæ mulieris. § Et in malo homine pernitioſa eſt. § Plato in Menex. in princ.plura.Tacit.in dial.Orator.car.1.2.10.a terg.libr.17.hiſtor. in prin. § Oratoria enim ars parat & tuetur amicitias,complectitur prouintias.Vnde nil fructuoſius ad utilitatem,ad dignitatem amplius,ad famam pulchrius,ad gentium notitiam illuſtrius.Vnde armatus præſidiũ amicis,opem alienis,ſalutem periclitantibus, inuidis & inimicis terrorem ferat,ipſe munitus,&c.Cælius plura de lingua. § libr.3.cap.32. uel ult.Sen.in declamat.in præfat.car.74.a terg. § præcipua fuit circa Ciceronis tempora,qui cæteros antecelluit,nam triſtior Caluus, numeroſior Aſinius, ſplẽdidior Cæſar,amarior Cælius,grauior Brutus,uehementior plenior ualentior Cicero. § Plutar.in Demoſth.uita.car. 1.2.Ponta.in dial.Actius in fin.reg.3.car.143.a terg. Denique ut nullus,&c. § Nemo doctus & eloquens,infra.in uer. Nemo facundia rara. § Alcia.fab.177.Antidotum, &c.§ Quid facundia poſſet tunc patuit,&c.de Vlixe in Aiacem. § metham.lib.13.in prin.§ Pericles oratione patriæ imperauit ſuæ, ut armis & ui Piſiſtratus Argiuus. § Valer. cap. Quanta uis ſit eloqu. § Demoſthenes omnes ſine controuerſia ſuperauit Græcos, prꝫter unũ Demadem uel & Phocionem. § ita & Tacitus ubi ſupra.Plutar.in d.Demoſt.car.2.ante.in fi.§ prꝫſtiterunt ergo Demoſthenes alijs,Demades illi & Phocion,Cicero ipſis omnibus.

omnibus. § Diodo.lib.1.operis a terg.Sen.d.car.74.§ Affert multum opis ad historiam eloquentia,qua nihil ferme præclarius reperitur, hanc Græci Barbaris cum hæc una sit qua homines inter se antecellant, ut supra. § Alcia. fab. 106. Anguibus implicitis 133. Roboris inuicti,&c.176. Arcum leua tenet.§ Eloquio pollens ad sua uota trahit. § fab.seq.Eloquij candor, &c. § Nemo adeo ferus est qui non mitescere possit,&c. § Orat.in 1.epist.car.1.Cæl.plura.li.3.cap.32.Tul. in præfat.parad.§ Gorgias Leonti.philos.Omnibus se responsurum proposuit de quacunque scientia,memoria singulari præditus,& ex tẽpore. § Plin.lib.33.cap.4. Valer. quæ cuique mag.§ Ctesiphon se totum diem posse iactabat de qualibet re dicere, & quocunq; uolet animum inducere.& Orat. § in poet.car.2.a terg.Plutar.in apophtheg. Lacon.car.132.a tergo.4.fin.in fin.& ad Valer.cap.Quanta uis.§ de Sulpitio,Carneade,Pythagora,Polemone.& in uer.Memoria.Quid cõtra no.in uer.Aduocati,supra.In propria causa sæpe inutilis, ut de Cicerone & Demosthene, § Apia.lib.2.car.48.§ Is ipse Cicero oraturus læua demulcebat faciem,ut qui trepidus fuisse est habitus in incipiendo.Plutar. § de quo & Eras.prou.747.faciem, &c.§ eloquentes reperiri quam paucos uiros bonos,dicit Volatera. de quo Agripp. § cap.de rethorica.car.2.§

## DE EXEMPLIS.

Exempla pro documẽtis habenda, nihil enim sine exemplo recte docetur aut discitur, est enim lex quædam quæ bonos ad bene agẽdum inuitat. § Liuius li.25.car.pen.ante,Terent.in Andria,Colu.li.12.cap. 1.Ponta.lib.1.de prud.5.car.2.in prin.li.1.de fortit.cap. excedentem. car.65.Tul.in 1. parad.§ hæc uideri possunt obscuriora sine appositione exemplorum. Nihil non parum grate sine cõparatione laudatur. § Plin.in suo paneg.car.360. 354.§ Quæcunque scripta sunt,ad nostram doctrinam scripta sunt. § Pau.ad Rom.cap.15.in prin.§ Arduum est absque exemplis res magnas sufficienter ostendere. § Plin. epist.14. lib.8.Cum sis peritus.Plato lib.de regno.car.4. a terg. Varro in 1.rei rust.cap.18. longum est iter per præcepta breue, & efficax per exempla.non arduum est uidere si exemplo commoueris. § Sen.epi. 6.Intelligo,&c.epi.11.locutus,&c.epist.25.quod,&c.epi. 52. in med. Quid est.epist.94.in med.car.51.in prin.§ Imbecillioribus ingenijs necessarium est aliquem præire,hoc uitabis,hoc facies,&c. § Pli.epi. 18.lib.8.in fin.Pau.ad Titum.cap.2.b.§ In omnibus teipsum exemplum præbe. § Xenop.lib.2.car.33. car.9.§ Quotiens agendum aliquid imperaui,non uerbo sed re.Aliquis uir bonus eligendus est, ac semper ante oculos habendus,& omnia tanquam illo uidẽte faciamus.

exemplum

exemplum ab his qui faciunt,non tantũ præcipiunt aliter agẽdo. § Lactan.lib.3.cap.15.in med.de Christo præceptore nostro,lib.4.cap.23. in princ.24. § malunt enim homines exempla quam uerba. § Tul. in 1.offic.in fin.car.24.ante.§ Maiores natu uereri decet,& ex his eligere optimum & probatissimum, cuius consilio procedant actiones. § & lib.de amic.in prin.eius. §

Disce puer uirtutem ex me uerumque laborem, Virg. Vobis relinquens exemplum quo sequimini uestigia eius. § Petrus epist. 1.cap. 2.in fin.Orat.lib.1.serm. Sat.4. § Aliena obbrobria sæpe absterrent uitijs.Ego Q.Fabium Max.adolescens ita dilexi senem,ut ęqualem,erat enim in illo uiro comitate condita grauitas,&c.plura.Quo extincto fore diuinabam unde discerem neminem. § Tul.libr.de senect.car.76. de Lælio & Scæuola.lib.etiam de amic.in prin.Plutar.in Caton. Cẽso. uita car.1.a terg.§ Fabium Maximum delegit primorem tunc urbis, cui se totum dedicauit ipse Cato. § Ponta.lib.5.de obed. cap. parens urbis,in fin.car.43.§ de Scipione super.de Cyro rege,Achille, Alex. Mag.Quem & Cæsar,Scipio Cyrum. § Machia.lib.de princ.cap.14. in fin. § Erat antiquitus institutum ut a maioribus natu non auribus modo,uerum etiam oculis disceremus,quæ facienda,&c.plura. §Pli. epist.14.lib.8.in princ.cum sis peritissimus.ubi supra. Plutar.in polit. sua. car. 10. plura. § In exemplum ualentissima quædam inest efficacia. § Ponta.lib.4.de prud.car.ult.in fin.207.a terg.Plato lib.3.de legi.car.3.in fin.Iuuen.Sat.14.in prin.§ Quæ monstrant ipsi pueris traduntque parentes,&c.non est arduum uidere,si exemplo commoueris, ut de Attilij Regu. fortuna refert Polyb. §li.1.car.24. § singulare uniuersis exemplum fuit,&c.natura imitanda,non artifices,de Pithagora pictore.Plin. § lib.34.cap.8.Tul.lib.de senect.car.2.in prin.libr. 3.de natu. deo. car. 2. a terg. § Authoritates contemnis,ratione pugnas. §idem & in oratio.pro Archia.car.20.in oratio.pro Amerino. car.25.ante etenim,&c. § etenim hæc conficta arbitror a poetis esse, ut effictos mores nostros in alienis personis expressam imaginem nostram, uitæ quotidianæ uideremus, quoniam paulo ante dictum est, § dicit Tul.ipse in 1.offic.in med. § imitandos esse maiores,excipiẽdum ne uitia imitemur. § & lib.2.§ facile cognoscentur adolescentes,qui se ad claros, & sapientes uiros contulerunt, quibus frequentes eorum se similes ad imitandũ declarant. Omne animi uitium tanto conspectius in se crimen habet,quanto maior qui peccat habetur. §Iuu. Sat.8.car.3.uel 39. Sat. 14. in prin. § Quæ monstrant patres pueris traduntque parentes,ludit & hęres,&c.Vnde tibi frontem libertatemq; parentis, cum facias peiora senex,&c. corrũpunt uitiorum exempla do-

mestica

mestica magis. § Eccl.cap.6.in fin.Luc.cap.6.in fin.cap.8.d.Mathe. cap.5.c. § Vt uideant opera bona uestra. §Pau.in prin.ad Thimo. cap.4.c.Xenop.libr. 7. in fin.car.129.ubi supra. § filios instituamus nosmetipsos liberis nostris optima exempla prębendo, & cæ.Si uideris uirum sensatum,euigila ad eum,& si dilexeris audire sapiens eris. Qui uenit ad me & audit sermones meos,&c. § Tul. in Verr. 7. car. pen. in princip.de pluribus,Xenoph.libr.2.car.33.ante. § non uerbo demonstrans sed re, qualis oportet esse. exempla sumenda ab ijs, qui faciunt laudabilia,non qui dicũt. Seniorum disciplina est non uerborum increpatio,Sed monita in omni uita facere. § Plato libr. 5. de legi.in princ.car.2. in princ. Tul. in dicta 1.parad. in fin.Plin.epist.14.libr.8. Sen.epist.52.in med.Quid,&c.epist. 26. in med.Modo,&c. § eligamus non celeritate præcipitantes,sed eos qui uitam doceant, qui cum dixerint,quid faciendum sit probant faciendo, &c. §Dion. lib.52.in oratio.Mecenat. § ubi senes impudentes sunt, adolescentes esse turpissimos necesse est,dicit Plutar. §in problem.car.9.201.in prin.Aria.lib.6.car.276. § Alex.ipse pedes agmen ducebat, quo milites exẽplo suo ac duces,labores ac ærumnas leuius ferrent,patiẽtia æstus,algoris,inediæ necessaria desiderantur. § Ponta.lib.de princi.car. pen. in princ. § discere a peritis, sequi optimos,&c. § Tacit. libr. de Iulio agric.car.2. ante. § Instruenda est uita exemplis illustribus,quid faciendum sit a faciente discendum. § Sen. epist. 58. in med.Quanta, &c.epist.98.in fi.Nunquam,&c.epist.108.id de quo,&c. Dion.li. 52. ubi supra,in oratio. Agrippæ. § Sic ista discamus, ut quæ fuerint uerba sint opera,non qui philosophiam didicerunt, aliter tamẽ uiuunt quã uiuendum præcipiant,exempla enim,&c.Multum sibi dabis,etiam si nihil dederis præter exemplum. § Sen.li. de consolat. ad Albinam,car. ult.cap.non est,in fin.car.151.in prin.§

Ciues ad iustitiam,non tam uerborum artificio,quam exẽplo & opere sunt prouocandi. § Plato lib.10.de rep.car.267.in prin. libr.9.de legi.car.249.a ter.in arg.Vale.cap.de paren.seuerit.in Torquato. in fi. effigies maiorum ad exempla,&c.ut in uer.laudatio,alibi. Fælix igitur quem faciunt aliena pericula cautum. § Gel.lib.2.cap.23.prouer.de quo Eras.plura. § post mala & acerba prudentior,aliena insania frui. Plin.lib.18.cap.5. § Alienis malis utili exemplo functos. § Liui.li. 21.in med.de Pænorum strage in alpibus.Tacit.lib.20.in med.car.41. ante. § Diutius durant exempla,quam mores.fæliciter sapit qui alieno periculo sapit. §Plaut.in mercat.cap.Sira.car.219.ante.In Persa. cap. cui homini. in fin. § Sed te de alijs, quam alios de te suauius est fieri doctos.Interrogans pontifex cur Episcopus sedem suam,&c.non regeret,

regeret, respondit, Abste omnes pendemus Pontif. te sibi quisque proponit ad imitandum. § Aemil. car. 418. a tergo, in Carolo. 5. rege. § Nec enim fortuna quærenda sola tua est, Similes aliorũ respice casus. § metham. lib. 15. in med. § ex uitio alterius sapiens emendat suum. § Senec. in suis prou. Tul. d. lib. 1. de offic. car. antepen. in princ. § fit enim ut magis in alijs cernamus quam in nobis metipsis si quid delinquitur. Adhibere ergo decet doctos homines, & usu peritos, &c. exempla quomodo ponderanda, not. Guizar. § lib. 1. in fin. car. 45. a ter. §

## DE EXTEMPORALITATE.

Extemporalitas uitanda in dicendo, quia imprudentiam affert, non statim ergo decernendum, ut est prou. de quo Eras. In nocte cõsilium, posteriora meliora. & per Augustũ, de quo Suet. § in eo. cap. Eloquẽtiam. § exemplo Platonis in septima sua epistola, Tempus responden di in crastinum sumpsi. § car. penul. ante. § Locutus est nunquam nisi meditata & composita oratione, &c. § Liui. libr. 37. in princ. car. 199. a terg. § Scipio responso ad hoc dato, cogitaturum dixit quid si bi faciendum esset, &c. § Tul. lib. de seneꝯ. car. 81. de Catone ipso. libr. 1. offic. car. 4. in fin. § adhibebit ad considerandas res & tempus & diligentiam. § Sen. lib. de prud. car. 72. ante. in med. § Venio in senatum frequens, ultroque affero res multum & diu cogitatas, easque tueor, &c. § lib. 1. de legi. car. 2. in fin. § rem differre quam extempore respondere male consueuisset Demosthenes. § Plutar. in polit. car. 8. ante, lib. de educa. libe. car. 6. ante, & in eius uita. car. 1. a terg. Lãprid. in Alex. Imper. car. 6. in fin. § Ne pueri dicant extempore cauendum erit. Dato spatio ad disquirendum cogitandumque, priusquam di cerent, ne incogitati dicere cogerentur de rebus ingentibus. Nullã causam adeo tenuem tradunt, ad quam peragendam impræmeditatus accederet Crassus ipse. § Plutar. in eius uita. car. 1. ante. § Sostratus dicitur omnium promptissimus fuisse, & Gorgias Leont. § Plutar. ẽt in M. Ant. in fin. car. ult. in princ. § improuisa sæpe actio plurimum obest. § Tul. in Philipp. 3. in prin. Dion. lib. 42. car. 1. Ponta. lib. 3. de prud. cap. Quæretis, car. 192. lib. 4. cap. omnino. car. 199. a terg. § extemporalitas omni studio fugiẽda, quæ turbare animum & ingenium, stuporemque afferre, solet. Paratus igitur quisque debet esse in quaque re, & animo composito, mala improuisa grauiora. Tul. § lib. 3. Tuscu lan. car. 7. uel 107. §

## DE EXPERIENTIA.

Experientia & usus dominatur in artibus. § Varro, libr. 1. rei rust. cap. 18. in fin. Colu. cap. 1. libr. 1. cap. 4. Cæs. libr. 2. ciui. car. 3. Polyb. in 1. car. 24. a terg. § Optima ad ueram uitam institutio uidetur esse

experiẽtia. Eſt.n.rerum oĩum magiſter uſus. § Vnde metham. li. 6. § Seris uenit uſus ab annis. Nec Medici, nec Imperatores, ita nec Oratores quamuis artis præcepta perceperint, quicquam magna laude dignũ ſine uſu & exercitatione conſequi poſſunt. § Tul. in 1. offic. § aſsiduus uſus unius rei deditus, & ingenium & artem ſæpe uincit. § & in oratio. pro Balbo. car. 5. fin. 67. & in oratio. pro Murena. car. 141. Plin. epiſt. 29. lib. 6. lib. 17. cap. 4. hiſtor. § experimentis optime creditur. Virg. experto credite. Experientia prudẽtiam auget. prou. de quo Eraſ. Expertus metuit. Milites ab aſſuetudine perpetiendorum laborum, exantlatisque periculis laudari, & quos aſsiduus labor longaque exercitatio docuiſſet. § Ponta. lib. 5. de obed. cap. parens. § In ruſticatione, in mercatura, in re militari nedum in ciuili, niſi per exercitatos rarus poteſt eſſe profectus. Ad celeritatem natura & ingenium confert, ad maturitatẽ perfectionemque uſus ipſe & exercitatio, &c. § Ponta. ipſe, lib. 3. de prud. cap. uſum. lib. 4. cap. Oratius. § ab experimentis natæ ſunt inſtitutiones & præcepta, eaque longiſsima ab obſeruatione ſumpta, &c. plura.

## DE EXERCITATIONE.

Exercitatio efficacior quam natura. Quid corporum habitus? ocio & torpore corrumpitur, exercitatione, motuque plurimum conſeruatur. § Plato in Theæt. car. 3. a terg. 56. § recta educatio poteſt & corpus & animum optimũ reddere. § Idem lib. 7. de legi. in princ. car. 339. Plin. epiſt. 29. lib. 6. auidius, &c. § Vſum haberi & eſſe optimum dicendi magiſtrum & corporis agitatio modica, uel uehiculis, rheda, equis, & quomodocunque conducit plurimum. § Pau. in 1. ad Thimoth. cap. 46. Tul. lib. de ſenect. car. 76. 81. § Aptiſsima ſunt arma ſenectutis artes exercitationesq; uirtutũ, quæ in omni ætate cultæ mirificos afferunt fructus. Vtendum exercitationibus modicis. Tantum cibi & potionis adhibendum ut reficiantur uires, &c. ſeruum inclinant operationes aſsiduæ, mitte illum in operationem ne uacet, multam malitiã docuit ocioſitas. § Eccl. cap. 33. in fin. Sen. epiſt. 15. mos antiquis. ex Plato. in Thymæo. car. ult. ante. § ſunt exercitationes & faciles & breues, quæ corpus & ſine mora laxent, & tempori parcant. Curſus & cum aliquo pondere manus motæ & ſaltus, uel qui in altum leuat, &c. geſtatio & corpus concutit & ſtudio non officit, &c. labore modico alitur ille. § Plato lib. 7. in princ. ut ſupra. § nulli ſunt tam feri & ſui iuris affectus, ut non diſciplina perdomentur, &c. § Sen. lib. 2. de Ira cap. Vtilis, & cap. ſeq. Quoniam quæ. car. 128. § Labor citra laſsitudinem exerceas, ut minuatur, & nõ ut conſumet calor, modica uoluptas laxat animos & tẽperat. § & li. de prouid. cap. proſpera. car. 137. ante. § So

lidiſsima

lidiſsima pars eſt corporis, quam frequens uſus agitauit. § Contemptum periculorum aſsiduitas periclitãdi dabit. Solidiſsimum eſt quod exercuit. Nihil miſerum eſt quod in natura conſuetudo producit, paulatim uoluptati ſunt quæ neceſsitate ceperunt. § Pontã.li.2.de prud. cap. profectorum. § in actionibus ipſis & in uſu exercitationeque agẽdi uirtus cognoſcitur noſtra. Ex Heſiodo Plutar. § libr. de educa. libe. car. 2. & car. 116. § paucula ſi tentes ſuper adieciſſe puſillis, idque frequens peragas magnus cumulatur aceruus. § & in Demoſth. uita car. 1. a terg. 2. in princ. § Non multum natura & ingenio, ſed labore & exercitatione ualent, uocem currendo, ſcandendo, inter pronuntiandum exercuiſſe. § prou. de quo Eraſ. nu. 1153. car. 155. in fin. § Ferrum ſi exerceas conteritur, ſi non exerceas tamen rubigo terit. § Gel. libr. 11. cap. 2. in fin. Plutar. in Cæſar. uita in princ. car. 1. ante. § Nullius rei tam paruum eſt exiſtimandum initium, quod nõ aſsiduitas amplificet. § Curt. lib. 5. in med. car. 54. a terg. Diodo. lib. 3. car. 4. in princ. § conſuetudo natura potentior. diutina militia tum milites robuſtiores, tum duces prudentiores ſolet efficere. § Machia. lib. 1. diſcurſ. cap. 21. Sen. epi. 80. hodierno, &c. § Multi corpora exercent, ingenia pauci, in deambulando, in orando, & in uoce, ut clara, ut ſuauis. Alterum exercitatio augebit, alterum imitatio. § Plato in Phedro in prin. car. 179. in fin. Tul. in 1. offic. car. 26. lib. 2. car. 41. libr. de ſenect. car. 79. ante. & car. 81. a ter. § Senectus non modo languida atq; iners non ſit, uerum etiam operoſa, & ſemper agens aliquid & moliẽs. Pythagoreorum more, exercendæ memoriæ gratia, quodcunque dixerim, audierim, egerim cõmemoro ueſperi. hæ ſunt ingenij exercitationes, &c. Vocis exercitatio & lectionis not. Plutar. § libr. de tuenda ualit. car. 407. lib. de libe. educ. car. 116. a terg. § magna eloquentia ſicut flamma materia alitur, & motibus excitatur, & utendo clareſcit, &c. § Tacit. in dial. Orat. li. 1. Oda. 7. & 8. laudabunt, &c. Lydia dum, &c. § Inter æquales equitet cur timet flauum Tyberim tang. § Sen. lib. 2. de clamat. car. 77. cap. Ouidius. § non uides ut immota fax torpeſcat & ignes exagitata reſtituat, mollit animos ocium, ferrum ſitu rubiginem ducit. Vidi ego iactatas, &c. Aſsidua ſtilla ſaxum excauat. prou. de quo Eraſ. Vſum haberi optimum dicendi magiſtrum, dicit Plin. § epi. 29. lib. 6. in fine. d. Auidius, &c. Plutar. ubi ſupra car. 2. a terg. § Nulla ergo dies ſine linea, ut de Apelle Plinius § li. 35. cap. 10. Sen. epiſt. 40. in fin. Quod, &c. § opus eſt exercitatione quotidiana. Lycurgus Catulos ſuſcipiens fratres, uario educatos modo, Culinæ alterum, uenationibus alterũ, expreſsit, quod populo expoſuerat incapaci. § Plutar. lib. de educa. libe. car. 3. in prin. § multos & paruo ingenio, ut bene

agerent agendo consecutos.& in uer.ingenium.infra.

## DE EXILIO.

Exilium est ubi uirtuti non est locus.Loci est commutatio, & carere patria. §Tul.in oratio.pro Milone.car.ult.Sen.li.de consolat.car. 148.a ter. cap.Remoto igitur.cap.Quid tam.Machia.lib.4.histor.car. ult.in fin. § nulla ciuitas est ubi magnam partem peregrinæ multitudinis non inuenias,mobilis & inquieta mens homini data est,&c.plura de nationibus, §& cap.de remed.fortuit.cap.exulabis.car. 73. a ter. car.71.ante.in fin.de moribus. § Patria etiam, ubicunque est bene, § Tul.ubi infra.in ult.Tuscul.in fin. § si sapiens est peregrinabitur,si stultus exulat. § & epist.24.in med.Solicitum,&c. § exul fiam,ibi me natum putabo quo mittar. § Plutar. plura,li. de exilio.car.149.§ nullam regiones ipsæ inferunt homini fælicitatem aut detrahunt,sed sibi quisque patriam tribuit & fælicitatem. Leuius est te insontem esse quam reum,in patriam non uexatum,haberi cum infamia.Philippus ad Ciceronem exulem,de quo Dion.in consolat. § lib.38.car. 35. Tul. in 4.parad.& in 1.etiam in fin. § sapiens non fit exul. Nam exilium non est supplicium,sed profugium & portus supplicij. § Tul. in oratio.pro Cecinna.car.pen.§ Vnde est uoluntarium exilium,de quo Budæus § lib. in pand.2.car. 108. § quæ alio nomine dicitur legatio libera,ut alibi in uer.Legatus. § Sen.epist.82.in med. Desij. § non laudatur exilium, sed constans exul. § Tul. in 1. parad. § patria est ubicunque uir fortis,&c.& ubi bene est quæuis terra patria. § Sen.li. de moribus,car.71.ante.in fin.Curt.lib.6.car.67.Eras.in prou. c. 160. Dion.lib.38.car.35.in prin.§ multi rem suam bene gessere,& publicam patria procul, multi qui domi ætatem agerent propterea sunt improbati. § Tul.lib.7.epist.famili.car.94.ad Trebatium.lib. ult. Tusculan.in fin.car.antep.in fin.Geu.lib. 2. car.107. Quattro cose, &c.li. 1.car.388. a D.Pietro Hiron.car.396.399.de priuilegijs eius. § Vitam optimam elige,hanc tibi non insuauem cõsuetudo efficiet. Plutar. ubi supra.car.251.a terg. §

## DE FAMA.

Fama est instita hominibus, libido alendi de industria rumores,aliquid adijciendo,ut de Scipione,in Hispa.ęgrotante,Liui. §lib.28.in med.lib.21. § de Scipi.patre ad Placent. Incerta in maius uero ferri solet,nunquam ad liquidum perducitur, omnia illa tradente maiora uero. §Curt.lib.9.car.3.metham.lib.12.§ Auditis aliquid nouus adijcit author, summam rerum nuntiat non ordinem. § Plin. epist. 11. lib.4.Audisti,&c. § Tales crede,quales fama,&c. § Plin.in paneg. car.370.prou. de quo Eras.car.80. § Non omnino temere est quod uulgo

uulgo dicitur.Famę rerum ſtandum eſt, ubi certam derogat uetuſtas fidem,haud ſemper errat fama aliquando & elegit. § Liui.li.7.in prin. car.2.ante in med.Plato lib.8.de legi.car.2.a terg.li. 11.in prin. Tacit. in uita Agric.car.2.in fin. § Vulgatæ de his famæ credendum eſt.miram famæ potentiam nouimus,quando,&c.famæ uires,& uelocitatem not.Ouid. § libr.12.metham.Pontan.in dial.Anton.in med.car.80. Macro.libr.5.cap.14. de Homero & Virgilio. § mox ſeſe attollit in auras, & cæ.Non fama ſolum, qua nihil eſt celerius,ſed nuntius regis. § Liui.lib.24.in med.de Siracuſ.motu. car. 113. Plutar. plura exponit car.1.in uita Pauli Aemil.car.pen. § omnia longe ſuperat famæ miraculum, quarta poſt prælium die profligatum eſſe Perſeum Romæ uulgauit.Valer. § cap.de miracul.car.1. § Dies pugnæ idē fuerat quo Romæ uictoriam fama uulgarat. § Cæſ.lib.7.gall. car.1.in fin. libr. 3.ciui.car.antepe.de aduentu Scipionis, Dion. etiam libr. 41.car.112. in fin. § de Clade Pharſal. a ſacerdote eadem die Paduæ cognita. § Gel.libr.15.cap.18. § plerunque in nouitate fama antecedente,ut de Clade in Mardonium per Græcos. § Iuſti.lib.2.in fin.libr.20.in med. § de Locrenſibus,& Crotoniatis. Admirationem auxit incredibilis famæ uelocitas, nam eadem die qua in Italia pugnatūm eſt,etiam in Græciam nuntiata eſt uictoria. Infamia cum paupertate grauior, immortalis eſt etiam,tum uiuit cum credas eſſe mortuam. § Plaut. in Perſa.cap.Quæres car.261. § Mala de te fama uulgata eſt, aut illam dilue,aut ne ſis. § Plutar.in apophtheg.Laco. in med. car. 184. Sen. epiſt.91.in fin. Liberalis. § Dementia eſt uereri ne infameris ab infamibus. § Aemil.in Phil.1.rege.38.car.153.ante. § Quo die Claro monte decretum ſit ſacrum bellum,eodem illius decreti famam orbem terrarum peruaſiſſe. § Blon.lib.13.car.antep.in med. §

## DE FAME, ET SITI.

Iniuriæ sunt uel repentinæ uel consulto. Leuiora sunt repentina. § Tul.in 1.offi.car.6.5.in fi.Plato lib.9.de legib.car.pen.plura.§ Maleficorum genera refert Ponta. §lib.de benefi.cap.maleficorum,&c.§ Omnis iniuriæ proximi ne memineris,& nihil agas in operibus iniuriæ. § Eccli.cap.10.in princ.Valer.cap.de animi moderat.§ Multo est operosius seipsum quam hostem superare,nec aduersa propera festinatione fugientem,nec secunda effuso gaudio apprehendentem. § exempla plura refert Ponta.lib.2.de fortit.car.ult.§ Aliquis male de te locutus est,cogita an prior feceris,cogita de quam multis loquaris,&cæ. § Sen.in 2.de Ira.cap.unde illud.car. ult. libr. quomodo in sapien.car. med.episto.95.in fin.car.53.a terg.Plato episto.7.in med.§ A cædibus pulsationibus ciuium atque iniuriarum commemoratione uindictæque cupiditate temperantes,inimicis concilientur,suique ipsius cõpotes fiant,&c. § Plato in Crito.car.2.a terg.§ Nullo modo iniuriandum

riandum est, neque si iniuriam passus fueris ulciscendum, ut uulgus putat. Siquidem nullo modo iniuriãdum, neque ulcisci decet, neque malefacere cuiquam hominum quodcunque ab alijs ipse passus fueris, nunquam rectum est iniuriari uel ulcisci iniuriam, uel malum referre in eũ qui intulit. Iustus uir nunquam lædere quenquam cogitat, sed prodesse in omnibus unicuique. § Plato in Crito in fi. lib. 1. de repub. car. 3. ante in med. § magnarum est uirium negligere lædentem, maxime magistratus. § Sene. lib. de moribus in princ. & in suis prouer. Quæ magnarum. Plut. in polit. car. 14. libr. de utilit. ab inimi. car. antep. a ter. § Cum ceciderit inimicus tuus ne gaudeas, & in ruina eius ne exultet cor tuum, &c. § prouerb. cap. 24. b. 25. d. Paul. ad Rom. car. 12. d. Vopis. in Aurel. Imper. in med. car. 201. in fi. § Iniuriarum obliuiosus, Amnestia dictus. § Plut. in polit. car. 20. a ter. § Nepetes dicitur herba quædam inducens obliuionem omnium molestiarum etiam grauissimarũ. § Plin. li. 25. cap. 2. lib. 13. cap. 17. ex Home. libr. 4. odis. car. 4. ubi infra. § Lotus est & arbor dictæ proprietatis. unde prouer. de quo Erasm. § car. 209. in princ. § Lotum gustauit, Qua & utebatur Selym Turc. Imper. de quo Iouius in eo. hanc asseral dictam refert Carda. § lib. 8. cap. 8. de subtilit. 341. Alcia. fab. 112. Iamdudum, &c. § & Helena de qua Home. § in 4. odiss. car. 4. lib. 9. car. 3. § Sed ipsis dedit lotum comedere. § Diodo. lib. 2. in fine. car. ult. § ne malorum memineris. § prouer. de quo Erasm. car. 149. § Malorum medicina quam optima est obliuio, &c. § Apia. lib. lybico. in fi. § de Censorino ad Carthaginenses. Exempla refert Ponta. ẽt § li. 1. de magnanimi. in med. car meminerit, & lib. 2. de fortit. cap. de toleran. iniuri. car. ult. § Et qui faciunt odiunt iniuriam. Senec. in suis prouerbijs.

Placabilitas ubiq; seruanda & iniuriarum facile obliuisci, ut de Cæsare, Agesilao Aug. Alexan. secund. Imper. &c. ubi supra. § Tacit. libr. 20. car. pen. ante. § procliuius est iniuriæ quam beneficio uicem exoluere, quia gratia oneri, ultio in questu habetur, beneficio ius iniuriæ extinguitur. § Sen. episto. 81. plura quereris, &c. § pluris æstimatur ius beneficij quam iniurię, recte facti fecisse merces est. Nullũ est odium pernitiosius, quam beneficij uiolati pudere, ubi supra. § Geu. lib. 1. car. 84. li. 2. car. 329. ante. uel. 428. § Aequum est peccatis ueniã petentem reddere rursus. § Orat. in sermo. Sat. 3. § Heu quam miserum est ab illo lædi, de quo non possis queri. § Senec. in suis prou. Eccle. cap. 28. a. b. § Iniuriarum remedium est obliuio.

Qui uindicari uult, a Domino inueniet uindictam, relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata soluentur. § Plato lib. 5. de legi. car. 2. in princ. § Omnium peccatorum tam in peregrinos

nos quam in ciues maximum est, quod in supplices est cōmissum, Deus enim est eius diligentissimus custos. § Home.lib.9. Ilia. in medio. § neque te oportet sæuum cor habere, uertibiles autem & Dei ipsi, quorum maior uirtus & potentia. præceps sunt Iouis filiæ magni, Offensa autem robusta & integra, &c. plura. Sunt faciles superi precibus flectuntur. & ijdem sacrorum nidore pio placantur, &c. §Plato in 2. de repu. car. 2. ante. § bonus iniuriam fecit, noli credere, malus, noli mirari. § Sen.lib.2. de Ira.cap.ex his.lib.3.car. 2. § Magni est animi iniurias despicere. Vltio est doloris confessio, si imbecillior te lædit parce illi, si potentior, tibi. Non ut de Neratio, qui per lasciuiam obuios depalmabat. § Gel.lib.20.cap.1.in med. § Sed ut Cæs. & alij de quibus supra. qui obliuisci nil solitus erat, nisi iniurias. § not.scriptores & Tul. in oratio. pro Ligario, in oratio. post reditum.lib.1.offic.car.7.85. Aliter Dion. de Cæs.lib.38.car.27. §

Ignoscendo malis quandoque bonos perditum itur, & iniuriam ferendo ueterem inuitas nouam. § Salu.in Iug.in oratio. Memij.in fin. Gel.lib.17.cap.14. Macrob.li.2.cap.8. § Minus contemnemur, &c. § Sen.ubi supra.lib.2.cap.ex his. Plut.li.de cohib.Irac.in med.car.449. & in Solon.uita. Guizar.lib.1.car.8.lib.4.car. 206. § Vindicanda ergo iniuria & in nos ipsos & in alios illata. Libera eum qui iniuriam patitur de manu superbi. § Eccl.cap.4.b. § Erue eos qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitum. § prouer.cap.24.b. Plato lib. 5. de legib. car. 2. ante. § Qui non defendit nec obsistit iniuriæ, tam est in uitio, quam si parentes aut amicos, aut patriam deserat. § Tul. in 1. offi. car.5. in fi. ubi supra. §

Aliorum iniurias, uel quæ difficile, uel ullo modo sanari possunt pugna, defensione, uictoria uindicantur, &c. neque enim qui faciunt, sed qui propulsant iniuriam magni & præstantis sunt animi, &c. § Pont. li.1.de obed.cap.præcipit.in fi. § Iniuriæ igitur que ferri non possunt uindicandæ aut dissimulandæ. § ubi supra.lib.5.in princ. Geu. libr.2. car. 321. Al Comendator. § non potest generosus animus iniuriam pati. § Senec.in declamat.1.lib.9. car. 88. § Peccare non credunt insipientes, temulenti, iniuriantes. § Plutar.li.de morb.animi.car.2. § Cui placet obliuiscitur, cui dolet meminit. § Tul.in oratio. pro Murena.in med.car. 135. § Iniuriam facere imputabilius quam pati, quoniam maximum est malorum. § Plato in Gorgia.car.4.a terg.car.5. ante & a terg.episto.7.car.3.ante. Sen.episto.95.in fi.car. 53.a terg.in med. Boet.in 4.de consolat.car.50.a ter. §

In sapientem non cadit iniuria, late Sen. § lib. Quomodo. in sapi. car.157.& infra.in uer.Sapiens. §

Iniuriæ

Iniuriæ a parentibus latæ perferendæ sunt, cum nec ad patrem tibi ius ex æquo sit, ut quæ ab illis patiare, in eos referre posſis, neque si iurgio hi te laceſſant contra iurgare, neque si te uerberent uiciſsim uerberare. § Plato in Crito.car.3.in princ.lib.9. de legi. in fin. § filius paternas non admittens repræhensiones, incaſtigabilis, urbe expellendus, & laqueo suſpendendus lege dei, de qua Ioſep. § lib.4. antiqu.cap.ulti.in med. § Decet iuuenem uerberatum a ſeniore, ob reuerentiam patienter ferre, &c. § Ponta.lib.2.de obed.cap.Admonuit.cap.magnã. car.17.a terg.car.18.a terg. Liui.de Metio Suffetio, lib.1.Gel. li.2.cap. 7.Tul.in oratio. pro Cluen. car. 23. § parentum iniurias non modo reticendas eſſe, ſed & æquo animo ferendas oportere, &c. Sed ego, quæ ferri poſſunt ferenda, quæ taceri tacenda cenſeo, &c. § Plato libr. 11. de legi.car.penult.ante. § parentes & accuſare quandoque licet, negligere non licet. Inter patrem & filium paucis tranſigi uerbis poſſe, ni pareat filius, patri habiturum infortunium. § Liui.ubi ſupra.li.1.car. penult. a terg. in prin. in Herdon. § Obtemperandum non eſſe patri excedenti, matris in iniuriam. § Ponta.ubi ſupra.li.2.car.18. a tergo. Geu.lib.2.car.330.Al Giudeo. §

A patria præſertim acceptas patienter ferre decet. § Plato ubi ſupra.in Crito.car.3.in princ.de M.Liuio.Liui.lib.27.in med. car.4.fin. a terg. § Vt parentum ſæuitiam, ſic patriæ patiendo ac ferendo lenien dam eſſe.

## DE INDVSTRIA.

Virtus, conſilium, labor, ocium.infra.

Induſtria paupertatis, laboriſque filia. § Ponta.lib. 4. de prud.car. antepen. § Exercitatio eſt cum experientia ad conſequenda bona per uigilantiam.unde prouer.de quo Eraſ.Quid non efficiat manus tandẽ, & inuita fortuna. § Plut.lib.de fort.car.474.Sueto.in eo.Alexan.cap. geſsit.car.216. § Rationem reddendam cenſebant, & inertes urbe ex pulit Claudius Cæſ.ut infra.in uer.ocium. § Plut. in eius uita.car.27. in prin.in Numa Pomp.car.21.ante.in fi.& per Areopag.not.Gel. libr. 2.cap.1.Geu.lib.1.car.31.443. § prius autem Aug.Impe.ubi ſupra. cap.Impera.& ante eum Numa rex, de quo Plut.prius & Solon.de quo & Plut.in eo.car.penul.in princ. prius & per Aegyptios de quibus Diodo. § lib.2.car.11.ante.in med.Gel.lib.2.cap. 23. § per Athenienſes, de quibus Valer. § cap.de inſtit.antiqu.car.98. in prin. §

## DE INIMICITIIS.

Politica.infra.

Inimicitiæ quandoque ultro ſubeundæ pro patria not. Tul. § in oratio pro .Seſtio.car. antep. in fin. § Sudandum eſt pro cõmunibus commo-

commodis,adeundę inimicitiæ,ſubeundæ ſæpe pro repub. tempeſtates cum multis audacibus improbis,nonnunquam etiam potentibus dimicandum,&c. § Tul.in oratio.7.in verrem car.antep.a ter.§ M. Cato cum ſe uirtute non genere populo Romano cõmendari putaret, cũ ipſe ſui generis initium ac nominis ab ſe gigni & propagari uellet hominum potentiſsimorum ſuſcepit inimicitias, & maximis in laboribus uſque ad ſummam ſenectutem ſumma cum gloria uixit.

Q.Pompeius plurimis inimicitijs maximiſque ſuis periculis ac doloribus ampliſsimos honores adeptus eſt, &c.de Fimbria Mario Clælio, &c. § & in oratio pro Murena. car. 139. & pro Sylla.car.172.epiſt. ad Atticum car.21.libr. 1. Aſiam quinto,&c. § Quanquam ego iam putabã,&c.Curijs,Catonibus,Põpeijs,Marijs,Didijs,Cælijs,&c.Nemo iſtud Marc. Catoni illi ſeni cum plurimos haberet inimicos, nemo, T. Coruncano, nemo Curioni,nemo C.Mario cum ei multi inuiderẽt obiecit unquam. § & Verr.quinta. car.2.ante. § An ne maiores ullas inimicitias putas eſſe, quam contrarias hominum ſententias ac diſsimilitudines ſtudiorum & multorum odia ac inimicitias reipu. cauſa ſuſcepimus. § & in oratio.pro lege Man.in fin. eius. § Multas etiam ſimultates partim obſcuras partim apertas intelligam mihi non neceſſarias,uobis non inutiles ſuſcepiſſe,&c. § Plin.epiſt.24.lib.4. § Ariſtides iuſtus eſſe uoluit ac uideri ut non modo popularib. in cauſis acerrimus ęquitatis defenſor eſſet, ſed & nullius iracundiam, nullius ſimultatem declinabat,&c. §Plutar.in eius uita.car.1.in fin.& lib. de amicitia in multos. car.4. a terg. § Contentiones exercendæ in ciuitate. § Plato.lib.5.de legi.car.2. ante. § non probis ſed ut malis appareas præſtantior. § Plutar.etiam lib.de utilit.ab inim.car.3. § dans operam ut ſis continens uerax humanus, &c.Tolerandi ſunt inimici ne ipſis remotis ſimultas præſerpat inter amicos. §Plutar. ubi ſupra. car. pen. § Non conuitiandi ſed iuuandi. §Pau. ad Rom. cap. 12.d.ſupra in uer.Iniuria. § Deponendæ inimicitiæ, reſumendæ etiam ſi fuerint. § Plutar.in polit.car.14.ante.In apophtheg.in Ariſtide.c. 134. in fin. ſupra, in uer. Fortitudo. § Domi hoſtem habere pernitioſum eſt.prou.de quo Plato. § de Ente.car.antep.in prin.Polyb.libr.4. in med.car.162.a ter.§ Quid magis inſidum quã uicinus hoſtis. §Tul. in 3.verr.in med.car.82.& in 7.car. pen.ante. § nullæ ſunt occultiores inſidiæ quam hæ quæ latent in ſimulatione officij,occultum inteſtinum ac domeſticum malum non modo non exiſtit,uerum etiam opprimit antequã perſpicere ac explorare potuerit, tacitæ magis & occultæ inimicitiæ timendæ ſunt quam indictæ & apertę,&c.Nihil obtrectatore ſocio & occulto hoſte periculoſius,quem præſertim in tergo ſis habiturus,

turus,& in uer. Perfidia infra. § Ioui.lib.32.car.antep.ante. § Inimico non credas in æternum. §Eccl. cap.12.c.d.Machia.li.3.difcur. c.27.§ non & complacendus quia insidiosus,dicebat Federicus Imper.secund. de quo Colenut. § libr.4. car.93.ante.§ Recessuro & fugienti transitus dandus,pósque argenteus etiã illi sternendus. §Plutar.in apophtheg.Lacon.car. 162.§ Affinitas facilius fit inter reconciliatos quam amicitia. § Machia.lib.sex.histor.car.168.§ Reconciliati qui. § Vale.cap.2.lib.4.car. 81.§ inimicus uirtute præstans laudatur & beneficijs afficitur etiã per inimicum,not.supra in uer.Fortitudo.Cum inimico nemo in gratiam cito redit. Sene. in suis prouer. Grauior est inimicus qui latet in pectore.iratum breuiter uites, inimicum diu, inimicum quamuis humilem docti est timere. Sen.ubi supra in suis prouerb.&c. Vtili tamen inimico potius quã exitioso consultore utendum, dixit Phalaris Agrigent. tyrannus in epistola ad Nicenetum.car.12.

## DE INVIDIA.

Inuidia dolor est alienis bonis, uoluptas alienis malis concepta.inuidus alterius macrescit rebus opimis.inuidos homines nihil aliud quam ipsorum esse tormenta. § Plutar.li.de tranqui.animi.car.266.in prin. lib.de curiosit.in med.car.4.ante.Orat.epist.ad Lolium.car.192. Metham.in 2.lib.Sen.lib.2.de benefi.cap.Quando.& in suis prouer.scito, &c.Curt.lib.8.in med.c.121.a terg. § Omnium uehementius & importunius est malum inuidia quæ nos inquietat dum comparat differt ab inuidentia.not.Tul. § lib.3.Tuscula.car.5.in fin.lib.4.car.5.quid sit.§ Nulla est tam modesta fælicitas,quæ malignitatis dentes uitare possit. § Vale.cap.de amic.in fin.exempla not.Geu.lib.1.car.125.§ squallida uipereas manducans fæmina carnes,&c. §Alcia.fab.71.Quo modo picta.§ Inuidia lethale malum diraque alieni honoris obtrectatione. §Ioui.lib.32.car.5.fin.a terg.prou.de quo Eras.car.235.§ Herculei labores,edentulus uescentium dentibus inuidet. §ubi supra car. 238.§ est miserorum, maleuolentes sint atque inuideant bonis. § Plaut.in capt.cap.Quæ illum.car.91.in mercat.cap.studet.car.222.§ bonos qui oderint mali sunt mali, malos qui oderint boni bonos esse oportet. § in uita Euagoræ ad Plutar.in prin.car.326.a ter.§ Causa est inuidia cui solum hoc boni adest, quod maximum malum inuidis afferre solet.Cæca est enim, nec aliud quicquam scit quã detrectare uirtutes,corrumpere honores ac præmia,&c. § Liui.libr.38.car.pen.in oratio.Manlij.Plutar.in uita Annib.car.pen ante.in fin.Geu.ubi supra. car.135.136. in prin.§ Inuidia quam plerunque regiæ domus alunt, multos sibi aduersarios peperit.Nihil unde timendum magis quam inuidiam

uidiam. § Tul.in oratio.pro Cluen.car.2.ante. § de uirtute certan dum absque inuidia quæ oculos habet perspicaces, ut de Sincero ad me dicos refert Ponta. § lib.6.de sermo.car.2.a terg. § inimicus & in uidus uicinorũ oculus. § Eras.prou.car.240. § Ostracismus inuide damnatus. § Plutar.& Eras.prou.Testulæ. Plato lib. 5.de legi.car.2. ante.in med.in Chabri.ad Plut.car.350.in fin.Curt.libr.4.in med.car. 24. § Est & comes gloriæ & assecla.semper homines quantamcunque fælicitatem habeant inuidiam & sentire maiorem, uitanda ergo odium inuidia contemptus. § Sen. epi. 14.in med.fateor.epi.105. § Quę obseruanda ut inuidiam euadas. § Plato in 6.de rep.car.3.in prin.Plu tar.in polit.car.17.de Afric.super.Pont.in 1.de fortit.cap. quæ sunt a-lia.Plin.lib.de uir.illust.car.434.Machia.lib.1.discur.cap.30.lib.4.hi-stor.car.200.in fin.lib.3.cap.25.30.in med. § Mauelim mihi inimi cos inuidere quam me inimicis . præstat inuidiosum esse potiusquam miserabilem. § Plaut.in Truc.cap.lepide.car. 311.in fin. Eras.prou. car.240.nu.3387.Polyb.libr.1. car. 24. in fin. § præclara facinora, & res egregiæ gestæ magnam inuidiam , & graues calumnias conflare solent.

## DE IRA.

Ira furor breuis est. § Orat.in 1.epi. § libido uindictæ. §Tul. lib.3.Tuscula.car.3.ubi de furore.Plutar.lib.de uirt.mor. car. 2. a ter. Sen.libr.de Ira 1.in princ. § Ira est breuis insania, sui decoris oblita, &c. Vel secundum Aristot.est cupiditas doloris rependendi, uel concitatio animi ad ultionem uoluntatis iudicio pergentis. & secundum ipsum Aristot. § lib.3.in princ. § Est uirtutis calcar. § car.125.ante in med.Sen.lib.2.in prin.prou.cap. 27. a. § Ira non habet misericordiã, nec erumpens furor, cupiditas est ulciscendæ iniuriæ, &c. §La ctan.lib.8.cap.17. 18. 23. in fi. § Procul ergo absit, quia nihil recte fieri, nihil considerate potest. § unde Alcia.fab.171. de Aiace.182. § Iræ adde frena, &c. § Geu.lib.1.car.141.ad Mendocium.Tul. lib.1. offi.car.27.ante.car.20.a terg.Ponta.lib.1.de fortit.cap.restat, & cæ. § Homo extra corpus suum est cum irascitur.Senec. in suis prouer. Irati signa apparent, ut not.Tul. § d.car.20.Sen.ubi supra.lib.1.in fi.Plut. etiam.car.445.ante. § minax uultus, tristis frons, torua facies, citatus gradus, inquietę manus, color uersus, labia quatiuntur, &c. plura. § Gel.lib.1.cap.26.de Plutarcho in seruum suum uerberatum. § oculi truces, os turbidum, clamor immanis, spuma, rubor, efferuentia pudenda, penitenda dicere, trepidare, gestire, Ira quæ immisit multum prudẽtem quemuis sæuire. § Home.lib.18.Ilia.& lib.24.car.1. in fin.Eras. prouer.613.car.92.Ira omnium, &c. § Tardissime senescit, in fermẽ

to

to iacet.prouer. 233. unde & conuitium a quo ira prouenit. § Plato lib. 11. de legib.car.ult.in princ.Sen.lib. 1.de clemen.cap. longius. libr. 1.de ira.in fi.car. 125.a terg. in med. libr. 2. car.128.ante.in fi. 129.in princ.lib. 3. in prin.eius car.134.ante in med.eius.3.in princ. § Muliebre est furere in ira. § Senec.etiam in suis prouer. § Remedium est dilatio,quiescere,responsionem sentire, nam responsio mollis frangit iram,tempus & mora conferunt plurimum. § prouerb.cap.15.in princ.Plato lib.6.de legib.car.3.in fi.Plut.lib.de cohib.iracund. car.2. 3. § quiescere,ad silentium se recipere, &c.ubi supra. § Geu. cart. 142.143.144. § Theodor.Imper.legem tulit,ut not.Pau.Diac.in eo lib.11.Vt notas litterarum referret primum iratus,& cæ. Idem dicebat Cæs.de quo Plut. § in apophtheg.car.153. ante. § Efficacior ad actiones quam beneficia. § Dion li.37. car. penul. § nullus affectus in quem non ira dominetur. § Senec.lib.3.de ira.car.2.car. 130. ubi de Socrate,ante in med. § ut de Aquitano ad Carolum septim.Franco. regem.not.Arnol. § lib.7.car. 6. § contumelia & iniuria prouocatus facilior ad defectionem quam propter opes.

Qui uult iracundus non esse , curiosus non sit. iratus uel iracundus exisse dicitur è potestate. § Tul.lib.3.Tusculan.car.3.lib.4.car. pen. in princ. § prius labia sua mordeat puniturus aliquem. § car.125. § utilitas in ira percipitur,quæ ut Aristo.de quo Tul. § lib.4. Tuscula. car.150.Senec.ubi supra.lib.1.car.2.in prin. § necessaria est in bello, nec quicquam sine illa expugnari potest, nisi illa impleat animum, & spiritum accendat,&c. § lib.2.cap.utilis.cap. uirtus inquit. § per illam uigor animi subministratur,qui alacritatem gignit ad res arduas aggrediendas,&c.Non cadit in sapientem. § Gel.ubi supra.Senec. d.li. 2.Ponta.lib.1.de fortit.cap.restat.in fi.cap.uirtus.lib.3. cap. 2. ante in med.131. § Sublimis animus quietus semper & tranquillus, iracundi senes,infantes,auari,ambitiosi,& ægri. § Plut.lib.de cohib. iracund. c.446.a ter.Senec.ubi supra.car.124.a terg. in med. 128. in princip. § Ira sine uiribus est exposita derisui & ad contemptum. § lib.2. capit. utilit.ubi supra. § uanam sine uiribus iram,&c.& in uer.Milites alibi. Iracundia diuertit uxorem & amicos. § Plut.ubi supra.car. antepen. 451.& 341.in princ.Dion lib.37.car.21.in prin.lib.38. car. 28. §

Crudelitatis mater uel ministra. § Senec. lib. de moribus in princ. in suis prouerb.Respue.Curt.lib.8. car. 104. de Clyto. § Misericordiam non continet, charitatem supergressa est, truces gignit inimicitias & funebre bellum. § & in Baruch.cap.4.c.Apia.li. 1.car.8.Orat. lib.1.episto.Prisco si credis,&c.in fi.Plut.in Solon.uita.car. 4. a tergo. Senec.ubi supra.in med.lib.1.de clement.cap.Quid ergo. episto.18.in

fin.december,&c. ₰ Immodica gignit insaniam. ₰ li.1. de ira.cap. 2.in fi.& ante. in med.₰ Quid opus est ira cum idem perficiat ratio. Empedoclis simultas. ₰ Eras.prou.car.73.in prin. ₰

Iræ amantum redintegratio amoris est. ₰ Teren. in And. Plaut. in Amphit.cap. durare.₰ Interueniunt iræ, redeunt rursus in gratiam. Eras. prou.245. Amant.

Fratrum iræ acerbissimæ, fratrum quoque gratia rara est. ₰ Eras. prouer.50.car.30.Plut.lib. de sera num.uind. car.4. in princ.uel 341. in princip. ₰

Iracundi rubei & flaui (quare) ₰ Sen.supra.libr. 2.de ira. cap.quoniam.car.3.in princ.128.car. ₰

Iratum breuiter uites,inimicum diu. Sene.in suis prou.

Iracundiam qui uincit hostem superat maximum. ₰ Geu.li.1.car. 139.ad Io.Mendozam.₰

Iram euincere quomodo.declarat idem Gueu. ₰ libr. 2.car.63. ₰ super illud,irascimini & nolite peccare.& car.ult.70.

## DE IVSTITIA.

Iustitia est habitus animi per quem & agimus & uolumus quæ iusta sunt.est &,quod suum est unicuique reddere,in pecunijs,in honoribus, magistratibus,præmijs. iustitia est uera fateri & debitum unicuiq; reddere, & quod acceperis restituere, unicuique dare quod sibi conuenit. ex Simonide Plato ₰ lib.1.de rep.car.2.ante.lib.4.car.3.ante in med. Ponta.in 1.de obedien.car.3.ante.Plut.li.in prin.non requi.doctri.car. 2.416. ₰ Absque iustitia ne Iouem quidem principatum gerere posse.iusta a iustis impetrari decet,&c. ₰ Plaut.in Amphit.car.2.a terg.₰ Et ab amicis,ut in uer.Amicitia.supra.

Iustitia est(secundum Senec.) ₰ libr.de form.hon.uitæ.cap.de iustitia.car.72.in fin. ₰ naturæ tacita conuentio in adiutorium multorum inuenta,nostri & animi constitutio. est & Diuina lex & uinculum societatis humanæ. id erit omnibus prodesse, nulli nocere, talis iustus erit.duplex est iustitia. ₰ Ponta.ubi supra.Budæ.in pand. 1.car.23.a terg.Tul.in 3. offic.car.55.ante.₰ Virtutum est regina,& esse nõ põt sine pietate & ęquitate. ₰ Lactan.lib.5.cap.15.in med. ₰ & sine tẽperantia. Suum est cuique potius incommodum ferendum quam de alterius commodis detrahendum. ₰ Plato lib.3.de legi.car.penul.a ter. Cuius est fundamentum fides & seueritas,ut infra.hic. Eius habitum & formam not.Plutar. ₰ ubi supra.de doctr.Prin.car.2.uel 416.ex Hesiodo sequitur.Gel.lib.14.cap.4.de quo Budæ.d.car.23.in fin. ₰ Ex Chrisippo stoico,forma uirginali formidabilis,oculis acribus reuerentiæ tristitiæ,&c.Idest iudicem iustum,grauem,seuerum, inadulabilem, inexo-

inexorabilem,&c. Obſeruanda & inter ſceleratos. § Tul. in 2. offic.
car. 39. Polyb. lib. 4. in med. car. 155. ante. § Etiam malorum ſocie-
tas, niſi æquitas atque iuſtitia fuerit ſeruata facilime infringatur, ut de
Barbulo Illirico & Viriato Luſitano. Competens eſt enim æquo iure in
ciuitate uiuere nulli inferendo iniuriam, nec patiendo etiam. § ut in-
fra. in uer. Aequalitas. § Iugum & ſtateram ne tranſcendito. de Pitha
go. Plut. § lib. de educa. libe. car. penul. Eraſm. prouer. 1. car. 6. ante. §
Vt quæque res eſt, ita ſupplicijs, &c. regula peccatis, &c. § Plato libr.
de regno. car. ult. in princ. Orat. Sat. 3. lib. 1. car. 250. § Tria operatur
iuſtitia, emendationem, exemplum, malorum curationem. § Plato in
Prothag. car. 2. in fi. lib. 9. de legi. car. 3. ante. in med. lib. 11. car. 4. in fin.
Sen. lib. 1. de clem. cap. tranſeamus. car. 95. in princ. lib. 1. de ira. car. fin.
a terg. in med. § Exequenda ſine ira. § Sen. ubi ſupra. car. 3. in prin
ci. § Cædes cædibus puniendæ, & ſic nullæ committerentur. § Pla
to d. lib. 9. car. 4. ante. uel ut Diodo. in 2. car. 9. § Ad opus faciendum
uinctos haberi tantum (ut hodiæ ad quinqueremē) bonis nocet qui ma-
lis parcit. ignoſcens malis bonos perditum itur. § Plut. lib. de uerec.
car. 439. Saluſt. in Iug. per Memmium. car. 50. § Iuſtus eſt nemo ſpō
te ſua, niſi natura diuina aut doctrina. § Plato lib. 2. de rep. in princip.
car. 1. a terg. in med. car. 2. a terg. in med. Plut. in Ariſtide. car. 2. a terg.
in med. Machia. lib. 1. diſcurſ. cap. 3. Eraſm. prou. car. 145. ante. § Exi
gua res eſt ipſa iuſtitia. Quæ non depoſuiſti ne tollas, quod tibi fieri nō
uis alteri ne feceris. § Plato lib. 11. de legib. in princ. eius. § Iuſtior
iuſtitia, iuſtitiæ oculus. Iniuſtitia quid. § Plato lib. 4. de rep. car. fi. an-
te. Tul. in 1. offi. car. 5. a terg. car. 9. ante. § punica fides, altera manu
fert panem, &c. in uer. Amic. ſupra.

Sunt belli ſicut pacis iura. § Plato lib. de regno. car. penul. in prin.
lib. ult. de legi. in princ. Liui. de Camillo, lib. 5. in med. car. 43. li. 31. car.
4. in fin. de Aetholis in Rom. § Quædam belli iura quæ ut facere ita
pati fas eſt. Iuſtitiæ ſub prætextu Romani Orbem uſurparunt. § Mi-
thrid. de quo Saluſt. lib. de rep. § dixit Annibal in eos ad regem An-
tiochum. not. Liui. § libr. 36. car. penul. in fi. Lactan. libr. 6. cap. 9. de
quo Bud. in pand. 1. car. 23. Machia. libr. 3. diſcurſ. cap. 42. § Omnia
riſoluuntur ad propriam utilitatē, ut infra. Vincat utilitas quādocunq;.

Summum ius ſumma iniuria. § Tul. in 1. offic. car. 7. a terg. Eraſm.
prouer. car. 128. § noli eſſe nimis iuſtus, neq; plus ſapias quam neceſ
ſe eſt. § Eccle. cap. 7. c. Senec. de form. hon. car. 72. ante. cap. iuſtitia,
&c. Budæ. in pand. 1. car. 2. plura. § De iuſtitia & iniuſtitia diſputauit
Romæ Carneades Athen. ante Catonem & Galbam Cenſores. § La
ctan. lib. 5. cap. 15. cap. 17. de quo Agrippa. cap. 6. de rhetorica. in med.

ex Plin.lib.7.cap. 30. in med. ❳ de diuisione iustitiæ in ciuilem & naturalem. Et de Carthaginensibus Scipio, de quo Liui. ❲lib.34.car.ult. in fi. ❳ possessionem esse apud eum qui plus armis potuisset.

## DE IVDICIO.

Et in annotat.in uer.Iudic.& in uer.Equites.

Iudicium est uirgo pudica quædam (iuxta Hesiodum) incorrupta pudoris,&c. ❲Plato li.12.de legi.in prin.Plutar.car.416.de doctri.prin. car. 2. a terg. ❳ Est & iudicis officium meminisse sibi potestatem nō solum datam, uerum etiam fidem habitam, quem oderit absoluere, &c. plura. ❲Tul.in oratio.pro Cluent.car.54.ante.❳ iudicare oportet secundum leges non per gratiam, aut odium, aut amicitiam. ❲Salu.in Catil.car.18.Plato in apolog.car. ult. in prin. ❳ omnes homines qui de rebus dubijs consultant,&c. non enim ad hoc sedet iudex ut per gratiam concedat, sed ut iudicet secundum leges, non per gratiam condonare,&c. ❲li.de regno.car.ult.in prin.❳ ad normam legum de singulis iudica, propria uirtute semper adhibita per quā neq; munerib.neq; minis neq; comminationibus neq; odio neq; amore leges transgrediatur,&c. ❲lib.2.de legi.car.2.a ter.❳ prudenter ut suo iudicio, nō ab alio discere, & fortiter non per ignauiam desidiose alienum iudiciū promulgare,&c. recte, Vnde bocchiris dicitur. ❲Eras. prouerb. car. 209. ❳ Non perperam pauidis suffragium. ❲car.240.prou. 1830. 331.ante. ❳ Seuere, Rhadamantis iudicium, docte, prodico doctior. Qui cito iudicat ad pęnitendum properat. iudex damnatur cum nocēs absoluitur. ignoscere humanum est ubi pudet cui ignoscitur ❲Sen.in suis prouer. ❳

Non auctoritate sed ratione, aut multitudinis opinione. ❲Plin.epi. 20.lib.1.frequens,&c.lib.3.epist.20.uel pen.meministi,&c.libr.4.epi. 25.scripseram,&c.Budæ.in Pand.1.car.103.169.170.car.40. in fin. & in uer.Multit. infra.Tul.lib.3.de legi.car.antep.ante.Gel.libr.10. cap. 19. ❳ iudicatur uoce suffragio per tabellas, quid præstet. ❲Plato li. 9.de legi.car.ult.ante in fin. ❳ Dicere quod uis periculosum, quod non uis miserum.& in uer. Lex tabell. ❲Ita Cicero ad Atticum. lib. 4.car.113.De Lentulo,&c. ❳ ex euidentia, dicitur ex unguibus æstimare. Clam graue est, ubi iudicia muta sunt, & sententiæ clam latæ. ❲Plato ubi supra.car.pen.ante.lib.9.in fin.& in prin.car.2.in prin.Plin. epist.20.li.3.pen.car.88. Budæ.in 1.car.90.❳ & ut per Areopagitas, de quibus Beroal.in 34.annotat. ❲Tul.ad Atticum.lib.7.epist.antepe.ex Phocilide Eras.prou.241.in fin.❳ ne de lite pronunties iudicandum nisi auditis partibus utrisque. Pronuntiabant Aegyptij rationibus utrinque inscriptis per partes adductis, sine oratore aliquo ex quo

oratorum

oratorum ars, hippocritarum fraudes, lachrimæ periclitantium multos a recto iudicio auerterũt, errore, affectione, misericordia, oratione reos, plures absolutos. § Diodo.li.1.car.11.ante.Eccl.cap.7.a.cap. 10.a. Geu.lib.2.car.288. § Al licentiato.

Virtute ualeas, ne forte ponas scandalum in agilitate tua.

Incerta sunt ingenia & fallacia. § Plin.d.l.1.epist.20. § per plures iudicari satius est, quia pauci sunt obsequentes paucis, ut in centum uirali iudicio per tabellam. § Machia.li.1.discurs.cap.7.car.15. cap. 49.in fin.Salu.lib.de rep.car.102.a terg.in princ. Alia in uer.Iudiciorũ ordo, alio lib.in annotation.§ Iudicium facere est prudenter eligere, ut infra.in uer.Prudentia.

Iudicium quandoque non datum uel prolatum urgentibus utrinq; rationibus reciprocis & ualidis.

Per Fimbriam in Luctatium. § Valer.ca.sapi.dicta.capit. infames rei, exemp. ult. §

Per Areopagitas. § Gel.etiam lib.12.cap.7.libr. 14.cap.2.lib.9. cap.ult. de numero iudicum.& penult. §

De Smirnea muliere per Dolabellam, de Tyrio & Gellio per Marc. Catonem.

De Fannia uxore per Tycinium. Vale. § cap.de priua.iudic.exemplo ulti. §

De uxore in præmium requisita & accepta, ex relatione Plin.sec.&c. ex rationibus præsertim reciprocis. Gel. inter Pythagoram & Euathlũ discipulum. § libr.5.cap.10.11. § de Luctatio ipso. Tul. § in 3. offic.in med.ubi plura ambigua Agrip.cap.5.§ de rethorica de Corace & Tysia.

De Domitio in Bituitum Aruernorum regem. § Valer. capit. de perfidia. §

De Biante, utrum ducenda esset uxor. § Gel.li.5.car.11.ubi supra.

De equite qui fratrem suum interfecerat. § Taci.li.16.car.7.ante in med.car.70. §

De Xerxe & Arthemane fratre, qui Darij primi regis fuerunt filij. § Iusti.lib.2.in med. §

De Augusto in adulterium perpetratum per iuuenem uxore ducta. § Dion.lib.54.in med.car.10.370.in prin. §

De Alexan.Mag.pro Spitamene interfecto. § Curt.libr. 8. car.6. 107.in fin. § Somnium, ne somnijs credendum sit. Lactan. § lib.3. cap.6.in med. §

Pręmio proposito donatos quosdam ex perpetratis subinde sceleribus pœna adiudicatos castigatos & morte, nota in capitul. Qui perfidiæ, alibi, supra.

Ius trium liberorum quod habebatur, explicatum eſt in capit. Vxor ducenda, car. ult.

Ius primæ relationis uel ſententiæ aut ſecundæ & tertiæ, ubi ſupra.

Quadruplici in iudicio iudicare uel cẽtumuirali, quod eſt idem, quo modo notauimus alibi. in annotationib. in uer. Iudiciorum ordo, &c.

Iudicium candentis laminæ quomodo. not. Aemil. § in Carolo 2. Caluo rege. 25. c. 121. & in Phil. 1. rege 38. car. 189. & car. 182. a ter. §

## DE IVRAMENTO.

Fides, ſupra.

Iuramentum uel iuſiurandum eſt affirmatio religioſa, ut quod quaſi teſte Deo promiſeris, id tenendum ſit. § Tul. in 3. offic. car. 4. fin. ante. § quod ut & fides hoſti etiam quandoque obſeruandum eſt, quia uinculum eſt arctiſsimum, iurationi igitur non aſſueſcas. § Eccl. ca. 23. b. 25. in uer. fides. Plato lib. 12. de legi. car. 2. ante in med. § Quibus & quando dandum. § Plutar. in apophtheg. Lacon. car. 137. in Liſandro.

Viri iureiurando, pueri talis falluntur uel aſtragalis. § & in libr. de fort. Alex. car. 288. ante. § de Dioniſio rege Siracuſ. § Eraſ. prou. car. 260. a terg. Leand. car. 196. Vafrum. Machia. libr. 3. hiſt. car. 71. a terg. Vnde Virg. in 4. in princip. § Si mihi uel tellus optem, &c. § Orat. Oda. 8. lib. 2. Vlla ſi iuris, epiſt. libr. 1. ad Quintium. § Si ſpes fallendi miſcebis ſacra profanis. Panagium iuramentum obſeruant græci ut arctiſsimum, & Omagium. § Aemi. in Phil. 2. rege. 41. car. 269. § ubi de Creta inſula ad D. Ven. § & in Di. Lud. rege. 43. car. 317. a terg. in Carolo 7. rege. 53. car. 462. §

Dabatur iuramentum Conſulibus cum execratione in caput ſuum & domum ſuam, & militibus per Tribunum ſuum. § ut in cap. exercitus, in uer. Tribun. not. Plin. in ſuo paneg. in fin. car. 372. Blond. in 1. de Italia triump. car. 26. § ut inter Principes cum imprecatione, de qua Home. § lib. 3. Ilia. car. antep. not. Tacit. lib. 12. in med. car. antepe. § de Mithridate rege & Pharaſmene. Vnde Cato ad Pompilium ſcripſit, certaturum filium ſecundo eum obligaret ſacramento, &c. § Tul. in 1. offic. d. car. 8. a terg. Plutar. in problem. car. 202. § Iupiter ex alto, ſupra in uer. Amor. Taurini ſanguinis potu ad ægeum periculum faciũt altercantes. ut not. Pauſan. § lib. 7. car. antep. in fin. uel 282. in fin. §

## DE LAVDE.

Gloria. ſupra.

Adulatio. ſupra.

Laus eſt laudari a laudatis uiris, non uno tantum, ſed pluribus, unde & claritas quæ eſt bonorũ ſecunda conſenſio, qui præſtantes ſint & inſi-

gnes.

gnes. ❡ Sen.epist.102.in med.Quomodo,&c.Tul.lib.ult.epist.fami. ad Catonem. ❡ Optima laus est,quæ a uiris fide dignis tribuitur,qui in ijsdem laudandi & ipsi sunt in quibus laudant,& è contra. ❡ Plato in Laches.ca.1.a terg. in med. ❡ principibus placuisse uiris, non ultima laus est. ❡ Orat.epist.quamuis.car.214. ❡ Iure igitur grauis, cuius de laudibus omnium esset fama consentiens. ❡ Tul.libr. de senect.car.86. ❡ de Lisandro & Cyro rege. Laudari a turpibus tam triste quam laudari ob turpia. Lætior esto quotiens displices malis, & cæ. quid lætaris? qđ ab hominibus his laudatus es, quos tu ipse laudare nõ potes.de Fabiano Sen. ❡ epist.52.in med.Quid est,&c.li.de for.hon. uitæ.cap.de contin.in med.car.72. ❡ Quanta dementia est uereri ne infameris ab infamibus. Malis displicere,est laudari. ❡ epist.91. in fi. Liberal.noster,li.de moribus.car.71.ante. in fin. Boet. in 1. de consolat. car. 5. & in suis prou. ❡ Apud bonos uiros uituperari mihi uiderer, si sceleratissimi me homines laudarent,dicebat Phalaris tyrãnus in sua epistola ad Stesicorum poetam captiuitate liberatum. ❡ car.42. a tergo. ❡ Laudis amatores coguntur ea comparare, quorum causa laudentur, ob eamque rem laborem omnem,& omne periculum quam libenter subire. ❡ Xenop.lib.1.car.16. ante. ❡ bonum est laudari, sed esse laudabilem. ❡ Sen.ubi supra.car. 71. ❡

Malus est qui malos laudat,& qui a bono uituperatur. ❡ Plutar.li. de uitiosa uer.car.ult.in uita Agesil.car.ult.ante.in fi.in Agide,in prin. Plaut.in curcul.cap.I tu prę.car.112.ante. ❡ Indignis si maledicitur, maledictum id esse dico: Verum si dignis dicitur, benedictum est. Mali sunt homines qui bonis dicunt male. ❡ Plaut.in bachi.car.141.uel car.2.a ter. ❡

In ore proprio sordescit laus. Laudet te alienum, non os tuum. ❡ prou.cap.27.in prin. ❡

Probatur homo ore laudantis,ut aurum igne. ❡ prouer.cap.præd. 27.d.Eccl.cap.15.b. ❡

Nec tua laudabis studia aut aliena reprehendes. ❡ Orat.ad Lollium, car. 227. ❡ Deforme est de seipso prædicare,falsa præsertim,& cũ irrisione audientium imitari militem gloriosum. ❡ Tul.in 1.offi. car. 5.fin.ante. ❡

Nequid nimis,& ut teipsum non admodum deprimas, ut non ignauum aut abiectissimum reddas,&c. Ne magna loquaris. prouer. ❡ de quo Eras.car.155.Plutar.in polit.car.7. in fin. ❡ Proijcit ampullas & sesquipedalia uerba. ❡ Orat.in poet. ❡

Malos uicinos habet qui seipsum laudat. ❡ prou.de quo Eras.car. 208. ❡ Teipsum laudas.

Laudare se uani est, uituperare stulti. § Aristot. de quo Valer. cap. sapi. dicta. §

Alter ab alterius dente perire nephas. § Alcia. fab. 175. de progne. §

Lauda superiorem uel parem uel inferiorem, &c. Quia, &c. § Pli. epist. 17. lib. 6. Indignatiuncula. Sen. d. car. 72. a terg. in med. Geu. lib. 1. car. 92. in prin. §

Turpius est frigide laudari, quam grauiter uituperari. § Gel. libr. 19. cap. 3. §

Minuit laudem qui partem laudat ex toto. § Lactan. lib. 13. capit. 14. in princ. Petrus Areti. in eius litteris. car. 87. in fin. § ad D. Spero nem Patauum.

Laudando insidiari (nouus uituperandi modus. de hoc alia in libr. de principe nu. 17. in prin. qui figuratus dicitur & è contra) laudare uitupe rando, ut de Diogene in Antisthenem Cinicum eius præceptorem. § Dion. lib. 57. car. 436. ante. ubi de Liuiæ morte. Macrob. lib. 7. cap. 3. in fin. de § Manlio Valente. Tacit. lib. 17. in med. car. 48. ante. § Se cretis eum criminationibus infamauerat Fabius ignarum, & quo cautius deciperetur palam laudatum. Quid est magis insidum, quam uicinus hostis. § Polyb. lib. 4. in med. car. 162. a ter. Plutar. in Alcibi. car. 5. ante. § Non latuerunt ingenium Alcibiadis hæ insidiæ quas inimi ci sub amoris specie apud imperitam multitudinem machinabātur. Imperiti est laudare cum facilitate quenquam. § Tul. in 3. offi. car. 4. in prin. § A multitudine laudatus refertum se uitijs ostendit, ut de Alci. & Catilina. § Geu. in Marco Aur. cap. 12. car. 56. §

Lauda parce, uitupera parcius. § Sen. d. car. 72. de for. hon. uitæ. § Diligenter cauere decet, quotiens aliquem laudaturus es aut uitupera turus ne aberres. § Plato in Minos. car. pen. in fin. Orat. epist. ad Lol lium. lib. 1. car. 218. § Qualem commendes etiam atque etiam aspice, &c. Qui se laudat, aliena uituperat. domesticus testis, teipsum laudas § Eras. prou. car. 162. 208. § Sic & Cato de quo Plutar. in Censoris uita. § car. 3. a terg. in med. § minime parcus laudum suarum præ dicator, a iactantia non abhorrebat, &c. § Pli. in paneg. car. 360. 61. §

Piorum est officium insequi dissimiles, neque satis est amare bonos, nisi malos oderis. Viuentes laudare est irrisio, maxime imperantes. Tacere maligni. Ita & ad Stesicorum poetam Phalaris Agrig. tyrannus, ut in eius epistola. car. 43. Amphora ut est per aures portata, ita & laudatus homo. § Plin. epist. 15. li. 3. car. 81. Plutar. lib. de uitio. uerec. car. eius ult. Tul. in oratio. in Rullū. car. 67. Plato in Menex. in prin. Spart. in Pescennio Nigro Imper. car. 5. in fin. § Contra & Pli. § epi. 16. lib. 1, amabam, &c. § Ante obitum nemo, &c. Oui. § Eccl. cap. 11. d. Panegi-

d. § Panegirica oratio solet esse uberrima siue adsit laus talis,siue nõ. § Plato,ubi supra.in Menex.in prin.in conui.car.174.a terg.in princip. quæ continere debeat,&c. Vana laudans & infamia dicitur, Ollas osten tare. § prou.de quo Eras.car.154.car.196.in prin. § Vino uendibi li. Vinum,musica, & psalterium lætificat cor hominis, sed super omnia lingua suauis. § Eccl.cap.40.c. §

Virtuti propriæ innitendum,nihil enim turpius quam seipsum hono randum præbere,non propriam ob uirtutem,sed propter gloriam supe riorum. § gloria parentum natis præclarus est Thesaurus. § Plato in Menex.in prin.car.3.ante.in prin. § nec unus occupat gloriã, nec plures pariter occupare possunt. Prouenit ex ocio. § Pli.li.36.cap. 5.in fi.ubi de Laocoonte. § Laudatus sine pretio dato.prou. §car. 327. § Laudant ut pueri pauonem. § supra.& in uer.Ignorantia. §

Laudator temporis acti. § Ora.in poet.car.176.a ter.Iuue.Sat.3. in fin.car.16.in princip. § fælices proauorum attauos. § Plaut.in Trin.cap.Quo illic.in prin. § mores maiorum laudant.moribus & ui uito antiquis. § Contra,Machia.lib.2.discur.cap.84. § priora tem pora meliora quam nunc sunt,fuere. § Eccl.cap.7.b. Eras.prou.car. 278. § Semper superioris anni meliora. Vetera semper in laude, præ- sentia in fastidio esse. § Taci.in dial.car.9.ante.

Sic habita ut potius laudetur dominus quã domus. § Sen.li.de mo ribus.car.71.in fin.Tul.in 1.offic.in fin. car. 27. § O domus antiqua q̃ a dispari domino dominaris. Nulla pusilla domus,quæ multos capit amicos. § li.de consolat.idem Sen.cap.Emetiamur,in prin.car. 149. ante,& ubi supra car.71.in fin. § Præcipua est laus in eligenda uxore competenti,& è contra. § Hom.libr.6.Odiss.car.50. § Laudandus quis.not.supra.hic.in uer.Prud.in uer. Vxor ducenda, & in testamentis condendis. § not.Plin.epist.18.lib.8.falsum est,&c.in prin. § Stre nuiori deterior si prædicat pugnas suas, de illius ore fiunt sordidæ. § Plaut.in Epid.cap.Caue.car.137.in prin.in mostel. cap. Iampridem. car.158.a terg. § falso etiam laudari multo malo quam uero culpari. bonos quod oderint mali,&c. ex eorum ingenio ingenium horum pro bant. § in mercat.cap.Studere.car.222.ante.In Trin.car.301.in fin.§ Laus noua ubi oritur,etiam uetus admittitur. Neminem cito laudaue- ris. Quam melius est,non laudari & esse laudabilem.Sen.in suis prou.§

## DE LABORE.

Fortitudo.

Labor est functio quædam animi uel corporis, grauioris operis uel muneris,ut Cicero §lib.2.Tusculan.car.6.de quo Ponta.lib.1.de for tit.in prin.cap.iam uero. Virg.in 1.georg.& in 2. Aenei. § omnia uin cit

cit improbus labor & duris urgens in rebus egeſtas. Aſpirat fortuna laboro. Exercitatio omnia poteſt. Aſsiduus labor, longaq́ue exercitatio omnia docet. § prouerb.de quo Eraſ.car.155.Ponta.in dial.Anton. in præfat.car.68.a terg.Eccl. cap. 7. b. § non oderis laborioſa opera & ruſticationem.Nil ſine magno labore mortalibus natura dedit.Multa tulit,&c.Sudauit,& alſit. § Orat.Sat.9.lib.1.& in poet. § Inſtar refectionis eſt mutatio laboris. § Plin.in paneg. car. 386. § Quietem a laboribus originem trahere, atque è turpi ocio & negligentia naſci labores ſolere. § Plato lib.de legib.6.car. penul. a terg. in med. § Non eſt quod æſtimes ullam ſine labore uirtutem, nihil difficile quod non laborioſum ſit.nec ulli abſque moleſtia labores,quos uirtus ſequitur. § Sen.lib.de uita beata.car.penul.ante.in fin.Ponta.lib.de fortit. 1.car.1.in fi. § Mundicias mulieribus,uiris laborem conuenire. Salu. in Iug. § car.77. § Exiſtimabat præterea labores conducere, ut forent inuicem manſueti magis. § Xenoph.lib.2.car.4.in fin. § Virtus per labores ac pericula apparet. § Sen.lib.de prouid.in princip.§ auida periculi eſt uirtus. Sæpe enim fuit uictoria poſt ſanguinem. Sine gloria uincit,qui ſine periculo. § ubi ſupra.car.136.cap. ſed iam, & cap.proſpera.Alcia.fab.127.crediderat, & nu.131. § Inertis eſt per tuta ſecare,per ardua uirtus eſt.Nullus emptor difficilis.prouer.de quo Eraſ. § car.260.in fi. §

Labores qui tollunt,honeſtas ac præclaras actiones tollunt, quæ sũt uitæ ipſius humanæ fructus tollunt,& uirtutem laudem & gloriam,&c. ut per Marium,de quo Saluſt.& Ponta. § lib.1.de prud.cap.quod uero.in fi.eius.lib.de fortit.2.in princ.car. 2.in princ. § Eſt imbecilli & mollis animi laborioſa & moleſta fugere. Ocium & reges prius & beatas perdidit urbes.Orat. &c. Decorum eſt mortales perpeti labores pro gloria immortali. §Diodo.in princip.operis.car.1.a terg.Ponta. in dial.Anton.in prin.car.1.a ter. 68. § Vnde omnis uirtus in actione conſiſtit.ſupra.in uer.Actio. § Anima operantium,&c. ſupra.pro uer. § cap.28. c.Qui operatur,&c.Senec.epiſto.31.in princ. Agnoſco,&c.§ generoſos animos labor nutrit,non appetendus, non etiam extimeſcendus,&c.Qui ſtudet optatam curſu,&c. §Orat.in poet.car. penult.a terg.Plin. in paneg. car. 331. § fugite delitias eneruatamq́; fœlicitatem. § Senec.lib.de prouid cap.proſpera,&c.§ Chænici ne inſideas.Pithago.de quo Eraſm.prouer.1.Alcia. §fab.87.111.§ Iucundus labor eſt,&c.Calamitas uirtutis occaſio eſt. Sine gloria uincit qui ſine difficultate,& ut ſupra.quæ gloriam parit. § Plato libr. 5.de legib.in princ.neque etiam.Plin.epiſto.26.lib.9.dixi,&c.§ Ne quære mollia.prouer.de quo Eraſm. § car.199.Apian. in parth. car. 7. §

Neceſſe

Necesse est eos nonnunquam pati qui magna adoriuntnr. Cariora sunt ea pro quibus adipiscendis grauiora passi sumus. § Ponta.lib.de fortit. car. 50. § per multas tribulationes oportet intrare in gratiã Dei. § in Act. Aposto. cap. 14. in fi. § fœlicitas prouenit ex difficultatibus & periculis. Labores quietem producunt, & è contra. infra. in uer. Ociũ. § Tul. in 1. de finib. car. 56. a terg. Ponta. lib. 1. de prud. in prin. car. 148. a terg. § Non est uir fortis qui labores fugit. bonorum laborum gloriosus est fructus. § Senec. episto. 22. in med. iam intelligis, &c. lib. sapientiæ. cap. 3. d. § Occupationes euades si præmia occupationum cõtempseris. Spes præmij, solatium est laboris. Senec. in suis prouer. & infra. in uer. Spes.

Quæ urbes labore bellico delectatæ sunt, imperium occupauerunt, quæ uoluptati, econtra. § Valer. cap. de abstin. car. 84. ex cap. de lux. in Xerxe. Machia. lib. de principe. cap. 14. de Franc. Sfortia. §

Maxime optabile sanis & bonis & beatis cum dignitate Ocium, &c. Sed nonnunquam tarditate ac cunctatione dum ocium uolunt etiam sine dignitate retinere, ipsi utrunque amittunt. § Tul. in oratio. pro Sestio. car. 26. a terg. §

Vtile proposuit nobis exemplar Vlixem, &c. aspera qui multa pertulit, &c. § Orat. in 1. episto. ad Lollium. car. 191. Salust. in Catil. car. 2. lib. de rep. car. 101. a terg. § Is mihi uidetur uiuere ac frui anima, qui aliquo negotio intentus præclari facinoris aut artis bonæ famam quærit. Sæpe audiui, qui reges, quas ciuitates & nationes per opulentiam magna imperia amiserunt, quæ per uirtutem inopes cæperant, & cæ. plura. Animus gloria & industria alitur. ad uirtutem una ardua est uia, &c. de Dagoberto rege. 18. Aemil. car. 55.

Ad id fastigium conscenderat magister equitum, regibus socordiæ luxuriæque se mancipantibus, &c. § Xenoph. lib. 7. car. 122. in fin. de Cyro ad Babiloniam, & car. penul. in fin. eodem lib. Plato lib. 3. de legi. car. penult. ante. § ubi rationem explicat de Cyro ipso, de Cambise, de Dario, de Xerxe. § Senec. etiam episto. 65. in med. epist. tua, &c. §

Cyrus cum audisset festum esse Babiloniæ, quo omnes uniuersam noctem bibunt, & saltationibus indulgent, alueum fluminis reddidit permeabilem, &c. quod si uertemur ad pigritiam, improborumque hominum uoluntatem arbitrantinm laborare ærumnosum esse, & uitam sine labore agitare uoluptatem existere, futurum est ut bonis omnibus priuemur. qui se remittit ad inertiam male rursus habebunt, &c. hoc multarum urbium ostendit euentus, quarundam in ipso flore luxuriosa imperia ceciderunt, & quicquid uirtute partum erat, intemperantia corruit, &c. § Iusti. lib. 25. in princ. § de Gallis in Antigonum regem auro

refertum,

refertum. § Machia.lib.1.discurs.cap.19.Eras. prouerb. car. 121. § fuere quondam strenui Milesij. Laboris condimentum est ocium,&cæ. § Ponta.lib.1.de sermo.car.2.in fi. infra. in uer. Ocium. & in uer. Volup. infra. § post labores quæritur cessatio in qua recreetur animus, atque inter molestias iocus. Remissio laboris meliores alacrioresq; reddit,ut fertilis agris,&c.Ita animorum impetus, assiduus labor frangit. Nascitur ex assiduitate laborum animorum hebetatio quædam & languor. Somnus refectioni necessarius est. Legum igitur conditores,festos instituerunt dies, ut ad hilaritatem homines cogerentur, tanquam necessarium a laboribus temperamentum. Indulgendum est animo, dandumque ocium quod alimenti ac uirium loco sit, &c. § Sen. de tranquil.uitæ.in fi.eius.car.155.a terg. § ut per Scipionem,Socratem,Catonem. § Valer. cap.de ocio. Plato lib.2.de legi.in princ.eius. § remissiones laborum ipsis statuerunt Dij,Solemnia festa præbentes, &c. § Plin.lib.17.cap.23.in med. § Nihil est in opere naturæ, quod non exemplo dierum ac noctium aliquas uices feriarum uelit, &c.excitatur ocio uigor,&c.quod caret alterna requie durabile non est,& cæ. Ouid. & in uer. Ocium. § Senec.lib.declamat.car.1.in fi. § Nec uoluptates omnino sequi, nec fugere omnino dolores, sed medium potius habitum sequi. § Plato lib.7.de legi.car.1.in fi. Tul.lib.1.de fini. § Iucundi acti labores. § prouer.de quo Erasm.car.166.ex Hom. lib.15. odiss.car.antepenul.ante. § quod fuit durum pati,meminisse dulce est. forsan & hæc alias meminisse iuuabit. Virgi. in 2. Doloribus ad inuicē delectemur tristibus recordantes. Inter dolores delectatur uir quicunque iam ualde passus est,& multa errauit. Optimum opsonium senectuti futuræ præcedens labor. prouer.de quo Erasm. § car.262.in prin.

Super te hæc omnia Leparge,in non cessante a labore.prou. § car. 330. a terg. § negotium ex Ocio. § Regium est insudare laboribus,dicebat Alexan.Mag.de quo Plutar. § in eius uita.car.7.a terg. § Seruile amare diuitias,generosos animos labor nutrit,non est uiri timere sudorem. § Senec.episto.31.in med. agnosco, &c. § Prima uitæ tempora & secund.patriæ debemus,ultima nobis & ocio. § Plin. episto.23.lib.4.magnam,&c. § Vt ex lege quinquagenarij militiæ,sexagenarij magistratibus ineundis non tenebantur,nec erant obnoxij. Sen. § lib.de breuit.uit.car.162.Plin.episto.præd.magnam,&c.& infra.cap. ætates declinare. §

## DE LEGIBVS.

Lex est imitatio ueritatis, ratio est summa insita a natura quæ iubet ea quæ facienda sunt,prohibet quæ contraria. § Plato de regno. car. antep.ante.in Minos.car.1.a terg.Tul.in 1.de legi.car.4. ante. Approbat

Mors est separatio corporis & animę. § Plato in Phedo car.3.in princ.& a terg.Tul.lib.1.Tuscula.car.3.§ mors item est separatio ab illecebris mundi philosophia docente. § Macrob.in somno Scip.cap. 13.in princ.§ malorum minimum, ex quo & uniuersa natura hominum imbecillis est. § Plato lib.9.de legib.in princ.eius.Ponta.lib.2. de fortit.cap.iam uero.§ humanorum finem esse malorum, miseriarũ quies,&c. § Sene.plura in sua consola.cap.Nemo inquis. cap.O ignaros,&c.§ mors est optimum inuentum naturæ,quæ fœlicitatem,calamitatem, lassitudinem repellit & seruitutem,naturæ animantium solutio,uel corporis & animæ seductio . Quã multis uixisse diutius nocuit, ut Pompeio,Catoni,Ciceroni.not.ipse Tul. §lib.1.Tusculan. in fin. & car.54.Priamo etiam,ut not.Iuuen.Sat.10.car. penul.§ Incolumi Troia Priamus,&c.Quid mea interest supra terram an infra terram putrescere,hemina sanguinis in potestate est,&c. § Senec. lib. de tranq. uit.cap.Minabatur.§ Mors duplex habetur corporis & animæ per gehennam.

hennam. § Lactan.lib.2.cap.13.in prin.a ter.lib.7.cap.10.in fi.Tul. in Orat.3.in Catili.car.3.§ mortem a dijs non esse supplicij causa cōstitutam,sed aut necessitatem naturæ,aut laborum, aut miseriarū quietem esse. Itaque eam sapientes nunquam inuiti,forte etiam sæpe libenter appetiuerunt. § Plutar. plura in Solonis uita.car.ult.in princip.§ mortem omnium dolorum & miseriarum expertem & uacuam oppetisse. Malorum medela. § Plut.per Eschilum in consolat.car.5.in prin. Orat.in 1.episto.Ne perconteris.in fi. § ultima linea rerum est. Seruituti & turpitudini anteponenda est. § Tul.in 1. offic. in med. in 2. Philip.car.183.§ melior est mors quam uita amara,& requies æterna quam languor perseuerans. § Eccl.cap.30.c.cap.41.a.Curt. li.3.car. 7.in prin.5.in uer.Fortis. § Semel mori satius est,&c. § Sueto.in Iulio.cap.suspicionem.car.51.Plutar.in eiusdem uita.car. ulti.Eras.prou. Vbi non sis.car.109.§ de filo pendet. § prouerb. car.123.a terg.& car.sequen. dixit Dion de quo Plut.in apophtheg.car.126.a terg. Sen. episto.22.in princip.Iam intelligis. § nemo tam timidus.&c. de Dione Siracus. § Valer.cap.de constant.car.75.Apia.libr.2. in med.cart. 80.in fin. § Homines nos ut esse meminerimus ea lege natos,ut omnibus telis fortunæ proposita sit uita nostra, neque recusandum quominus ea qua nati sumus conditione uiuamus, &c. § Tul.episto.li. 5.famil.Et si unus,&c.§ nulli potest uita secura contingere,qui de producenda nimis cogitat,&c. § Senec.episto.4. in med. § Tam stultum est mortem timere quam senectutem. nā quemadmodum senectus adolescentiā sequitur, ita mors senectutem. Viuere noluit qui mori non uult.Mors necessitatem habet æquam & inuictam, &c. § Senec.epi. 30.in med.Bassum,&c.epist.24.in med. Solicitum, &c. § nihil est terribile nisi timor. Infantes & pueros constat & mente lapsos nihil timere mortem. Turpissimum est ergo si eam securitatem nobis ratio non præstat,ad quam stultitia perducit. §episto.36.Amicum.in fi. § Viuit qui multis usui est & qui se utitur. Qui latitant & torpent, sic in domo sunt,quomodo in conditiuo morientes,mortē suam antecesserunt. § episto.61.in fi.queror,&c.& episto.sequen. § Ante senectutem curaui ut bene uiuerem,in senectute ut bene moriar,bene autem mori,est libenter mori,bona mors est homini uitæ quæ extinguit mala.Senec.in suis prouerb.

Magnus animus Deo pareat,& quicquid uniuersi iubet cunctatione patiamur. § episto.72.in med.Subinde,&c. § una uia est ad tuta uadendum & extrema despicere,& honesto contentum esse,&c. § epis. 75.in princ.epistola,& episto. 77. in med. § Stultissimus est qui fleuit quod ante mille annos non uixerat:æque stultus qui flet quod post mille

mille annos non uiuet. Nullum sine exitu iter est. omne quod genitũ est corruptioni genitum est, frugibus cibisque æruginem, lignis cariem & putredinem, æri & ferro rubiginem, & in omnibus secundum naturã proprium cuique malum ac morbum. § Plato lib. 10. de repub. cart. 3. ante in med. Senec. episto. 77. ubi supra. Subito. § Moriuntur homi nes, decidunt ex arbore folia, & post folium fructificans in arbore uiridi. § Eccle. cap. 1. in prin. Eras. prouer. car. 217. § Sequitur uer hiemem, nox diem. § car. 183. Senec. episto. 67. Claranum. episto. 104. in moment. ante in fi. Home. lib. 6. Ilia. car. 3. a ter. Virg. in 6. Plutar. in consolat. c. 233. a ter. Ponta. lib. de fortit. 2. cap. de orbitate. § Qualis foliorum generatio, talis uirorum. folia quidem fundit humi uentus, & cæ. Quam multa in siluis autumni, &c. § Eras. prouer. 198. a terg. § rosam quæ præterierit, &c. quod sperat hic, ille assecutus est. § Tul. li. de senect. car. 4. fin. in princip. car. ult. ibidem. § Commorandi natura diuersorium nobis non habitandi dedit, peregrinatio quædam uita est, & ut nautæ per tanta penetrantes pericula. § Plato in Axioc. in med. § quique, ut ait Bias, neque inter mortuos, neque est inter uiuos, &c. § Plato in apolog. car. 3. in fi. § nemo scit utrum mors summũ bonorum omnium contingat homini, metuunt autem perinde ac si scirent eam maximum esse malorum, præstatque magis periculum subire, neque mortem, neque aliud quicquam magis quam turpitudinem formidantem. Quæ dicitur uita mors est, &c. § Tul. lib. de somno Scip. car. 2. ante. § Vixisse nimio satius est, quam uiuere. § Plutar. in bachi. cap. iam dudum. Erasm. prouer. car. 1249. § inulti fluctibus iactati, huius uitæ illud prædicant humanum genus fælix ac beatum esse non posse, &c. § Plato. in Epino. in princ. § Cogita semper qualis uita non quanta sit. bene mori aut male ad rem pertinet, præferenda est turpissima mors seruituti mundissimæ. § Senec. epist. 71. post longum. Plato. in Crito. car. 2. ante. in fi. § non multifaciendum uiuere, sed bene uiuere. Bellam rem esse mori sua morte, imperitissimi refert esse Sen. § episto. 26. in med. Modo, &c. episto. 70. Mutare, &c. § Omnes res imperia, &c. decorata ubi fuerint aliquando quæretur. Quædam urbium quemadmodum hominum sors est inter tot oppidorum cadauera, &c. § Apia. lib. lybico, de Carthagine capta. car. penul. in fi. in Sirio car. 5. fin. ante. Tul. in episto. ad Sulpit. lib. 2. episto. epi. 72. a tergo. Subinde, &c. ex Senec. ipso in med. § futurum quoque aliquando Orbis deflagrationem, nihil quod aliquando ceperit non interiturum, &c. § Ponta. libr. 2. de fortit. cap. Quoniam. § uiue memor quam sis æui breuis, &c. § Orat. Sat. hoc erat, Oda. 4. lib. 1. § pallida mors æquo pulsat pede, &c. § Oda. 3. lib. 2. Oda. 1. lib. 3. § æquam memento rebus

bus in arduis. Omne capax mouet urna nomen. Serius aut citius sedem properamus ad unam. Iam cinis est, & de tam magno restat Achille nescio quid. § Plin. epist. 10. lib. 2. Ouid. in 10. metham. lib. 12. car. ult. de Achille. § Caduca & fragilia puerilibusque crepundijs similia quę uires & opes humanæ uocantur, affl... nt subito, repēte dilabuntur, &c. § Vale. cap. de uariet. casu. in fin. eius. § Vt ociosus, ita multa faciens moritur æqualiter. § Home. in 9. Ilia. in med. car. 97. a ter. lib. 3. car. antep. § Morbo sub atroci corrumpi uel Achiuorum manibus quid refert. § Pontan. in dial. Charon. cap. expectatus. in fin. lib. 2. de fortit. in consolat. sua. § Mors optima rapit, deteriora relinquit. Ne dij quidem liberant a morte. § Eras. prou. car. 307. 308. § Quo carior acceptiorque omnibus erat, eo mors eius suspectior fuit. § de Antiocho filio. Liui. lib. 35. car. 2. a ter. Sen. & Plutar. in sua cōsolat. car. 5. Valer. cap. de instit. anti. car. ult. de Tracibus. ex Herodo. lib. 5. in princi. § Optimum est non nasci, uel saltem quamcito mori. melius est mori quā uiuere. natum esse hominem calamitatem maximam inquit Aristot. ut ex Plutar. ubi supra. § Plin. lib. 7. in suo prohemio. libr. 7. capit. 50. in med. § Nihil hominibus breuitate uitæ præstitit melius natura ipsa. § Eras. prouer. optimum, &c. car. 168. Tul. in 2. de somno Scip. car. 2. a ter. epi. lib. 5. famil. & si unus, &c. Pet. Areti. li. suarum epistolarum car. 195. § Ad Petrum Triuis.

Creati tamen debent uiuere. Qui se necat maius est malum quam alterum, quia tenemur obseruare quod a Deo constitutum est in nobis. § Lactan. li. 3. c. 18. 19. in med. Et Cicero. li. de somno Scipi. car. 2. li. 1. Tuscul. in med. ubi ratio de Socrate & Catone. § Ita disputat & Iosep. de ipsomet dedendo in manus hostium Rom. § libr. 3. cap. 21. in fi. eius. § Ab illo accepimus ut essemus, &c. ubi plura explicat & Macro. § libr. 1. cap. 13. in princ. § Vitam amare decet, mortem non timere. § Valer. cap. de cupid. uitæ in fin. ex Plato. in Phedo. car. 2. a ter. in prin. § Pijs hominibus est retinendus animus in custodia corporis, nec iniussu migrandum est, quia ad hoc generatus est homo, ut tueretur illum globum terræ, &c. § 2. lib. de senect. Tul. car. 4. fin. uel 88. a terg. Ponta. lib. de fortit. cap. de seruit. toleranda. car. 78. ante. § In senectute recte uiuitur quoad munus officij exequi & tueri possis, & tamen mortē contemnere. § Ioui. lib. 32. histor. car. 4. Eccl. cap. 9. a. Ponta. d. libr. 2. de fortit. cap. iam uero, &c. § Ac licet arcessenda aut consciscenda nunquam sit. Nec Dei sit iniussu è uita migrandum, &c. Solonis Eulogio, & Pythagoræ. Vitam diligere decet, mortem non contemnere, ut supra, præmio datam a Dijs mortem. § Plutar. ubi supra. car. 237. 238. § non timenda, timetur autem quia horremus ignota. § Plin.

lib.1.epist.22.Plato in apol.car.3.in fin.& in eius fin.Sen.epist. 82.in med.Dij iam, &c.episto.26.in fin.Modo,&c.§ Paratiss. quod quandoque est faciendũ,& statim facere.Nam quia nec fato misera,nec morte peribat,&c.nondum illi flauum,&c. § Virgi.in 4.in fin.libr.10.in med.§ Et calcanda semel,&c. § Orat.Oda.28.lib.1.metham.lib.10.§ Serius aut citius,&c.Neque fortitudo Herculis fugit mortem. § Homer. in 18. Ilia. car. 3.§ Series inuicta & nulla mutabilis ope. § Sen.d.epist.77.in med.epi.91.in med. Liberalis, &c.§ Non tantũ manufacta labuntur,arte & industria posita uertit dies,&c. Casura omnia extant,omnibus exitus manet,&c.Omnia mortalium opera mortalitate damnata sunt,inter peritura uiuimus, & cæ. Aequat omnes cinis. Impares nascimur,pares morimur. Idem de urbibus,quod de hominibus,ut supra.hic,dico.In Achaia clarissima urbium iam fundamenta cõsumpta sunt.de Carthag.excidio Apia. § in Lybico.car.antep.in fi.§ Quoniam urbes ac nationes regnaq; omnia non secus ac fortunam hominis uariari sit necesse ac interire. Id enim passa est Ilion, maxima aliquando ciuitas.Asiriorum prçterea,Medorum & Persarum regna,&c. & in Macedones.Vnde Homericum illud prolatum. Iamque dies aderit,quo concidat Ilion ingens, id est, ut ex Polybio, Ipsam urbem Romam diuinatiuo animo addubitasse. § Sen.lib.de breuit. uitæ.car.4. a terg. 162. In sua consolat. ad Martian. cap.ult.in fin.car.147.a ter.§ Nihil perpetuum,pauca diuturna,omnia dies aliquis quandoque dissipabit & in confusionem tenebrasque demerget, & etiam hoc quod nõ habet quo cadat etiam sit interiturum. § epist.72.in med. subinde, Nulli non senectus sua,& quod est non erit sed resoluetur,& cæ.de die iudicij not.& in capit.de Deo,car.ulti.Licet peritura regna prospicere, magnarum urbium lapsus,& maris nouos cursus.nihil quo stat loco stabit, omnia sternet uetustas. Necabit omne animal orbe submerso, & ignibus uastis torrebit incendetque mortalia, & omni flagrante materia uno igne ardebit,&c. plura. Romanum præterea ruiturum Imperiũ præsagit Oratius § Oda. 16.epod. Altera iam,&c.& in uer. Poeta.supra.Lactan.lib.7.cap.15.in med.§ etiam quod tunc florentissimum. nulli non senectus sua est. quicquid est non erit sed resoluetur,&c.Non optandum ut diu uiuamus uel curandum, sed ut satis, longa est uita si plena.&c. actu metienda non tempore.Alter post mortem quoque est, Alter ante mortem perijt, & uixit & uiguit,&c. §Sen.epi.93.in med. epistola.& epist.99.epistola, item num. 101.Omnis dies,&c. § Scit quo exiturus sit qui unde uenerit meminit. § epi.124.in med.epistola tua,&c.Eccl.cap.3.d.Tul.libr.de senect.car.2. ante.§ Necesse est esse aliquid extremum, & tanquam in arborum bacchis uel terræ frugi
bus

bus maturitate caducum ferendum est, & cæ. Mors etiam appetenda si animum aliquo deducit ubi sit futurus æternus. Vnde Romani præcipuum & gloriosum habebant seipsos interficere. § Dion.lib.ult.in fi. car. 11. finali. §

Bonus non flendus sed laudibus prosequendus & memoria honorãdus. § Plato in Menex.car.3.ante.Sen.libr.de consolat. in princ.car. 143.a terg.de Liuia & Octauia,epist.64.in prin.Moleste, &c.epist.99. ubi supra.in fin.eius.Plin.epist.9.lib.9.in fi. Vnice probo. de Pompeio Quintiano.Plutar.in sua consolat.car.7.fin.a tergo. in apophtheg. car. pen.184.in Girtia. § Meminisse perseueret,lugere desinat,&c.Petrus Areti. § lib.suarum epistolarum.car.194.ad Iustin.Nelum.& car. sequenti. § Est autem defunctis utilitas qui per bonam memoriam exhibetur honor. Nullus enim bonus fletibus dignus,sed hymnis ac laudibus,neque luctu,uerum inclita memoria,& cæ.fæminis lugere honestũ ducunt Germani,uiris meminisse,lamenta ac lachrimas cito, dolorem & tristitiam tarde ponunt. § Tacit.in Germ.car.3.in fi.Orat.libr.3. Oda.20.Non usitata. § Absint inani funere Neniæ,luctusque turpes & quærimoniæ. § Tul.lib.2.Tuscul.car. antep. §

Mortem uoluntariam appetunt Indi sapientiores, & uxores apud uiros. § Plin.lib.6.cap.19.Vale.cap.de insti.anti.in fin.car.ulti. de fæminis Indicis.Io.Leo moder.histor.lib.2.pluribi.Curt.lib.8. in med. § Viuos cremari iubent sese. § c. 116. in fin. § & de Calano Arrianus. § lib.7.car.2.Curt.lib.7.car.3.286.Tul.libr.2.Tusculan.in fin. car.4.finali.Plutar.car.pen.a ter.Valer.etiam cap.de mirac.in fin. §

Non uincentium magis quam bene morientium fortuna laudatur. De Astapanis Liuius. § lib.28.in med.lib.31.in med.per Annibalẽ. & in uer. Fortit. supra. § Mors honesta uitam sæpe turpem exornat, & cæ.non è contra. § Tul.in oratio.pro Quintio car.119.8.in fin. Liui.lib.22.car.antep.a terg. § Probis potior esse debet dignitas sine uita quam uita sine dignitate. §Vale.c.de fortit.in Catone. § Aemilius Consʃ.bene mori quam turpiter uiuere maluit in prælio. Nusquam uictores honestius quam in castris hostium perituros. de Leonida Spartano Iusti. § libr. 2. car.pen.in fin.Salu.in Catil. § Non ne emori per uirtutem præstat, quam uitam miseram ac inhonestam per dedecus amittere. § Curt.lib.4.car.4. fin. ante. § Effugit mortem quisquis contempserit. Timidum quemq; cõsequitur. Mortuos offendere turpe habetur. §Erasʃ.apu.car.314.in med.de Leone Alcia.fab.149.§ Hominem mortuum non mordere. § Plut.in Brut.car.5.ante.In Pomp. in fin.eius.Erasm.prou. 281. § Mortem Deus non fecit,sed inuidia diaboli,&c. § Sapientia.cap.1.c.cap.2.in fin.Cæli.libr. 1.cap.3.La-

ctan.lib.7.Eccl.cap.22.b.Pau.ad Thesalonic.1.cap.4.b.Plato lib.3.de rep.cap.5.§

Mortuum plora modicum.Clarorum uirorum ploratus è medio tollendus,fæminis & relinquendus. § Plato libr.5. de legi.car.2.a terg. in prin.§ Lachrimis abstinendum, tristitiaque compressa honesto in habitu se contineant. § & lib.12.car.2.in prin.per eundem.§ Defunctis funera & sepulchra excellentius quam cæteris ciuibus fiant, luctus ploratusque absint. § car.pen.in prin. § Plangere & extra domum uociferari prohibendum est,& palam eiulare. § Tul.lib.2.Tuscul.car.antepe.in 2.de legi.car.pen.& ulti.§ Mulier genas ne carpito,ne ue lessum funeris,&c.Permittebant Lacones diebus.15.ueste muliebri induti. § Plutar.in consolat.car.240.ante.in apophtheg.Lacon. car.182.in Licurgi uita.car.ult.ant.Vale.de insti.anti.in fi.de Lycijs.§ Licurgus lamentationes amouit.Beatum deflere inuidia est,nullum dementia. § Sen.lib.de breuit.uit.car.antep.a terg.in med.163. a terg. epist.64.in med.moleste,&c.epist.99.ubi supra.in fin.Plutar. in sua cõsolat. car. 239. ante.§ Qui mortuos lugent sui ne ipsorum causa lugent,&c.Annum luctui deputatum per maiores non ultra fæminis,nullum uiris,aut enim simulatus est,aut stultus diuturnus, uno die uel duobus. § Eccl.cap.38.b.§ Insepultorum animæ, &c. Vnde Phantasmata. § Virg.in 6.§ Mortuos terræ mandandos. § Home.li.23. car.2. de Patroclo in Achillem. Pontan. in Aegydio,dial. in med. car. 159. ante.§ Rationem prædictorum assignat Plato in Phedo. §in med.car.204.ante.§ Mortem pro patria præclaram esse dicit Liuius. § libr. 9. car. 2. de Lentulo. § Augurium optimum mori pro patria & pugnare.§ Hom.in 12.Ilia.in med. § Non est indecens auxilianti circa patriam mori. § libr.15.in med.§ Apud plurimas gentes præclarum est in bello occumbere, & qui sic è uita migrat funere & sepulchro magnificentissimo honoratur,siue pauper, & cæ. § Plato in Menex.in princ.& car.89.ult. ante.in fin.§ Statutis legibus parentes & filios eorum qui in bello interire tutatur, & ante alios ciues, & cæ. § libr.5.de rep.car.pen.ante.libr.6.de legi.in med.car.4. ante.in fin.§ Pro patria præterea si necesse sit mori paratus sit antequã uelit aut euersam uidere ciuitatem,& cæ. § Tul.in oratio.pro Plancio. car.3. fin. in prin.§ Qui pro rep.uitam reddiderunt, nunquam eos mortem potiusquam immortalitatem consecutos putaui. § & in oratio.pro Sestio,car.16.Sen.epist. 77.in fin.inimicis.§

Teipsum interroges si res exegerit pro patria moriaris, & salutem omnium ciuium tua morte redimas,&c. § Orat.Oda.2.li.3.§ dulce & decorum pro patria mori, mors & fugacem persequitur uirum, plerun-

plerumque mori succumbit in armis. O terque quaterque beati, & cæ. § Virg. in 2. & pluribi. Plutar. in apophtheg. car. 5. fin. a terg. 181. a ter. Si pereo manibus hominum perisse iuuabit. § Tul. in Philipp. pen. in fin. Liui. lib. 21. per Annibalem ad milites suos. § Et si fortuna dubitauit, in prælio potiusquam mortem appetere. § Iusti. lib. 2. de Leonide. Plato. d. lib. 5. de rep. § Eum qui in militia cum se strenue gesserit, obijt, Hesiodo fide adhibita asseremus Demonas affici sanctos terrestres, optimos expulsores malorum, custodesque mortalium. § Ponta. lib. 1. de fortit. in med. car. 6. cap. Quibus. § Xenophon sacrificia peragens Grillum fil. in prælio cecidisse apud Mantineam sentiens fortissime pugnantem sacrificia lætus est prosequutus. § Valer. capi. de parent. car. 124. Sen. epistol. 72. in med. Subinde, &c. cap. de cupid. uitæ in fin. §

## DE MODO.

Modus quandocunque seruandus, ut in uer. Competenter. Adrastia Nemesis, omnia modo constant, certoq; fiunt temperamento. § Eras. prou. car. 198. ante. Plin. li. 17. cap. 24. in med. Orat. in poet. car. 174. § Est modus in rebus sunt certi denique fines, &c. Est quoddam prodire tenus si non datur ultra. § lib. 1. epist. car. 1. a terg. lib. 2. Sat. 3. car. 287. § Tu caue ne minuas, &c. § Cato cap. 3. de re rust. Colu. lib. 1. cap. 4. cap. 6. Plin. li. 18. cap. 6. de Lucullo, & Scæuola. Sen. car. 153. in fi. de uana gloria. § Sumptuosior ager ne siet, ne uilla fundum quęrat, uitiosum est quod nimiũ est. Oportet in cunctis prudentiam adhibere, ordinem seruare & modum retinere. Sitque ordo & rerum & temporis dispensator optimus. nam modum abijcere quæ est mensura tenens regulam inter parum & nimium, &c. § Ponta. in 2. de obed. cap. Et quoniam. car. 14. ante. & lib. de mag. cap. ea quoniam. § Nihil ita magnum cui non sit medium aliquod, &c. manu serendum est non corbe. supra. in uer. Benefic. Qui parce seminat parce metet. nam arbores & horti rigatione plurimum gaudent, ebriatione læduntur. § Pli. li. 17. cap. 26. in med. Alcia. fab. 27. Machia. libr. 3. discur. cap. 29. § Et in ædificando, in uer. Mediocr. Seruitus nimia. in uer. Princeps. § Pli. & in paneg. car. 348. §

Ambitio enim & effusio habenda non liberalitas cui ratio desit, optimus in rebus modus est. § Alcia. fab. 182. Ouid. in 2. de arte. § Flectitur obsequio curuatus ab arbore ramus. Obsequio tranantur aquæ, &c. obsequium tigres domat tumidosque leones, &c. Mutatio quæ fit paulatim, efficit, ut omnis natura mutationes ferat. § Xenop. libr. 6. in prin. car. 8. eius. §

## DE MVNERIBVS.

Munera (crede mihi) placant hominesque Deosque. § Ouid. de quo & Plato libr. 3. de rep. car. 2. ante. in med. § Accipiens munera moriaт̄ pro iudicio facie͂do. § Plato li. 12. de legi. car. 3. ante in med. § munera impius accipit ad peruerte͂dum iustitiā. § prou. c. 17. d. Psalte. cap. 14. Domine quis habitau. § munera super innocentem non accipit. § Esai. c. 5. e. Deuteron. c. 16. in fi. Exo. c. 23. b. Eccle. c. 20. in fi. cap. 7. b. § In multitudine munerum, parua diuturna, magna non ita. § Aemil. ad Plutar. in Trasib. car. 348. in apophtheg. car. 122. a terg. §

Munera non sint excessiua. Non recusandum quod ab amico donatur. § Hom. in 18. Odiss. car. antep. Eras. prou. bonum quodcunque. prou. § Et æquidentes, &c. Minerual munus. Politia. § in. & in miscell. § Parthorum regem sine munere salutari non potuisse, not. § Sen. epist. 17. in fin. proijce, &c. lib. 1. de benefi. plura. car. 97. a terg. Socrati, &c. Ioui. Item lib. de Imperat. Turc. lib. 41. histor. car. 375. § Mola tantum salsa litant qui non habent thura. § not. alibi, & ex Era. § Haustum aquę manibus per Artaxerxem oblatum, & cæ. § Plutar. in eius uita, & cæ. § Malis ferire, corrumpere muneribus. Cyclopis donum, Minus nocuum, munus leuidense, minimi prætij Calabri, &c. hostium munera. § Hom. in 9. Odiss. car. 78. a terg. lib. 7. Ilia. car. 78. de Hectore & Aiace, Eras. prou. 1605. § Beatius est dare quam accipere, &c. supra in uer. Beneficium. In muneribus cognoscitur animus & consideratur. Malum lucrum, pernitiosum præmium, beneficium in minuenda crudelitate. § Tul. in ult. Verr. in med. car. 254. Aderat Ianitor carceris, &c. Vt lupus in gruem not. Aesopus, de Polyphemo Hom. lib. 9. Odiss. car. 78. Tul. item in 2. Philipp. car. 163. in prin. § Beneficium latronum. Nosco Danaos & dona ferentes. § Virg. in 2. §

An ulla putatis dona carere dolis, & cæ. de Sicilia Plutar. in Nicia. § car. 4. ante in med. in 1. bello pun. Cæs. lib. 4. ciui. car. 406. Alcia. fab. 163. supra in uer. Benefi. §

Beneficium quandoque ex infortunio, & è contra. § Sen. epi. 110. in prin. ex moment. § Multis & quandoque fortuna parcit in pęnam. § Plin. lib. 16. cap. 2. & in paneg. in prin. car. 322. Cæs. libr. 4. car. 180. a terg. Blond. lib. 3. in prin. car. 1. ante. de Origi. Venet. in insulas fugientium. § Donum inane apparens tantum, principatus dicitur Sirius. Eras. prouer. Tul. in 1. offic. car. 9. a terg. § Qui gratificatur cuipiam quod obsit illi cui prodesse uelle uidetur. Incommoda uirtutis causam præbent. infra, in uer. Virtus. fortuna plerunque quos beneficijs ornauit, ad duriorem casum reseruat. § Cæs. lib. 4. ciui. in med. car. 406. in prin. § Sæpe maiori locum fecit iniuria. § Sen. epist. 91. in fin. de

Lugduni

Lugduni conflagratione. § multa ceciderunt ut altius ſurgerent. §Plin.in paneg.car.3.ante.§ Occultat utrorumque ſemina Deus, & plerunque bonorum & malorum cauſæ ſub diuerſa ſpetie latent.& beneficium quãdoque in ſeipſum damnoſum, ut de nuce fuſte uerberata, §Alcia.fab.188.fab.163.bellorum,&c.de Hectore & Aiace ut ſupra ex Hom.Pet.Areti.libr.ſuo epiſtol.car.34.in fin. Ad Marcheſiam Bitontam. 1535.§

## DE MVLTITVDINE.

Multitudo uitanda,ne oblecteris in turbis. § Eccl.cap.18. in fin. Orat. Oda 16.lib.2. Oda 1.lib.1.Serm. § Et malignum ſpernere uulgus.Odi prophanum uulgus. § Plato in axioc.in med. § Populus ingratus,&c. § In apolog.car.4.a ter.Plutar. in uita Demoſthe. car. ult.a terg. in med. § O Pallas,&c.Tribus infeſtis beſtijs delectaris, Noctua dracone & populo.Nec in iudicio plurimorum acquieſces ſententiæ ut a uero deuies. § Exo.cap.23.b. § A paucis diligi optabilius, nunquã uolui populo placere, malis artibus fauor popularis acquiritur,malo mihi placere quam populo.Vt exiſtimes iudicia non numeres,&c. § Sen.epiſt.29.in fin.de Marcellino,epiſt.69. in fin.de conci lio,&c.Plin.epiſt.17.li. 7. § Sua cuique non populum aduocare ſed certos electoſque. Plurimum in foro poteſt inuidioſa potentia,at breuis eſt & ſordida. Si in medio urbium fremitu collocati ſumus ſtet ad latus monitor, & contra laudatores ingentium patrimoniorum laudet paruo diuitem & uſu opes metientem. § epiſtol. 94. in fin.Sen.hanc partem,&c.Tul.in 2.offic.in med. car. 38. ante. § Amor multitudinis commouetur ipſa fama & opinione liberalitatis, beneficentiæ,& uirtutum,&c. § lib.1.de legi car.4.fin.Quæ ſi tanta poteſtas.lib.2.de diuinat.in med.car.229. § Quaſi tibi in iudicando placeat multitudo, uulgus ex ueritate pauca,ex opinione multa æſtimat. § Tul. in oratio.pro Comedo.car.5.fin.in prin.lib.1.de natu.deo. car. 19. Machia. lib.3.hiſtor.car.89.a terg. § Quod optimum eſt quærendum,quàm rumorem multitudinis. § Plato in Phedro.car.2.a terg. in princi. in Crito.car.2.ante,& in conui.cap.aliter.in fin.eius,& in Laches. car. 2. ante in med. § Prudenti uiro paucorum magis quam multorum inſipientium iudicium eſſe uerendum. Scientia non multitudine iudicare oportet.quod recte eſt iudicandum,nulli paream præter quam rationi, quæ mihi optima uideatur. Non oportet omnium opiniones omnes ſequi. Conſultatio ſit utrum multorum opinionem ſequi debeamus, an unius potius qui intelligat plura. Agrippa.cap. 55. in med. de Politica. Non curandum eſt quid de nobis multi loquãtur, ſed quid is unus qui intelligit iuſta & iniuſta,atque ipſa ueritas. § & in 1.de legi.car.2in.

 prin.

prin. § Vbi meliores multitudinem peioresque superant, recte ciuitas illa superior seipsa dicetur.de fæce haurire. § Erasm. prouer. car. 126. § Per uiam publ.ne ambules,dicebat Pithag.de quo Eras. etiã. § car.7.ante. § Populo qui stultus honores,sæpe dat indignis. § Orat. Sat.5.lib.1.in prin.eius.§ tanquam Echo. § Geu.lib.1.car.361.§ Quid turpius quam sapientis uitam ex insipientium sermone pendere. Veritas a uulgo uarijs dissipata sermonibus corrumpi, nullo non addẽte aliquid. § Lactant.libr. 2.cap. 11. in fin.cap.20. § Quis nescit plus esse momenti in paucioribus doctis quam in pluribus imperitis. § Plin.epist.12.libr. 4.Amas Egnatium,&c. § Non est grauissimum testimonium multitudinis. Optimum quodque rarissimum est, & cæ. § Tul.in 2.de fini.car.75.in prin.car.81.in fin.lib.2.de diuinat.in med. car.11.uel 75.Plato in 2.de legi.car.2.a ter. in med. § Cum id a multitudine laudatur non est non turpe,sed est laudabile, quia pulchritudine sua esset laudabile, &c.Iudex sedet pro tribunali ineptis spectantium uoluptatibus aduersaturus, multitudini spectatorum rem permittens & manibus tensis uictorem declarans, &c. populus omnis temerarius est demens,desidiosus,perfidus,incertus,&c.plura not.Phalaris,de quo infra.in epistola. Tu fortasse, &c. § car.18.in fi. §

Multitudo omnis sicut natura maris, & cæ. Ita aut tranquillum aut procellæ in uobis sunt.&c. § Liu.li.28.in med.in oratio.§ ad milites desciscentes,& in Philippum regem. § lib.31.car. antepen. § Nihil tam certum nec tam inæstimabile quam animi multitudinis. § Machia.libr.3. histor. car.89.a ter.Guizar.plura.lib.2.car.81.in oratione Vispucij Florent.Curt.lib.6.car. 66.§ Nullum mare tantos ciet fluctus quantos multitudo motus facit. § Hom.libr. 2.Ilia.car.3.ante. in fin.§ Scinditur interea studia in contraria uulgus. § Vir. in 2.§ Quot capita tot sententiæ. § Tul.in 1.de fini.car.4. in princi. Orat. in 1.sermo.Sat.1.car. 1.§ Est etiam multitudo,ut oues quæ nemini obtemperant,uniuersæ gregis principem sequuntur. § Plutar. in Cato.censo.car.2. ante in fi. § Victorem sequitur, uictum reprobat. § Dio.li.48.in prin.car.239.in fi.§ multitudo Imperatorum Cariam perdidit. § prou.de quo Eras. car. 264.§ non probantis. § car. 298.§ Non corrigentis quod dictum est. § prou.car. 301.§ Cedendum multitudini. § prou.car.308.§ Non irritanda,infra in uer. Prouocatio.Non omnino temere quod uulgo dicitur. § Eras. prou. car.80.§ Exemplum in Apelle,iudicium cuiusque de tabula expectãte. § Plin.lib.35.cap.10.epi.17.libr. 7.§ Interdum uulgus rectum uidet. § Orat.in 2.epist.car.2.a terg.Machia.lib.1.discurs. cap.58.§ Vox populi uox dei.Multi uocati,pauci electi,&c.multi Tyrsigeri, &c.

§ Eras.

§ Erasm.prouerb.car.90. § pauci quos æquus amauit Iupiter. Virgi. Melius omnibus quam singulis creditur,& cæ. § Plin. in suo paneg. car.370.Tul.in 1.de natura Deo.car.19.in princ. §

Qui æget in turba uersetur. § prouer.car.313.Home.in 17. odis. in princ.car.146.a terg.& in uer.Mendicit. § Et pudor non prodest. § Plato in Charmide.car.2.a terg.§ Vulgi uitia ridenda.infra.in uer. Vitium. Vulgarem turbam regens imitari solitam, quibus post æpulas lætata mens diffluit,&c.de Phocione Plut. § in eius uita car.2. in fi.§ omnis enim animi impetus mollitur. § Plin.libr.22.cap.24.in med § hominum præstantiam non numerum reputamus, &c. dicit Phalaris tyran.in eius epistola ad Epicharmum amicum.car.15. Exemplo fabulæ Aesopi,de qua Ponta.in dial. Anton. § car.88.in fi. § de patre & filio in asinum uel equitandum,& quomodo.

## DE NATVRA.

Natura rerum potentissima,quæ tanta fecit ad usum hominum, nihilque occultum esse uoluit. § Liui.lib.37.car.penul.in fin. per Legatos Rhodiorũ. Valer.cap.de pieta.in parent. in Dario. § Liuia ad Augustum. § Dion lib.55.car.8.in fi.de Iulia rea. Erasm.prouer.§ Simia semper simia,&c. § Plin.lib.18.cap.25.in fi.Tul.lib. 2. de natur. Deo.car.4.7.Senec.episto.67.ad fi.car.27.in princ. § Nihil a rerum natura sine aliqua occultiore causa gigni. § Plin. in prohe. lib. 22.in princip.§ Quid sit ipsa natura ex Aristotele refert Plut. de Placitis in princ. Principium motus atque quietis, &c.

Consuetudo potentior natura. § Iuuen.Sat.10.car.ult.in princ.§ Cura natura potentior omni.exemplum de canibus per Licurgum.Plutar. § in apophtheg.car.170.a terg.lib.de libera.educan.car.2.a ter. Curt.lib.5.in med.car.54.a terg.Eras.prouer.car. 16.in princ. § annus producit.Natura homini satis dedit roboris si illa utamur,&c.Sen. § episto.116. in fi.utrum satiua sit,&c. § quicquid natura tradit,& æquale omnibus est & statim. § epi.121.in fi. litigabis,&c. § Quid est aliud natura quam Deus. § idem lib.de benefic.cap.natura.§ & diuina ratio.Secundum naturam uiuere beatum est. Naturæ autem repugnare est bellare cum Dijs. § Tul.lib.de senect.c.75.Erasm. prouer.cum Dijs,&c.Senec.episto. 90.in med.Quis dubit.episto.41. in fi. facis rem,&c.episto.69.in fi.concilio,&c.episto.119.in fi.Quotiens,li. de beata uita.car.ult.ante in fi.car.142.ante.§ Curiosum natura ingenium dedit. § idem Senec. lib. præd. ubi supra.§ Hominis natura in plures actiones & diuersos usus se habet. § Orat.in 2. episto. flore bono.Denique non omnes,&c.Oda.1.lib.1.Tul.in 1. offic. in med. § Intelligendum est etiam duabus nos quasi nos a natura, &c. & car.seq.

Contra

Contra naturam uniuersam nihil cōtendamus, &c. Alij ad philosophiā, alij ad Ius ciuile, alij ad eloquentiam, &c. § Ponta. lib. 4. de prudent. cap. de ingenio. car. 205. ante. § propter diuersitatem concretionis corporeæ eueniunt multæ uarietates ingeniorum, multiplices adeo, ut quot homines tot etiam sint ingenia. ut de Cæsare, Pompeio, Fabio, Alexandro, Augusto, Catone, &c. § Virgi. in 5. car. 2. § Quique pedum cursu ualet, & qui uiribus audax, aut iaculo, &c. Magna est locorū differentia ad ferendos meliores uel peiores homines, alij uarietate uētorum, uel propter aquas uel propter cibos, &c. § Plato lib. 5. de legi. in fi. eius. car. 331. in princ. § Trahit sua quenque uoluptas. § Virgi. in Alexi. in fi. § natura & nouitatibus delectatur. § Erasm. prouer. car. 100. Plin. lib. 12. cap. 1. in fi. episto. 18. lib. 8. in fi. episto. 20. ubi supra. Orat. in 1. episto. Prisco. &c. § quod timui mutare modos, &c. feritas naturæ non deponitur, sed submittitur quandoque. ut in Tigribus, in Leonibus, post modum magis exasperantes. § Senec. episto. 60. in princ. Boet. in 1. de consolat. car. 29. ante. § Sine doctrina potior natura quam ècontra. infra. in uer. Discendum. Considera primum utrum rebus agendis, an ocio natura inclines, &c. plura. in uer. Actio. supra. Et suum quisque noscat ingenium. § Senec. libr. de tranqu. uitæ. cap. inspicere. cap. hominum. Plato in 2. de repub. car. penul. in princ. li. 3. in princ. Erasm. prouer. § Ne è quouis ligno, &c. Natura mortalium est ut nihil placeat magis quam quod est amissum. § Senec. lib. de consolat. cap. scio quid. in fi. episto. 115. in fi. nimis anxium. Tul. in oratio. ad pontifi. in med. Eras. prouer. in moribus. § Nam & si est optabilius cursum uitæ conficere sine dolore, & sine iniuria, plus tamen affert, se desideratum esse a suis ciuibus, &c. § & ad Quirites. car. 1. a terg. § Tanquam bona ualitudo iucundior est ijs qui è graui morbo recreati sunt, &c. Aurum & ferrum, &c. Nascuntur dissimiles mortales omnes prout fortuita sors conceptionis obtulit, &c. & infra. in uer. Variet. naturæ. § Valer. cap. de similit. formæ. §

## DE NECESSITATE.

Necessitas Parcarum mater, Adrastia necessitatis ac Iouis filia. Plato § in Gorg. car. 5. fi. in princ. li. 10. de repub. car. penul. a ter. in medio. Plutar. lib. de sera num. uind. car. 4. fi. ante. Erasm. prouer. Adrastia. car. 198. ante. § Aduersum necessitatem ne Dij quidem, &c. § Erasm. prouer. car. 165. in fi. § Efficacior est omni arte. § Curt. lib. 4. car. 7. a terg. lib. 5. in med. car. eius. 9. § Ignauiam acuit, necessitas est ante rationem, in bello maxime. § li. 7. in med. car. 94. in fi. § Efficacior (maxime in aduersis) quam ratio. § lib. 8. car. 7. a terg. Diod. lib. 1. car. 2. ante. in fin. § Denique necessitatem ipsam rerum magistram

ſtram factam ſingulorum peritiam,&c.Quomodo autem. § Machia. lib.3.diſcurſ.cap.12. § ferijs caret. § Pala.lib. 1. § Quæ neceſſa ria ſunt,turpe eſt neſcire. § Plato lib.7.de legibus.car.penul.in fi. § parendum neceſsitati,quam ne Dij quidem, ut ſupra. § Liui.libr.9. car.2.ante in med.Plato lib.5.de legib.car.penult.in fi. § turpe nihil quod ui aut neceſsitate fiat. § Plutar.in Fabij uita.car.ult. § acerri ma uirtus eſt quam neceſsitas ultima extundit,neceſsitudo etiam timi- dos fortes facit. § Saluſt. in Catil. in oratio. ad ſuos milites certatu- ros.Senec.lib.1.de clemen.cap.quid ergo. § Ingens telum neceſsitas. § prouer.de quo Eraſm.Ioſep.lib.3.cap.10.de bel. Iuda. § Si meum non monet ingenium neceſsitas coget, dixit Quintius conſ. § notat Liui.lib.3.car.ult.ante in med.lib.4.car.5.in princ.li.28.car.5.in prin. Valer.cap.de diſcip.milit.in Metello.Plut.in Camilli uita.car.eius.5.an te.in fi.de Brenno aurum inuertente.Aemil.in Ioãne.1.rege.50.cart. 402.in prin. Ioui.libr.18.car.2.a terg. § Equites ſupra neceſsitatem quæ extremis in caſibus ignauos etiam accendere ac efferare conſueuit. Temperatus timor cohibet animos, aſsiduus & acer & extrema admo- uens in audaciam iacentes excitat, & omnia experiri ſuadet, feras linea & penna concluſas continens telis inceſſe tentabunt fugam per ipſam, quæ fugerant proculcabunt formidinem. § lib.1.de ira.car.2.a terg. in med. § Aliquotiens metus ex pauido fecit audacem, & mortis ti- mor etiam inertiſsimos excitauit in prælium, &c. Labor omnia uincit. & duris urgens in rebus egeſtas. Vltima neceſsitas in rabiem uertit,at- que eos plerunque qui penitus de uita deſperant ex timidis longe fortiſ ſimos facit. § Ioui.lib.2.hiſtor.car.antepenul.a terg.libr.18.car.2.a ter. ubi ſupra. § una ſalus uictis nullam ſperare ſalutem. § Virg. in 2. § Voluptati paulatim ſunt quæ neceſsitate cœperunt. § Sen. lib. de bea.uita.cap.proſpera.in fi.Machia.lib.5.hiſtor.car.138. § neceſ- ſitas non affert laudem nec improperationem, ſed uictoriam ſæpe tri- buit. § Leand.de Croton.car.194.ante. in Theſſalos per Phocenſes. Plutar.lib.de clar.mulier.car.2.a terg. § tempori cedendum & neceſ ſitati parendum. § Tul.epiſt.lib.4.famil.& ſi perpaucis, &c. § gna uiam neceſsitas acuit, & ſæpe deſperatio ſpei eſt cauſa. § Curt.lib.5. in med.cap.53.in princ.& per Sueuos,de quibus Aemil.libr.1.in Che- reb.rege.8.car.3 ;.in prin.Garimber.plura.lib.3.de fort.cap.6.car.77. acerrima uirtus eſt quam ultima neceſsitas excutit.Sen.in ſuis prou.fu- ror fit læſa ſæpius patientia.

NE QVID EXPECTANDVM.

Nequid expectes quod tu ipſe facere poſsis. § Gel.lib.2.cap.29, de Caſsita aue. Machia. libr. 1. in med.de D.Venet.in regem Franc. §

proprijs

proprijs innitendum uiribus,non autem in auxilijs.alibi in uer.Milites. Sic Eutemon ad Alexandrum Mag. § Curt.libr. 5.in med. car. 3.in med.53.Plin.episto.22.lib.6.in fi.Magna,&c. § Plurimum tibi credas,nemini fidas satis.Qui multum in suorũ misericordia ponunt,ignorant quam celeriter lachrimæ inarescant,&c. Ita suam quisque fortunã in consilio habet cum de aliena deliberat. parum prouidum sperare ex alijs quod tibi ipsi non præstes. § Plin.lib.2.epi.10.Neminem,&c.§ fallax spes est,quæ non suis uiribus nititur,sed alienis,aduersis, &c. Iosep. § lib.1.belli Iud.cap.27.in princ.car.1.a terg.§ de auibus fab. § de qua Aemil.car.421.in Carolo.5.rege.51.in prin. §

NEMO ADEO FERVS.

Nemo adeo ferus est ut non mitescere possit,&c.Vnde nisi audituro dicendum est,nam magna debet esse eloquẽtia quæ inuitis placeat, &c. Orat.in 1.episto.car.1.a terg.Senec.epist.38.merito.&c. episto. 112. cupio,&c.lib.12.declamat.in princ.car.90.in princ.Plato lib.1.de rep. in princ. § Quinimo,ut in prouer.Inaniter aquam consumes. § Erasm.prouer.car.60.§ persuaderi non potest non audientibus.Eccle. § cap.32.a.prouer.cap.9.b.23.b. § ubi auditus non es, non effundas sermonem.Qui erudit derisorem,ipse sibi iniuriam facit.Qui arguit impium,sibi maculam generat. Argue sapientẽ & diliget te. supra.in uer. Castigatio.In auribus insipientium ne loquaris, quia despiciunt doctrinam eloquij tui.qui cantat carmina cordi pessimo,&c. § prouer.capit.25.d. §

NEMO CONTENTVS, &c.

Nemo sorte sua contentus est uel fortuna aut professione. § Orat.Oda.1.lib.1.c.203.episto.vrbis amatorem.episto.uillice siluarum. in fi.eius.car.208. § Optat Ephippia bos piger,&c. § Sat.7.lib.2. Iandudum,&c.§ Romæ rus optas,&c.car.304. Cui placet alterius,&cæ. § Sat.1.in prin.Senec.lib.1.de tranqu.uita.in princ. libr. 3.de ira in med.car.134.ante.in fi.Valer.cap.sapi.dict.car.151.a terg. Plut.lib. de tranqu.animi.car.7.car.9. uel 264. Tul.in episto. Noui quod ad te. li.6.famil. § mercator metuens ocium,&c. § Orat.ubi supra.2.li. 1.episto.car.204.§ Lætus sorte tua uiues,&c.supra.in uer. Mediocriter.car.prima.

NEMO OMNIA NOVIT.

Nemo nouit omnia. § Varro lib.2.cap.1.rei rust.Colu. in fin. sui operis.Pau.epi.1.ad Corint.cap.2.c.§ Quis hominum scit, quæ sunt hominis.Non simul omnia omnibus data. § Home.lib.4.Ilia.in medio,car.6.ante lib.8.Odiss.car.4.lib.13.in fi.car. penul. ante.§ Non omnia omnibus expediunt. § Eccle.cap.17.d.cap.37.in fi.Paul.in 1.

ad Corinth.ubi ſupra.cap.12.b.Orat.lib.4.oda.4.in med.Guizar. libr. 1.car.7.car.60.in prin.de Petro Mediceo. §

NEMO NOVIT OMNIA.

Non omnis fert omnia tellus. §Virg.in pol.car.6.egl.8. § multa quidem nouerat,ſed male nouerat omnia.Quærebam utrum hominum quiſpiã ſcire omnia poſsit. § Plato in Alcibi.1.car.3.in prin.li. de Ente.car.3.ater.in med.li.10.de rep.car.2.ante in med.§ de Prometheo Plato ipſe §in Prothag.car.2.a ter.li.10.de repub.car.2.ante.in med. lib.7.de legi.car.penul.in fi.Liui.de Annib.ad Cannas.car. antepenult. a terg. § Exquiſite cuncta perquirere nec facile eſt, nec omnino poſſibile,tum Maharbal ad Annib. Non omnia nimirum eidem Dij cuncta dedere.Vincere ſcis Annibal,&c.Haud ullo in genere uenia iuſtior eſt. Si modo minime mirum eſt hominem genitum non omnia humana nouiſſe. § Plin.lib.3.hiſtor.in præfat.Lactan.lib.3.cap. 6.§ Nemo ſapit quandocunque.Vnde danda uenia lapſo. § Ioui.lib.39. car. 254. Plin.lib.7.cap.40.in med.Eraſ.prouer.car.314.car.177.danda, &c.Senec.lib.3.de ira in med.car.133.a terg.in med.Neminem, &c.§ nemo mortalium omnibus horis ſapit.Nemo doctus & eloquens. § Põta.in dial.Aegydius.cap.& porticus in fi.eius.car.161.in fi.Budæ.in pã de.1.car.128.& in cap.Qui ætate ſua.&c. §

NIHIL AGENDVM INVITA MINERVA.

Nihil inuita Minerua,uel aduerſante natura. § Orat.in poet. car. penul.ante. in fi. § Tu nihil inuita,&c. § Plato lib.2.de repub. car. penul.in prin.Tul.in 1.offic.car.22.ante.Virgi.in 1.§ Sed qua te ducit uia dirige greſſum. § Sen.lib.2.declamat.in præfat.li.3. in præfat. etiam.lib.de tranquil.uitæ.1.cap.hominum.Eraſm. car. 100. § Stultitia eſt uenatum inuitas ducere canes. § Plaut.in ſticho.cap. qui monet.in fi.a terg. § Sed quaſi ludentes enutrias pueros, non quaſi cum ſeruitute.Indulgere genio. § Eraſm.prouerb. 182. § Idque unum quiſq; ad quod natura ducit aggrediatur,ocium a cæteris agens, &c. & in uer. Variet.naturæ.infra.

DE NOBILITATE.

Nobilitas quam in bonis eſſe dicit Plutar. § lib.de libe.educ.car. 5.a terg. ut in uer. bona.ſupra.hic. § Secundum Stoicos,dicta eſt in eum qui ſplendet uirtute propria,&c.ſecundum Ariſtot.autem,qui diuitijs ac uirtute per antenatos floret. § Plato libr.3. de legi.car.pen. a terg.in princ.lib.4.car.pen.a terg. in princ.§ Neque oportet in ciuitate excellentes cuiq; conferre honores,quia diuitijs præſtet,aut quia uelox,formoſus,aut robuſtus ſit,ſi uirtute careat, uel & ſine temperantia. § & in Menex.car. ult. in princ. § Si quid exercetis cum uirtute

tute exercere, ſcientes abſque uirtute exercitationes & poſſeſsiones omnes turpes malasque eſſe. Diuitiæ namque afferunt ſplendorem nullum, eas cum ignominia poſsidenti, &c. neque forma corporis atque robur timido ac prauo cum inſunt decorem præſtant, &c. præterea ſciẽtia quęuis, remota iuſtitia, aliaque uirtute non ſapientia ſed caliditas eſſe uidetur. Nihil turpius quam ſeipſum honorandum non propriam ob uirtutem, ſed propter gloriam ſuperiorum præbere. gloria parentum natis præclarus eſt magnificusq; Theſaurus. Vbi uero pecuniarum honorumque, &c. § Salu. in Iug. in Marij oratione. § Mihi ex uirtute nobilitas cępit. Illi quum ad uos in ſenatu uerba faciunt pleraq; oratione maiores ſuos extollunt. Eorum fortia facta memorando clariores ſe eſſe putant, quod contra eſt. Maiorum gloria poſteris lumen eſt, &c. plura. Nobilitatem peperiſſe melius eſt quam acceptam corrupiſſe, &c. maiores eorum omnia quæ licebat illis relinquere diuitias, imagines, memoriam. Sed præclaram uirtutem relinquere neque poterant, ea ſola neque datur dono neque accipitur. § Sen. epiſt. 76. inimici. in med. § Si quis nihil illorum quæ retuli habeat, deſinat pecunia clientum turba nobilitate, & auorum ac proauorum ſerie, ſed ex profeſſo bonus ſit, probabis illum, &c. plura. § libr. 4. de benefi. cap. Aliquando. in fin. § Hic egregijs maioribus ortus eſt qualiſcunque ſub umbra ſuorum lateat; ut loca ſordida ſolis repercuſſu illuſtrantur, ita merces maiorum ſuorum luce reſplendeat. § Plin. in paneg. ſuo car. 365. 377. § Nobilitatem ex uictorijs conſecutis & bellica opera & facinora ortam dicit Agrippa cap. 80. de Nobilit. robuſta improbitas & ſcelere quæſita dignitas. § Plutar. in Coriol. uita. car. 3. in fin. § Antio erat oppido uir ob diuitias ac fortitudinem & generis ſplendorem Tullus Amphidius, huic ſe recepit Martius, &c. § in Theſei uita. car. penulti. ante, in med. § Vnde Lucullus dictus nobilis, diſertus, diues. § Plin. lib. de uir. illu. & cap. Qui omnia, &c. §

Diuerſatus eſt apud Munios celeres inclitos nobilitate ac diuitijs, &c. de Pacuuio Calanio ad Capuam in Annibalem, Liuius. § libr. 23. car. 2. a terg. in med. Ponta. lib. 1. de prud. cap. Cenſet Ariſtot. in med. Iuuen. Sat. 8. in prin. § Stemmata quid faciunt pictosque oſtendere uultus, Fumoſos equitum cum dictatore magiſtros. Exornent undiq; ceræ atria, &c. Nec nobilitas huic deerit nec genus, aut maiorum commendatio, domeſticave ad uirtutem exempla, præclara facies magnæ diuitiæ, uis corporis, & alia omnia breui dilabuntur. At ingenij egregia facinora omnia immortalia ſunt. Corporis & fortunæ bonorum, ut initium ſic finis eſt. § Salu. in Iug. in prin. § Ex claris parentibus generis claritatem, & pridem magnis in urbe ex Trophæis conſecutis, &

præmijs

præmijs laudabilibus,uel ex eminenti doctrina,uel animi magnitudine, &c.Animus altus nobilem facit, non atrium plenum fumosis imaginibus,sed ex quacunque conditione licet supra fortunā surgere. § Sen. epist.44.in med.Iterum.lib.4.de benefi.cap.aliquando.in fin.car.109. a terg.Orat.Oda.11.libr. 4. § Fortuna non mutat genus, semper & te digna sequare. § Oda 4.Epod.lupis,&c.Iuuen.Sat. 8. § Miserū est alienæ incumbere famæ.Nobilissimum principum,& cæ. §num. cap.1.b.Leuit. cap. 19. Sen.d.libr. 4.de benefic.cap.ipso aliquando. § Nobilem regem.Liuius. § lib.42.car.430.d.lib.45.car.antep.li.35. car.3.a terg.Home.lib.4.Odiss.car.1.in fin.2.ante. § Corribulonem cepit nobilem regem. §Eutrop.lib.10.cap.84. § Pulchra est nobilitas quæ & claritas dicitur,unde clariss. Quæ est laus a bonis bono reddita. § Sen.epist.102.in prin.Quæ modo,&c.§ Claritate nihil sublimius in rebus humanis,dic.Plin. § lib.22.cap.5.§ Clarissimi consules. § Plin.epist.ult.lib.7.lib.2.epi.14.lib.8.epist.9.& in uer.Gloria.§ Generis claritate.Pulcra est nobilitas,sed maiorum nostrorum existit bonum,prætiosæ diuitiæ.Sed est fortunæ possessio quæ habentibus & minime sperantibus det & aufferat,&c.plura. § Plutar.libr.de educan.libe.car.3.a terg.Bude.in pand.1.car.19. a terg. § Democratici dignitatem in libertate constituunt,Oligarthici in censu uel facultatibus & in nobilitate generis , Aristocratici in uirtute tantum constituunt . Vxores ducant nobilium . est in legibus Dei,de quibus Iosep. § lib.4.antiquit.cap.ult.car.2.in fin. §

Eligite uobis uiros sapientes & nobiles ad iudicandum . § Deut. cap.1.c.de quo Geu.late.lib.1.car.369.ante,plura. car. 77.a D. Ignigo.Agrip.cap. 55.de politica. § Nobilem uirum non tantum nasci sed & uirtute fieri,dicebat Vrbanus Pontif.suam obiurganti ignobilitatem. § Tul.in Salust.Salu.ipse in Mario lib.Iug.metham.lib.3.§

Non sanguinis ordo sed uirtutis honor, ut quantum generi demas uirtutibus addas. § Orat.in 1.epist.in fin.Vertumnum.Sat.6.libr. 1. Non quia,&c. §

Multos sæpe uiros nullis maioribus ortos,&c.non ego me claro natum patre,&c. § Tul.lib.4.de fini.in med.car.114.a ter.in med. car. 9.eius.In oratio.pro Marcello.car. 5.a terg. § Sanctitas morum non distat ab ordinibus,&c.de senatoribus,oratoribus,& poetis clarissimis. Plin. § epist.3.lib.5.Orat.etiam lib.1.Sat. 6. in princ. § Sæpe dat indignis,&c.Nobilitas sola est atque unica uirtus. § Iuuen.Sat. 7. in princ.Stemmata,&c. §

Neque remisse,neque crudeliter imperet dominus, parcat quandoque minus bonis, ut potius timeant seueritatem quam crudelitatem detestentur. { Tul.in ult.parad.Colu.lib.1.cap.8.in med. } Nihil seruorum generi credendum,quot enim serui tot hostes. { Plato ubi supra.d.car.penul.ante.in fi.lib.6.car.2. ante in med. Senec. episto.47.in princ.libent.Curt.lib.7.car.5.fi.a terg.Macrob.lib.1.cap.11. Eras.pro uer.1231. } Serui & domini nunquam amici. Inter seruum & dominum nulla est amicitia,etiam in pace. Deinde seruorum detestatus multitudinem qui heris fidi esse nunquam consueuissent. { Apia. libr. 1. car.4.in prin.Ponta.lib.3.de obedien.cap.quanquam.cap.Romani,Cyrus de quo Xenoph.lib.8.car.134. a terg. } Quandoque optimi amici,seruos quam beneuolentiss.dic Plato,ubi supra,atque optimos habēdos esse,multi enim iam serui quibusdam meliores ad uirtutem omnem quam fratres & filij domos,rem dominorum omnem,& dominos ipsos seruarunt. { Macrob.ubi supra.cap.11.car.1.plura.Senec. d. episto. 47.in prin.libenter. } Sic cum inferiore uiuas, ut tecum superiorem uelis uiuere.Seruus est,sed fortasse liber animo,quisquis non est seruus, alius libidini seruit, alius auaritiæ, alius ambitioni. nulla seruitus turpior quam uoluntaria,& in uer.Secundæ. in fin.Colant te serui potiusquam timeant,&c.Seruum fidelem habe, ut fratrem seruus sentatus sit tibi dilectus quasi anima tua. { Eccle.cap.33.in fi. } Heu quam miserum est discere seruire, ubi sis doctus dominari. Honeste seruit, qui

succumbit tempori, minus est quam seruus, qui Dominus seruos timet. § Sen.in suis prouer. § Qui seruis crudelis est, ostendit in alijs uoluntatem non deesse, sed potestatem. Seruis imperare moderate, laus est, ubi supra. Seruos fideles liberalitas facit. Plautus in aulul. de quo Agrippa. § cap.67.in fi.de æconom.priuata, ubi plura. seruitiorum prætia examinat Budæus. § lib.2.car.180.ex Plin.lib.7.cap.39. §

DE REB. SECVNDIS.

Secundæ res negligentiam creant, inuidiam & æmulationem. § Liui.lib.21.in fin.car.fin.in prin.lib.6.car.1.in fin.Plato in Menex.car.2. ante in med. § Soluta omnia, ut fit, rebus secundis inuenit, nullam stationem, &c. contigit ei quod solet ab hominibus in eos quibus prospere succedunt res, primum æmulatio, deinde inuidia, & cæ. Valent etiam commutare naturam, & raro quisquam erga bona sua satis cautus est. § Curt.lib.9.in princ.lib.10.car.3.Orat.car.ult.operis.ante. § Ingenium res aduersæ nudare solent, celare secundæ. Neminem fortuna cōminuit aduersa, nisi quem secunda decepit. § Sen.li.de consolat. cap. bona conditione.epist.91.in med.liberalis, &c. §

Prudentis est enim proprium examinare consilia, & non cito facili credulitate ad falsa prolabi. § ubi supra.li.de form.hon.uit.in prin. § Calamitas uirtutis occasio est. Semper esse fælicem, & sine morsu animi transire uitam, est ignorasse rerum naturæ alteram partem. Magnus es uir, &c. § ubi supra.libr. de beata uita. capi.de prosperit. § Quæ res plus nimio delectauere secundæ, mutatæ quatient. § Orat.episto. urbis amatorem, &c.car.204.Polyb.lib.2.car.3.in fin. §

Quos per imprudentiam aut peruersitatem authores cognoscimus extitisse reprehendimus, culpamus, & odio habemus. Si uero sæuitia fortunæ, misericordia prosequimur, & cæ. Secundæ res maiorem ingerunt cupiditatem. § Diodo.in Nino rege.lib.3.car.14.a tergo. § Raro permanent usque ad exitum successus. Omnium rerum uicissitudo. § Eras.prou.6.62.& car.112.in princ.cum seq.Pompo.Læt.in Domit. Imper.in fin.Machia.lib.5.histor.in prin. § Ipsa dies quandoque parens quandoque nouerca. Ne glorieris in crastinum. § prou.capi.27. a.Eras.prou.car.91.Sen.epist.75.in med.epistola, &c. § Nescis quid seruus uesper uehat, ut sunt humana, nihil est perpetuum datum, nec unquam immodica durarunt, nisi illa moderatrix ratio compescuit, & cæ. § Plaut.in cistell.cap.utcunque.in fin.Plutar.in sua consolat.car. 2.ante. § Nulla sit tantum fælicitas, quæ te adeo extollat, ut tibi plusquā oporteat placeas, nec si quid aduersi acciderit mœstus deprimaris, sed idem perpetuo maneas, &c. & inferius ibidem. fortuna ingentibus inuidet fælicitatibus. § & in Marij uita.car.4.a terg.in med. § Fortuna

quidam

quædam uel inuidia uel natura rerum humanarum nullam magnam fæ licitatem molestiæ expertem euenire sinit, quæ uaria ac instabilis uitam humanam nunc secundis nunc aduersis permiscet. Sic quia perpetuus nulli datur usus, sed uelut unda superuenit undam. § Orat. in 2. epis. car. ult. ante. Iuuen. Sat. 10. in med. vt rebus lætis, &c. § Ita dijs placitum est ut mæror uoluptatis sit comes. § Plaut. in Amphit. cap. satin. parua. & cæ. Tul. in 1. offic. car. 18. ante. Plato in Phædo. car. 2. ante in med. Aemil. in Phil. 4. rege. 45. car. 341. a ter. § Sola ira numinis procul diuq; abesse, at in secundis rebus nō potest, & car. seq. 349. in fi. sed effusam sæpe lętitiam tristes & aduersæ res excipiunt. Malum è contra, nullum est sine aliquo bono. § Plin. lib. 27. cap. 3. in prin. Vnde Ponta. in 1. de fort. car. 278. de seipso. § Di faciles, miscere iuuet, nunc tristia lætis, oscula cum lacrimis, cum lacrimisque iocos. In rebus prosperis, & ad uoluntatem nostram fluentibus, superbiam magnopere, fastidium, & arrogantiam fugiamus. nam aduersas res sic secundas immoderate ferre leuitatis est, præclaraque est æquabilitas in omni uita, & idē semper uultus, ut de Socrate, &c. § Sen. epist. 75. in princip. epistola, & cæ. § Quisquis se multum fortuitis dedit, ingentem sibi materiam perturbationis, & inexplicabilem fecit. Vna est uia ad tuta uadendi, extrema despicere & honesto contentum esse, & cæ. Summum bonum in animo contineamus. § epist. 107. ubi illa, &c. § Hanc rerum conditionem mutare nō possumus, sed magnum sumere animum possumus. § Dion. lib. 38. car. 35. a terg. § Habet in aduersis auxilia qui in secundis commodat. § Sen. in suis prouer. § Neque mel, neque apes, cū Deo quisque gaudet & flet. § Erasm. prou. car. 244. car. 99. Plato in Phędo car. 2. ubi supra car. 200. ante. § Quam dicunt uoluptatem miro se habet modo ad dolorem. Siquis prosequitur alterum & capit semper quoque alterum accipere cogitur, quasi ex eodem uertice connexa. § Home. in 4. Odiss. car. 5. in prin. § Certe Deus aliud post aliud bonumque malumque dat. Duo enim dolia iacent, qualia dat malorum Iupiter, alter bonorum. § libr. ulti. Ilia. in med. car. 5. fin. Geu. in Mar. Ant. Imper. cap. 25. c. 94. § Et per Annibalem, ut in uer. Prudent. Nō est semper æstas. § Eras. prou. 3286. 764. & seq. beatit. § Nulla est sincera uoluptas. § metham. lib. 7. car. 88. §

Miscere tristia lætis. § Pon. in 1. de fortu. cap. fortunatorum, &c. §

Natura bonis ut plurimum hominibus quæ largitur & mala miscet. § Diodo. in 4. car. 26. a tergo. 27. in princi. Liui. in Annib. ad Scipionem in congressu. § Si in secundis quoque rebus bonam mentem donarent Dij, non modo quæ euenissent, sed quæ euenire possent reputaremus. Temerarium est secundis contentum non esse. § Plin. epist.

9.li. 4. § Contraria sunt inter se bona fortuna,& bona mens,melius in malis sapimus.Secunda rectum auferunt. § Sen. episto.94.in fin. hanc partem, &c. § Plus hominibus aduersa quam prospera prodest fortuna. Veniet ad illum diu fælicem sua portio, non dimissus sed dilatus est,&c.plura. § Sen.lib.de prouid.cap.prospera in med.car.137. in princ.Boet.in 2.de consolat.in fin.cap.25. plura. § Nil infælicius eo(dicebat Demetrius)cui nihil unquam aliquid euenit aduersi. fugite delicias,fugite eneruatam fælicitatem, bona segnius sentiunt homines quam mala. § Liui.lib.30.car.4.ante.in med.& in oratio.præd.Annibalis ad Scip.in princ.de recessu ipsius Annibalis ex Italia. Iam secundæ,iam aduersæ res ita erudierunt , ut rationem sequi quam fortunam malim,&c. § & car.ult.lib. ubi supra. ante in fin. § Secundis rebus modeste ac moderate utendum,fragilitatis humanæ nimis in prosperis rebus obliuio est. § Plutar.in Africani uita.car.penult. ante in med. § Breues & mutabiles uices rerum sunt, & nunquam fortuna simpliciter indulget. Darius in oratio. ad suos milites,de qua Curt. § libr.4.in med. car. 40. a tergo. § Facilius est nobis aduersam quam secundum regere fortunam,ut supra. § Curt.lib.10.car.4 in fin.Xenop. libr.8. car. 144. ante. § Has habet uires conditio mortalium , ut aduersa ex secundis,ex aduersis secunda noscantur. §Plin.in suo paneg.car.322. In die bonorum ne immemor sis malorum. § Eccl.cap.11.c.cap.18. ubi supra. § Memento paupertatis in tempore abundantiæ. Secundæ res fælices,aduersæ magnos probant. § in paneg.præd.car.341. § Bono oppositum esse aliquid semper est necesse. § Plato in Theæt. car.7.ante in fin.60. §

Carneades aduersorum casuum prosperis maxime in rebus admonere solebat. § Plutar.lib.de tranqui.animi.car.269. § Xenophon iubebat secundis maxime in rebus homines Deorum meminisse, eosque tunc enixius uenerari, ut maiore fiducia quum res tulisset poscerent, &c.ubi supra. § car.1.in fin.uel 258.in fin. Aemil.in Phil.4.rege.45. car.349. § Effusam lætitiam tristes & aduersæ res excipiunt. Diuersissimos rerum effectus & euentus, mutuoque sibi aduersantes miscere didicit,secundos cum aduersis compēsando.nam ut seorsum bona, mala ponantur humanæ uitæ commoditas non admittit,sed temperamentum conflari. Secundis igitur rebus modeste ac moderate utēdum est. § Plutar.in sua consolat. car. 232. Tul.in 1. offic.car.18.ante.in fin. §

In secundis rebus maxime utendum est consilio amicorum. Mobilis & inquieta mens data est homini,nunquam se tenet, spargitur,& cogitationes suas in nota & ignota demittit, uaga & quietis impatiens, & nouarum rerum lætissima. § Sen.libr. de consolat. cap.remoto,&c. car.148.a ter. §

Nescia mens hominum fati,&c. & seruare modum rebus sublata secundis. § Virgi.in 10.§ Neque secundarum rerum prouentu insolenter, neque aduersis propere debilitari oportet. § Vale. cap. infa. rei.car.1.in fin.Gel.lib.7. capit.3.plura car.2.eius a terg.in oratio.Caton.inRhodienses. § Aduersæ res se domant & docent quid opus sit facto. Secundæ lætitia transuersum trudere solent, a recte consulendo ac intelligẽdo,&c.Annibal in præd.oratio.ad Scip.de qua Liuius,& de Attilio Regulo,ubi supra. Quo altius elatus est,eo fædius corruit.Tanta adeo quum res trepidæ reuerentia diuum nascitur,& raræ fumant altaribus aræ.Sil. Ital. Quid turpius quam quem aduersa nequit fortuna frangere, cum frangat secunda, & qui morti honestę non cedat,iræ & libidini cedat. § Ponta.lib.1.de obed.cap.præcipit,&c.in fi.eius.car. 7.ante in fin.§ Homo nescit si sine dolore fortunam inuenit. Sen.in suis prou.& supra in uer.Seruitus. in fin.

## DE SEVERITATE.

Seueritas est fundamentum iustitiæ,& mater obedientię,quia sine ipsa administrari ciuitas non potest ideo adhibenda est. § Tul.in 1.offic.car. 17.in fin.c.27.ante.Geu.lib.2.car.288.Plutar.in Mario.car.3. uel 162.Tacit.lib.13.car.4.in fin. § Quia duritiam militiæ multi abnuebant,deserebantque,remedium seueritate quæsitum est,& qui signa reliquerat,statim capite pænas luebat.id usu salubre & misericordia melius apparuit. § Lamprid.in Alex.Seu.Imper.car.6.fin.a ter.§ Disciplina maiorum rempu. tenet, quæ si dilabatur & nomen Romanum & imperium amittemus. Quirites discedite & arma deponite.Tribuni proinde supplicio affecti.& in cap.exercitus,&c.car.ulti.seueritas assidua amittit authoritatem. § Sen.in suis prou.Plutar.lib. de uitiosa uerec.car.ult.eius. § Qui pænas remittunt improbis,quo humani facilesque uocentur,non periculo uacant ipsi, &c.bonorum salutem custodit,qui malos punit,&c. § Lactan.lib.8.cap.17. 18.§ Illorum uitam perdit,quorum audaciam nutrit,ad facinora maiora,&c. §ubi supra.cap.23.in fin. § Nullus seruit nisi coactus. omne igitur imperiũ metu constat. § Geu.libr. 1. car.188.Al Conte di Bondia.§ Quis ignorat maximam illecebram esse peccandi impunitatis spem. Acerbitas ulciscendi,maleficij bene uiuendi est disciplina. bonis nocet qui malis parcit. §Salu.in Iug.car.50.a terg.Gel.li.ult.cap.1.in fin.car. ult. a terg.Sen.in suis prouer.§ Qui non castigat irritat. Vnde cædes cædibus puniẽdæ, quia tunc in ciuitatibus nullæ committerentur. §Plato lib.8.de legi.car.4.ante.in fin.Ouid.lib.8.metham.Machia.lib. 3.discurs.cap.27.§ Mors morte pianda est.Seruus qui filios interfecerit, & uxorem non castigans grauiter,inhumanus est habendus. § Dion.

libr.41.in med.car.101.102. a tergo. ‖ Stultos prudentibus maiori emolumento esse quam prudentes stultis, dicebat Cato Censor, de quo Plutar.in eius uita. ‖ car.2.a terg.in med. ‖ Se gratia, quã ex bene factis expectaret priuari malle, quam pęnam non dare, quæ ex maleficio sibi deberetur. Sanguine flere. Manliana imperia. ‖ Liui. de quo & Eras. ‖prou.987.prou.1365.1928.magis,&c.Cæsar de quo Dion. lib.41.car.101.in oratio.ad milites.de Alex.Seue.Imper.Spartia. car. 7. in fin. 118.a tergo. ‖ Sine ullius indulgentiæ proposito. Crassus Cons.de quo Apia. ‖ lib.1.car.pen.ante. ‖ Tanta subito, ob supplicium, quia exercitum decimauerat, ad uictoriã inclinatio facta est, &c.

Papirius Cursor ad senatum de magistro equitum. Salutaris seueritas uincit inanem spetiẽ clementiæ. ‖ Tul.ad Brutum.car.518.Quæ litteræ.in fin.& etiam ad Brutum, eius.2.in fin. car. 552.Messallam habes,&c.car.536.ad Brutum.2.scripta,&c.Machia.lib.de principe.cap. 17. ‖ Rempublicam duabus rebus teneri dicebat Solon, ex sapientibus septem, præmio & pęna, &c. hominem autem cruciatibus afficere causa religionis impium esse dicit Lactan. ‖ libr.5. cap. 5.in med. ‖ Seueritas cohibenda ne ad sæuitiam dilabatur. ‖ libr.6.capitu. 14.‖ Stabilimentum habetur imperij in cuius sinu ac tutela tranquillus pacis status acquiescit. ‖ Vale.cap.de discipl.milit.in prin. ‖ Bonæ iustitiæ proximus modus est seueritas. ‖ Sen.in suis prou.‖ Consuetudo enim peccandi, multitudinem facit peccantium. Omnes perire decernite, ne a uiuentibus pænas patiamini. admonet Moses moriens populum suum, not.Iosep. ‖ lib.4.antiquit.cap.6.in fin. ‖

## DE SENECTVTE.

Senectus est naturalis ægritudo & caloris imminutio, ipsa per se morbus est. ‖ Ponta.lib.9.rerum celest.car.233.Plutar.libr. de placit.ult.car.337.ante.Terent.de quo Erasm.prouer.1537. Carda. libr. 2.de subtilit.car.72.Geu.ubi infra.libr.2.car. 449. ‖ Miserior est in inopia. Vnde prouer.de quo Erasm.Senescit bos. ‖nu.2265.2321.‖ non uero senectus, sed mores hominum. ‖ Plato in 1.de legi. car.2. in princip.‖ Quid turpius quam exacta uia quærere uiaticum. ‖& supra in uer. Auarit. Tul. libr. de senect. ‖ Plures adorant orientem solem, quam occidentem. ‖ Plutar.in polit.car.9.ante. in Pompeij uita per Syllam.car.211.a terg.in Marcello.car.2.ante.in fin.Eras. prou. 2215.2258. ‖ Saturni podex. uenerabilis non diuturna in homine. Consurge & honora personam senis. ‖ Sapientia.capit. 4. b. leuiter. cap.19.g. ‖ In urbibus sacra est antiquitas & senectus. ‖ Plin. epi. 24.lib.8. ‖ Non spernenda, quia ex nobis senescunt. ‖ Eccl.cap.8. a.b.‖ Tribuere & multum senectuti debemus. ‖ Tul.in 2.offic.car. antepen.

antepen.a terg ❡ Seniorem colat quisque & re & uerbo quasi patrē. Eos oportet imperare, iuniores subesse. ❡ Plato lib. 3. de rep. car. ult. ante. lib. 4. in prin. car. 1. in fin. ❡ Tacere debent coram senibus iuniores, locumque illis cedere & assurgere. ❡ lib. 9. de legi. car. pen. in fin. lib. 11. car. penul. a terg. Geu. lib. 2. car. 444. Ponta. libr. 5. de obed. car. 43. in princ. Gel. libr. 2. cap. 15. Valer. capi. de institu. antiqu. car. 31. a D. Alfonso. ❡

Quocirca cum omnibus seculis & apud omnes nationes honorata fuerit & sit senectus, quæ ipsa per se laudabilis atque suspicienda est, cuius etiam prudentia rudis ætas custodienda sit, merito colendi sunt senes ut quisque maxime clarus est. Senes parentes a probis honorari & sibi a Deo bene esse, ita & è contra. ❡ Plato in 4. de rep. in princ. car. 1. in fin. lib. 11. ubi supra. ❡ Probis quidem uiris parentes pro magno quæstu habentur, si ad senium usque peruenerint, &c. ❡ Tul. libr. de senect. car. 6. in princ. ❡ Adolescentibus bona indole præditis sapientes senes delectantur. Lenior fit senectus eorum qui a Iuuentute coluntur & diliguntur. Si adolescentes gaudent senum præceptis, quibus ad uirtutem studia ducuntur, &c. facta Iuuenum, consilia mediocrium, uota senum. ❡ Erasm. prouer. 2402. ❡ Mens, ratio, & consilium est in senibus, &c. ❡ Tul. ubi supra. car. 5. fin. in fi. lib. 1. offic. car. 24. a ter. ❡ Qui si nulli fuissent, nullæ omnino ciuitates fuissent. Est igitur adolescentis maiores natu uereri. Ex hisque eligere optimos & probatissimos, quorum consilio atque authoritate uiuatur, ętas, experientia, ratio doceat, senioribusque credant & legibus. ❡ Plato lib. 10. de legi. in arg. in med. car. 1. in fin. Home. in 4. Ilia. car. 6. ante. in fin. ❡ Interero & iubebo consilio & uerbis. hic enim honor est senum. hastas iaculantur iuniores. ❡ Palad. lib. 1. cap. 6. in prin. ❡ in rebus & agrestibus maxime officia iuuenum congruunt, Imperia seniorum, contra uero. ❡ ut ex Eras. prouer. 160. in fi. ❡ Senis doctor. ❡ Geu. lib. 2. in fi. car. 445. a D. Alfonso. 450. ubi plura priuilegia senectutis. ❡ Mores hominum si modesti & faciles sint haud nimis senectus his laboriosa contingit. ❡ Plato lib. 1. de rep. car. 2. ante. in princ. ❡ Non cani, non rugæ repente authoritatem afferre possunt, sed honeste acta superior ætas fructus authoritatis capit extremos. ❡ Tul. lib. de senect. car. 6. fin. in fin. ❡ fælix si transacta non illatis cuiquam iniurijs. ❡ Plato libr. 1. ubi supra. in med. ❡ nullius iniuriæ sibi conscius, huic iucunda spes semper adest optima senectutis nutrix. ❡ Eccle. cap. 14. in princip. ❡ beatus uir qui non est lapsus uerbo ex ore suo, & non est stimulatus in tristitia delicti. fælix qui non habuit animi sui tristitiam, &c. Liber factus sum ab appetitu, beneficio senectutis, dicebat Sophocles, de quo

Plato §lib.de repub.ut supra.car.2.in princ.Tul.lib.de senect.car.2.a terg.§ Libentissime hæc tanquam furiosum agrestemque dominũ aufugi. Omnium istiusmodi querelarum in moribus est culpa non in ætate. Importunitas & inhumanitas omni ætati molesta est, nam conscientia bene actæ uitæ, multorumque benefactorum, recordatio iucũdissima est. § & infra.car.82.ante.§ quod si uoluptatem aspernari ratione & sapientia non possumus, magnam habendam senectuti gratiam, quæ effecerit ut non liberet quod non oporteret. § Senec.epi. 12.in med.Quacunque,&c.§ Iucundissima est ætas deuexa, non tantum præceps,& illam quoque habere suas uoluptates, nullis ægere quã dulce est, cupiditates fatigasse ac reliquisse. § episto. 26. modo dicebam,& cæ.§ Non sentio in animo ætatis iniuriam, quum sentiam in corpore tantum uitia,& uitiorum ministeria senuerunt. Viget animus. Quemadmodum senectus adolescentiam sequitur, ita mors senectutẽ. Viuere noluit qui mori non uult.uita cũ expectatione mortis data est. Stultum est tam mortem timere, quam senectutem,&c.plura. § Sen. episto.30.in med.Bassum Auffidium.Plut.lib.de cupidit. diuit.car.2.a terg. de Sophocle ipso.§ liber factus sum ab inclementibus istis dominis beneficio senectutis,&c.Luxuria cum omni ætati, tum senectuti fœdissima est. § Tul.in 1.offic.in med.car.24.in fi.§ Amare iuueni fructus est, crimen seni. Anus cum ludit morti delitias facit. § Sen. in suis prouer.& in uer.Luxuria. supra.§ Vnde prouer. Anus bacchatur. § Eras.nume.808.§ Homo bulla, eo magis senex. § Var.in princ.operis rei rust.de quo Erasm.prouer.car. 167.§ Alterum pedem. § car.144.146.§ Senem acheruntium, Saturniæ lemmæ.

Senum corona filij filiorum. § prouer.cap.17.b.§ Viro seni maxillæ baculus, uiri senis a staphis. § prou.1515.1717.car.117.a ter.§ Bis pueri senes, ut & ebrij. § Plato lib.de regno.car.3.ante. in fi.lib. 1.de legib.car.ult.ante.in med.Senec. episto.22. ante in fi. Iam intelligis,&c.Eras.prouer.437.§ me delectat quod exprobratur senibus infantia.Senex mature fias, si diu uelis esse senex. §Plato d.lib.1.de rep. in princ.Tul.lib.ipso de senect.in med.car.7.ante.Contra not.Plin.lib. 7.cap.51.§ Senilem iuuentam prematuræ mortis indicium. §Tul. ubi supra. car. 87. 85. ubi de agricult. Iuuen. Sat. 10.in med.car.47.§ grauis uxori natisque sibique cum uoce trementia labra. & car.sequen. rogus aspiciendus amatæ coniugis fratris, &c. Vt de Priamo, de Cræso, de Pompeio magno. § ubi supra.§

Loquacior esse solet. Multa senem circunueniunt incommoda, dilator, spe longus, querulus,&c. § Orat.in poet.car.3.in fi.§ multa senem circunueniunt mala,&c.dememor, multa enim excidunt è memoria

ria ob senium. § Ponta.lib.2.de prud.in fin. Plato in Laches.car.3.in princip. § Ocio dedatur senex, cum iuuenis rei quærendæ operã dederit. § Plaut.in mercat.cap.tandem impetraui,&c. §

## DE SILENTIO.

Loquacit.supra.

Silentium,cui simulacrum est constitutum Angenoræ Deæ, ore obligato obsignatoque,not.Plin. § lib.3.cap.5.de Italia.car.2. ante, in fi.Macrob.lib.3.car.331.cap.9.lib.1.cap.10.car.214.Gel.libr.1. cap. 9.tacere & audire difficillimum.§ Taciturnitatem optimum ac tutissimum administrandarum rerum uinculum,labefactari nolebant. Vale. § cap.de institu.anti.car.2.in fi.Plut.lib.de libe.educa.car.5.in fin.Sempron.lib.de diuisi.Ital.car.211.ante.Alcia.fab.11.Senec.lib. de morib. car.71.ante. §

Sapientiæ tempestiuum est silentium, & omni sermone præstantius. Digito super os imposito uel admoto,& de Arpocrate Plut. § lib.de fort.Alex.lib.1.car.ult.Polit.in 83.miscell. § admoto ori eius annulo,quasi obstricta amici fide silenda obsignauit. § li.Iudicũ. cap.18. e. § tace,& pone digitum super os tuum,& ueni nobiscum. Nemině tacuisse piguit,dixisse complures. §Plut.ubi supra.d.car.4.Valer.cap. sapi.dicta. § Sapiens tacebit usque ad tempus & non ultra.non abscõdas sapientiam tuam in decore suo,nec retineas uerbum in tempore salutis.in lingua enim sapientia dignoscitur,& sensus & scientia. § Eccle.cap.4.c.cap.20.a.Macrob.lib7.Saturn.cap.1.in med. Orat. libr.4. oda.8.donarem,&c. Si cartæ sileant. § philosophus non minus tacendo pro tempore quam loquendo philosophatur. Orator nisi orando probatur. § Ponta.lib.1.de sermo.cap.de taciturn.car.194. a terg.& car.sequen Eras.prou.2403. § Silentij tutum præmium.Quandoque turpe est silere. § prouer.1604.prouer.801. § Amiclas perdidit silentium.Quinquennale silentium(uel ut alij)biennij per Pithagoram in discipulos. § Gel.lib.1.cap.9.ubi supra.Senec.epist.52.Quid est,&c.§ Sermoni parci multis de causis salutare est. Triennio Mæcenatem Melissium accepimus silentium sibi imperasse. § Plin. libr. 28. cap.6.in med. § non reticendum quandoque,nequis,&c.in uer.Verecund.de taciturnitate,& per Messiam § lib.1.car.4.5.§ Silentium in cubiculo,eloquentia in foro,sermo in conuiuijs. § Gel.libr.13.cap.11.Alcia.fab.197.§ Digito compesce labellum. § Iuuen.Sat.1. in fin. § Quod tacitum esse uis nemini dixeris, quia non poteris ab alio silentiũ exigere,si tibi ipse non præstas. § Sen. in suis prouer. §

Silere contigit oraturo uagata memoria uel timore perculsis. Ciceroni aliquando,& pro Milone,sic & Theophr.& Demostheni,not.Gel.li.8.cap.8.

DE

## DE SIMVLATIONE.

Simulatio nunquam diuturna. § Tul.in 2.offic. in med. car. 40.a terg. § Tollenda est in omni uita, ratio hoc postulat,ne quid insidiose, nequid simulate,aut fallaciter. Quo circa astutiæ tollendæ sunt & malitia,&c.quia hoc secundum naturam est, ut nemo ex alterius inscitia prædetur. § lib.3.offic.car.61.62.63. § Versatur simulatio, ut not.Ponta. § lib.2.sermo.cap.triplex est, & car. seq. § Simulatum quamuis nihil patitur,uirtus aut fictum,quandoque tamen habetur necessaria in actionibus. § Ponta.lib.4.de prud.car.5.cap. idem quoq; tempus. § Fortuna urgente transit in uim prudentiæ. Hæredis fletus sub persona risus est. § Sen.in suis prouer.Macrob.libr. 2.cap.7. car.308.Erasm.prouer. 810. § Flere ad nouercæ tumulum. Quod scis nescis,idest nescire demonstras. § Erasm.prouer.2499. 2523. § Paries dealbatus.Lepus dormiens. audiens non audit. § prou.957. 2835.1067. § Te tollat qui non nouit. § Orat.in 1.Epino.Quam uis.in fin.eius.car.715.Eras.prou.tollat te.car.101.Plutar.in Agesil.uita in fin.eius.car.ult.ante. §

Dissimulatores non secus ac insidiatores aspernabantur,regiæ dignitati non astutiam sed bonitatis excellentiam conuenire putabat.

Beneuolus trucidator. §Eras.prou.2107.c.247.a ter.Machia.in 1. histor.car.16.ante.supra in uer.Benefic. § Facilitas demonstratur,ut not.Budæ. § lib.de asse.car.56.Iuuen.Sat.3.car.12.a terg. § Alienum sumere uultum. Qui nescit tacere nescit loqui. § Sen.lib. sentent.car.71.in fin. § Auribus frequentius utere quam lingua. §ubi supra.in med. § Qui curios simulant,& bacchanalia uiuunt. §Iuue.Sat.2.in prin. §

Qui simulare nescit regnare non nouit.dicebat Carolus. 8. Franco. rex. § de quo Aemil.car.502.a tergo.car.5.pen.operis.a terg.Psalt. cap.27.a. § Qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum,&c.Ambitio multos mortales falsos fieri subegit. Aliud clausum in pectore,aliud in lingua promptum habere. § Salu.in Catili.car.6.in princ. § Habet suum uenenum blanda oratio. Hæredis fletus,ubi supra. § Sen.in suis prouer.&c. § Pars maior lachrymas ridet & intus habet.Martial. § lib.10. de Erote. § Simulator erat Tiber.Imper.de quo Dion. §lib.58.in princ.& Sueto.in eo. Domitianus etiam,de quo Sueto.idem.§

## DE SIMILITVDINE.

Similitudo studiorum & naturæ, plurimum confert ad coniungendas amicitias,& conuiuendi consuetudo. § Eccl.cap.14.c.§ Omne animal diligit sibi simile.sic & omnis homo proximum sibi.omnis caro ad

ad simile sibi coniungetur,& omnis homo simili sui sociabitur. § Plato in Lysia.car.3.ante in prin.& a terg. § Simile simili minime uesci. Sed figuli figulo inuident,& similia inter se inuidia,æmulatione, contẽtione abundare. Amans amanti amicus est. § Eras.prouerb.120.car. 27.ante. § Aequalis æqualem delectat. Simile gaudet simili.

Sem per gracchulus gracchulo,formica formicæ,&c. § Cascus cascam ducit. Similes habent labra lactucas. § car.132. § Firmissima inter pares amicitia. § Curt.lib.7.car.5. fin. per legatos Scytharum ad Alex. Mag. § Scitis omnes quantam uim habeat ad coniungendas amicitias morum ac naturæ similitudo. § Tul. in oratio. pro Cluentio.car.8.in fin. § Omnium societatum nulla firmior, nulla præstantior,quam cum uiri boni moribus similes sunt familiaritate coniuncti. libr.1.offic.car.11.a tergo.car.12.ante. § Ea quam iucundissima est amicitia,quam similitudo morum coniugauit. § lib.de amic.in med. car.7.ante. § Cum similis sensus est amoris,si aliquem nacti sumus cuius cum moribus & natura congruamus. § Plutar.lib.de discrim.adulat.car.4.in princ. § Principium amicitiæ, est affectuum ingenijque similitudo,mores eosdem habere,eandemq; uitæ rationem, ijsdem gaudere studijs,&c. § Ponta.lib.de conuiuent.in prin.eius. § Vt fugere conuictum est uitiosum,cum non solum natura,uerum etiam amicitiæ hanc uitæ cęnarumque consuetudinem postulet, quem maiores nostri conuictum a conuiuio deduxere. § Pli.in paneg.car.353. § in alio sua quenque natura delectat. Simile simili necessario amicum esse, dicit Plato § in Lysia car.ult.a terg.in Prothag.car.5.a terg.in med. in conui.cap. præclare loqueris. in princi. § Volatilia ad sibi similia conueniunt,& ueritas ad eos qui operantur illam reuertetur. § Eccl. cap.27.b.Plato lib.4.de legi.car.pen. a terg. in med. § Simile simili; quod moderatum sit amicum esse, immoderata minime. § Plato ipse lib.4.de rep.car.2. ante.lib.6.car.4.a terg.in med.lib.8.car. antep.in med. § Amicum simile simili uirtute,& æquale æquali asserimus. Pares cum paribus,&c.in uer.Amic.supra. § Colu.lib.7.cap.pen.in fi. § Quid è contra. § Plato in Lysia.car.3.a terg.in Phedro.car.3.in princip. § Vnumquodque appetere, non simile,sed contrarium, ut aridũ & humidum(Hesiodi authoritate.)similitudo cauenda. § Plato de Ente.car.3.a ter.in princ. § Oderunt hilarem tristes,&c. § Orat.epist. ad Lollium.Si bene,&c.in fin. potores bibuli, &c. § Conciliant homines mala.malus cum malo.dignum patella operculum. § Eras.prouer.car.146.in princ.car.171.a terg.& seq.car.132.a terg. § Simillimi dicuntur. ouo prognatus eodem. § prouer.1221. Orat.Sat.1.li. 2.in princ. § Similior ficu.fur furem,lupus lupum cognouit. Nil Catilina

tilina Cethego, æternius,&c.parte gladiator. §prou.de quibus Eras. pluribi.ex Cicero.lib.4.ad Atticum.car.115.Multa, &c. Ocium.supra.

## DE SOLITVDINE.

Solitudo naturę inimica,ut etiam is pati non posit,&c.ut de Athen. Thimone,de quo Tul. § lib.de amic.car.4.fin.a terg.§ Grauis est solitudo,grauis est multitudo,&c.Liuia ad Augustum,de qua Dion.li. 55.in med.car.389. Sen.epist.25.Quod ad duos, &c. § Omnia nobis mala persuadet solitudo. fac igitur omnia tanquam te spectet aliquis.prodest sine dubio custodem sibi imposuisse. parandæ ergo amicitiæ. § Tul.ubi supra.& lib.1.de fini.in fin.Iosep.lib.18.antiquit.iud. cap.15.in fin.de Tyberio in Caium,comendationem not.Geu. § li. 1.car.208.de oraculis. § Miscenda sunt ista & alternanda, solitudo & frequentia. § Sen.lib.de tranqui.uit.car. ult.a ter.§ Mens quandoque reuocanda est ad iocos.

## DE SOMNO.

Somnus est animi inter sese recessus. §Plin.li.10.cap.ult.Plut.lib. 5.de Placit.nu. 24.car. 335.§ Somnum fieri & componi sanguinis receptu inter uenas. Asidua est mortis imitatio. § Sen.libr. de tranqui.uitæ.in fin.car.71.a terg.in med.Home.lib.2.Ilia.in princ.car.14. lib.14.in med.car.5.ante.lib.16.car.4.fin.Virgil. in 6. car.103.106. § Consanguineus læti sopor dulcis,& alta quies,&c. § Xenop.lib.8.in fin.car.159.a terg.Carda.lib.14.de subtilitat.de spe. car.106.in princi. Plato in 7.de legi.car.4. ante in med. § Somno obuiauit fratri mortis.Somnus enim multus,nec corporibus,nec animis,nec rebus gerendis natura conducit, nemo quidem cum dormit alicuius est pretij, nõ magisquam si non uiueret,quare sola sanitatis cõmoditate seruata, &c. § Metham.plura.lib.11.Sen.lib.sentent.car.71. in fin.§ Stultum est delectari somno,& quasi mortem moliri.Cum somnus sit asidua,ut supra,mortis imitatio. Vnde Ouid.etiam in eleg.Stulte quid est somnus gelidæ nisi mortis imago. Obliuisci facit commoda & incommoda. § Home.in 20.Odiss.car.2.a terg.§ Omnia domat. § libr. ultim. Ilia.in princ.lib.9.Odiss.car.6. a terg.§ De prandio non bonus, nec studium. § Plaut.in Cistel.car.170.§ Vnde oriatur, quomodo formetur, not. Ponta. § in Actio dial. car. 112. ante Sen. Epist. 94. in med.§ Cato somno deditis seruis delectabatur, mansuetiores & præstantiores futuros,quàm uigilijs affectos. § Plut. in uita Censor. ipsius car.pen.in med. § ad recreandos sensus sufficit, & breuis, longior multum obest. § Plato ubi supra. Ponta. lib. 3. de Sermo. cap. agrestis.car.eius 4. Tul. in 2. de diuinat. car.ult. a ter.§ Perfugium omnium laborum & solicitudinum.

DE

## DE SOMNIIS.

Somniorum imagines uarie procedunt. § not. Plin.lib.28.cap.4. in fi. Aristot. § & Fabianus, plurimum somniari asserunt circa uernum & autumnum, magisq; supino cubitu, at prono nihil. § Plato. lib.9.de rep.in prin.li.10.car.ult.in fi.Sen.Epist.53.in med.Quid non. § Grauis sopor somnia extinguit. § Vnde prouer. de quo Eras. car. 262.a ter. § Etiam dormiens somniat,uel & uigilans. Excitātur somnia tum animo languente in rationis participationem,tum in agresti feritate ex repletione pastus & uini,quia tunc audax & libera. Cum matre uel bestia se miscere uidetur, uel trucidare, uel tali tunc insania. ex uictu autem rationali ac nulli infensa quiescens non coactum animum, per seipsum considerat,ac percipit etiam tunc usque ignotum,uel & futurorum tunc rerum euentum, æstuante animo, erecta mente ueritatem attingit. § Plin.epi.5.lib.5. § de Nerone in somnis librum legente,de suis perpetratis sceleribus in ipsum compositum.&c. § Xenoph.libr.ult.in med.car.4.fin.a terg. § At hominis animus tunc scilicet maxime diuinus perspicitur, & tum futurorum aliquid perspicit, in somno.n.maxime liber redditur. § Lactant.lib.ulti.cap.pen. operis.in fi. § dormiendi causa tributa est a Deo, Ratio somniandi & uniuersis animantibus & homini præcipue cui facultatem reliquit docendi hominem futura per somnium, nam & historiæ sæpe testantur extitisse somnia,quorum præsens & admirabilis fuerit euentus, & responsa uatum nostrorum ex parte somnij constiterunt,quare neque semper uera neque semper falsa. unde Virg. portas uoluit duas esse somniorum, &c. § Vt in d.cap.pen.Carda.lib. 18. de subtilit. car.739. § Tria profert esse genera somnium,ecstasis,pura uigilia &c. ubi & de Alciato socio, & amico suo, & de And. Osiandro. Vnicuiq; ergo stat species cupiditatum uel iniqua,uel & agrestis. § Macrob.lib.de somno Scip. cap.3.Pont.in Actio dial.car.8. 112. § Quinq; somniorum genera, uisio, insomnium, ex quo cura oppresi animi & fatigati talem se ingerit dormienti,uel animi,ut per insidias,uel corporis ex ingurgitatione aut potu,uel esuriēdo econtra, fortunæ in magistratibus,quia turbatio una cum somno aduolat. Et hæc falsa esse habētur insomnia. unde Vir. Anna soror soror Anna,&c. Visio uel phātasma in quiete prima. Item & per Ephialtem pondere, inuasio uel pressus quid est Oraculum uel contages ipsa,ut appellat Pontanus,cum sancta res uel persona obuenit, uisio cum idem euenit uel amicus apparet.

Somnium est quod per ambages & uelamina interpretabilia uenit, & hoc in alias quinq; species, proprium, alienum, cōmune,publicum aut generale,unde Virg. in 6. portam ex ebore in falsis, ex cornu in ueris.

§ Era.

§Eras.pu.car. 200.§ Plus uidet oculatus testis.& ex Porphirio,unde iam Homer. §lib.19.odiss.car.ult.Plut.lib.5.de Placit.cap.2. Tul.in 2.de diuinat.in fi.car.4. fin. ante in fi. § Somniorum coniectionem definit esse, uincernentem & explanantem quæ a dijs significentur hominibus in somnis uel oracula. § Tul. in 1. de diuinat. in med. car. 170.§ Multo plura euenirent uera, si ad quietem integri iremus, nunc onusti cibo & uino perturbata & confusa cernimus, ut de Socrate not. Plato.ut supra.Si pars illa tertia rationis & mentis eluceat, tum ei uisa per quietem tranquilla & ueracia,quæ & sympathia dicitur, unde per Pithagoram interdictum uesci faba,quia inflammat nimium.iacet.n.corpus dormientis ut mortui,uiget & uiuit animus. Tribus modis præsagit moriens futura,uel per se,uel ex animis in aerem uersantibus,uel ex Deo anuēte,ut de Hectore in Achillem notat Hom. omniū horum reprobationem sequitur. § Tul.d.li.de diuinat.car.4.fi. quinta & sexta.§ Commendat & fidem censet adhibendam et per Theologos assertam.Ponta. §in dial. Actius in med.car.112.a ter. lib. autem de fortuna. 2. cap. de gen. fortunat. car. 295. plura refert exempla.§ Syllam etiam suasisse Lucullo sciscitanti per eius commentaria quid potissimum seruandum, Somnia respondisse traditur uti ueracissima. § Plut.in Lucul.uita in med.car.6.ante in fi. Et in Epydio dial. Ponta. ipse.car.6.cap.& porticus.§ Platonem & Stoicos refert Plut. lib. de eius placit.5.Diuinationem introductā per afflatum diuinum,uel phanaticum furorem,per somniorum imaginamenta &c. Sed quidam portendunt,quidam minime. § dicit Eras.prou.Cæcū insomnium.car. 335.in fi.§ Verum est somnium ex Ioue dicit Homer. § in 1.Ilia. car. 4. ante. Plut.lib.4.de placit. cap.9. 10. 12. § Mirum de somnio in binos eiusdem speciei. §no.in Decijs coss.Liui.li.8.ca.2.Vale.ca.de somnijs.de Cæs. & Pomp.ante Pharsal.prælium no.Apia.li.2.car.67.§

Excitantur somnia esu caulium, & eorum quæ multum uirent. § Carda.lib.18.de Subtilit.in med. car.700. ubi de fabis.§ Quæ.n. arterijs illinuntur, & ubi soporariæ insunt in uaporem conuersa spiritus occupant ac mentem,adeo ut uigilantibus etiam multa appareant. in somnijs plerunque accedunt calamitates,humorosa mortem aut grauem presagiunt morbum.Ab astris procedentes exilia carceresq; portendunt,& ut ibi latius describitur.

Alex. mag. per quietem uidit Cassandri manu, adhuc per eum incogniti,peremptūrum,quod non credidit. § not. Valer. cap. de somnijs.§ ut de Simonide animaduerso.idem hodie de Alex.Medice Florent.duce 1.per Laurentium eius agnatum,amicū,familiarem. § Ioui.lib.38.histor.car.151.de Maximilia.Imper. pridem qui admonitus uisione

uisione per Leopolpum attauum & Carolum Burgund. ducem eius socerum de perfidia Heluetiorũ obsidione Mediolani, quem ualido præmere anhelabat exercitu, unde statim recesit. § Ioui.li. 16. car. pen. ut in cap. de somnijs alibi etiam diximus. § de Augusto Impera. qui in castris somnio saluus stetit admonitus. § Apia. lib.4.car.166. notat &. Valer. 2061. supra. Iusti. li. 12. lib. pen. in fi. § de Ptolomeo rege, de Minerua, plura disputat Agrippa § cap. 99. de Theolog. prophet. § de uisionibus matutina, uespertina, nocturna, uoce expressa agitatione spiritus. Vbi & de Priscis gentilibus prophetantibus Cassandra, Polybius, Calanus, Socrates, Magi, Druydæ, & Sibillæ. &c. plura. § Vnde Iuuen. Sat. sex. car. antepenul. a terg. § En animam & mentem cum qua dij nocte loquuntur. § Exempla plura nota in cap. de somnijs ad Valerium.

## DE SPE.

Præmij spes. supra.

Spes alit exules, agricolas, ægrotos, afflictos, inopes. § Tibul. in Eleg. 7. plura li. 2. Alcia. Fab. 43. & seq. Plutar. lib. de exilio. car. pen. ante. Cæs. li. 3. ciui. in med. car. 351. § Spes inopiam sustentabat. passio est consueta mortaliũ præteritæ sortis semper reminisci, ad eamque reuerti posse sperare. Malorum uero medicina quam optima est obliuio, quã neutiq; assequi fas est, ni locum mutaueris. &c. § Apia. in Lybico, in med. car. 262. Plu. in consolat. ubi de Pandora. car. 4. § Sola spes in ædibus infrangibilibus intra doliũ sub labris permansit nec euolauit, ut mala ipsa è dolio adaperto, &c. § Hesiodus Homero posterior, de quo Eras. prou. car. 245. in fi. 175. 347. § Spem esse nõ Deam, sed fortunæ ipsius ancillã. § dicit Pont. in dial. Charon. car. 1. in fi. § Varia, fallax, inconstãs. &c. Aegroto dũ anima est. spes seruat afflictos, sed quę differtur affligit. Spem pretio emere. § Teren. in Adel. prou. cap. 13. c. Eras. prou. 175. § Semper agricola in nouum annum diues. § Eras. prou. car. 221. ante. 269 § Expectat bos quandoque herbam. Spes præmij. supra. in uer. Labor. § Orat. in 1. epist. Si potes, &c. § Spes iubet esse ratas in prælia trudit inermem, Addocet artes. § & in uer. præmium, supra. Plut. lib. 2. car. 1. de fortu. Alex. §

Ingenia fouentur principum benignitate. Sublatis studiorum premijs, etiam studia peritura ut minus decora. § Taci. lib. 11. car. 1. a ter. Suet. in Vespas. 1. Imp. cap. Ingenia &c. § Veniet classis quocunque uocarit spes lucri. § Iuuen. Sat. 7. & 14. in fi. car. penul. a terg. § Viuidos animos acuit integritas & industria pretio. similes dissimiles alliciuntur, nam præmia bonorum malorumque bonos ac malos faciunt, in alio sua quemque natura delectat. § Plin. in suo Paneg. ubi

supra.Sen.car.152. ante in med. de Tranquil. uitæ. in prin. } Vbi sine præmio labor est,torquet illos irritum decus. &c. plura, de paupertate tacentes,plus poscente ferent. { Orat.1.epist. ad Sæuam,Oda.2. lib.3.Augustam &c. } Est & fideli tuta silentio merces. Vtilitatis opinio prouocat ad actiones & labores. { Plin.lib.2.cap. 48. } Quisque ad commodum suum refert quodcunq; facit ex naturali auiditate, quæ lucri cupida est. {Plato in Hippar.in fi.eius.car.2.ante.in fi.Plin. in d.paneg.car.353.in princ.lib.34.cap.2.in med.de metallis. Iuu.Sat. 7.in princ. } Et spes & ratio studiorum in Cæsare tantum, ut dignus uenias,&c.didicit iam diues auarus tantum admirari. {Martial.lib.1. ad Posthumium,Atria Pisonum, &c. Ad Lucium Iulium d.li.1. } In steriles campos nolunt iuga ferre iuuenci. Pers. in eius prologo. Ingenij largitor uenter, tantum laudare disertos, tunc par ingenio pretium, &c.quæstus enim causa,ut omnia exerceri cæpta est quæ gloriose solebat.unde Virgi.in 2. Sunt mihi bis septem præstanti corpore nymphæ. { Perotus in præfat.ad Polybium.in fi.car.4.in prin. & a terg. } hinc ingenita est homini rerum utilium cura, quæ ad huiusmodi usum & cupiuntur,& comparantur magnis etiam cum laboribus,hinc tot artes inuentæ,tot manuum opificia,concitatrice inopia, uiuendiq; difficultas.

Cupiditates ipsę nostræ in ijs quæ ad utilitatem pertinent potissimũ uersantur. {Plin.lib.1.episto.8.in med.peroportune.lib.3.epist.21. audio.Valer.de scriptoribus.Tul.lib.1.de legib.car. antepenul.ante.ut enim quisque,&c.lib.3.offic.in med.car. 58. ante. Persi. in præfat.car. 69.a terg.Ponta. lib.1.de prud.in prin. car.1. } nec nostræ nobis utilitates omittendæ sunt, alijque tradendæ,sed suæ cuique utilitati seruiẽdum est,sine alterius tamen iniuria. { & car.5.fin.ibidem. }

Omnes enim expetimus utilitatem,ad eamque rapimur. quis est qui utilia fugiat,qui ea non prosequatur,sed ea non sine honestate,&c.In sede manium opes quærimus,& quæ occultauit parens natura. {Plin. lib.33.in præfat.& lib.2.cap.65.de terræ natura. } penetramus in uiscera auri,argentique uenas fodientes,ut in digito gestetur gemma,&c. { Senec.episto.94.car.51.a terg.hanc partem, &c. episto. 110. ex moment.in med.Ouid.lib.3.Elegi. } Eruimus terra solidum pro frugibus aurum.fallax uero spes est, quæ non suis uiribus nititur, sed alienis aduersis. { Polyb.lib.2.car.2.a terg.Iosep.libr. 1.belli Iud.cap.27.in princ.car.1.a ter.supra.in uer.Fides.in uer.Ne quẽquam expect.in uer. Bona augere.Phalaris tyrannus in eius epistola ad Polim nestorem ducem.car.27.Budæus lib.1.de asse.car.44. }

## DE STVLTITIA.

Stultitia est in factis & dictis per ignorantiam recti ac boni erratio. Lactan.

§ Lactan.lib.5.cap.28.§ Stultorum plena sunt omnia,& infinitus est numerus stultorum. § Orat.lib.2.Sat.3.Sic raro, &c.§ desipiunt omnes. § Eccle.cap.1.in fin.§ Qui te deridet caudam trahat.maxima pars hominũ morbo iactatur eodem,quis igitur sanus? qui nõ stultus? nil mortalibus arduum est,cœlũ ipsum petimus stultitia. § oda.3.in fi.lib.1.Sic te diua.§ furiosus & hominibus & Dijs ipsis imperare contendit. § Plato lib.9.de rep.§ Si quis uxorem ducebat ridebam,efferebat quis filium ridebam, insanibat amore alius ridebam, de nimis sumptuoso uestitu ridebam,&c.ridebam demum omnia,&c.Ponta. § in dial.Charon.in fi.car.penul.in princ.§ uere sapiens apud illos adhuc inuentus est nemo, § ubi supra.cap.Expectatus uenis.§ Sapientibus quæritãdis fui,Senæ studiorum fama ductus,&c. Veni post Florentiam,hinc Bononiam,&c. § & in dial.Antonius.cap. At uos sapere.in fi.eius.car.88.§

Tibi persuadeas uelim multos diuites non paucos doctos recte dici, Sapientem autem neminem. Othus dicitur talis. § Alcia.fab.65.§ Homo Thales is dictus.not.Terent.de quo Eras. § prouer.car.292.a terg.Orat.idem,de quo Eras.prouer.car.316.a terg.§ insania non omnibus eadem. Nullum magnum ingenium caret aliqua stultitia.Plato, §de quo supra.& Aristot.de quo Senec.lib.de tranqui.uitæ,in fi.eius.car.155.in fi.Eccl.cap.22.plura.§ perdit oleum & operam qui docet stultum. cum eo igitur ne multum loquaris, & deflecte ab illo. § prouer.cap.26.a.§ nullus est sine mixtura dementiæ. § Pontan.lib.6.rerum celest.car.206.a terg.Geu.lib.2.car.335.Orat. oda.12.in princ.lib.4.lib.2.episto.pol me occidistis, &c.§ Dulce est desipere in loco,misce stultitiam consilijs breuem. Stultitiam simulare loco prudẽtia summa est,ut de Bruto Liui. §car.9.§ Solon,de quo Valer.& Plut.in eo. § Orat.etiam.d.oda.in fi.Iam ueris.§ de Ioanna Neapol.regina in Iacobum eius uirum,de quo Blond. §lib.21.histor.car.penul.§ Dauid in Saul. § lib.1.regum,cap.22.in fi. Machia. lib.3.discurs.cap.2.§ Amiris insanit. § prouer.de quo Eras.car.164.prouer.2405.§ stulto ne permittas digitum.Stultus stulta loquitur.prouer. §198.§ Mutatur ut Luna.supra.in uer. Sapientia. Bibe Elleborum. § prouer.751.Orat.ubi supra.car. 284.§ fatuus aperit stultitiam suam. Amicus stultorum similis efficietur. § prouer.cap.13.in med.cap.36.§ Stultus omnes æstimat stultos, & seipsum sapientem. § Eccle.cap.10.a.Plato,lib.5.de legib.car.2.a terg.in princ.§ Accidit omnibus,ut ignorantiam suam esse sapientiam opinarentur. hinc fit ut quamuis nihil sciamus,scire tamen omnia arbitremur.Stultos maiori prudentibus emolumento esse constat,quam ècontra. Cato Censor,

de quo Plut. in eius uita. § car. 2. a terg. in med. Senec. episto. 109. in med. An sapiens, &c. § factum quod est & ipse nouit. supra. in uer. Prud. Sæpe etiam stultus fuit oportuna locutus. § aliter Gel. lib. 2. capit. 6. in med. § Eschilus, de quo Erasm. prouer. § 501. § bucce selenus. § prouer. 2351. Plut. de Thymone § in Alcibi. car. 4. a ter. qui sapiens & habitus fuit. plerique cum stultis maledicunt, ipsi sibi cõ uitium faciunt. § Sen. in suis prou. §

## DE SVPERFLVIS.

